



OTECA M  
lo Emanuel

VITA

A

NAPOLI





NAPOLI




BIBLIOTECA  
Maurizio Emanuele



VV  
LIBR.  
MAX.









commodato  
dum auspici  
in Legirupie  
juas, hac  
usum, non

I. **H**unc ne Mi  
igitur notis comp  
ferito: hostis no  
risve, quaquave  
Folium ne subgi  
cogito. V. ad o  
Atramentum ult  
quam foedari.  
Iuram interserit  
lamve ne com  
blattam, musc  
Ab aqua, oleo  
XI. Eodem uti  
et quaevis exce  
apud te perent  
ctumq., prou  
vel ignotus Ac  
cus, vel notu  
praescribit leg  
mitani Eques  
Quoi placeas:  
nostra tactio

*dato accepta, lecturis. Secun-  
uspicia lata Lictor Lege agito  
girupionem. Mis vel Foemina  
hac tibi lege, Codicis istius  
, non interdiciamus.*

ne Mancipium ducito. Liber est : ne  
s compugito. II. Ne coesim punctimve  
ostis non est. III. Lineolis, intus, fo-  
quaversum, ducendis abstineto. IV.  
subgito, ne complicato, neve in rugas  
ad oram conscribillare caveto. VI.  
am ultra primum exesto: mori mavult  
dari. VII. Puroe tantum papyri Phi-  
erterito. VIII. Alteri clauculum pa-  
commodato. IX. Murem, tineam,  
muscam, furunculum absterreto. X.  
oleo, igne, situ, illuvie arceto.  
em utitor, non abutitor. XII. Legere,  
sexcerpte, fas esto. XIII. Perlectum,  
perennare ne sinito. XIV. Sartum te-  
prout tollis, reddito. XV. Qui faxis,  
us Amicorum albo adscribitor: qui se-  
lnotus eradetor. Has sibi, has aliis  
it leges in re sua, Ordinis Hyeresoli-  
ques Dux Thomas Vargas Macchiucca-  
ceas annue, quoi minus, quid tibi  
ctio est? Facesse.

BIBLIOTECA NAZ.  
Vittorio Emanuele III

XVI


A


43


NAPOLI




XVH  
a  
43.










VALERII  
MAXIMI  
DICTORVM  
FACTORVMQVE  
memorabilium  
LIBRI IX.



Amsterodami,  
Apud Guiljel: Jansz: Cœsum.  
Anno 1625.



His nititur Orbis.



V A L E R I I  
M A X I M I  
E X E M P L O R V M  
M E M O R A B I L I V M  
L I B E R P R I M V S ,

*Ad Tiberium Cæsarem  
Augustum.*

P R O L O G V S .

**P**OPVLI Romani, exterarumque gentium facta simul ac dicta memoratu digna, quæ apud alios latius diffusa sunt quam ut breviter cognosci possint, ab illustribus electa auctoribus deligere constitui: ut documenta sumere volentibus longæ inquisitionis labor absit. Nec mihi cuncta complectendi cupido iucessit. Quis enim omnis ævi gesta, modico voluminum numero comprehenderit? Aut quis compos mentis, domesticæ peregrinæque historiæ ferriem, felici superiorum stylo conditam, vel attentiore cura, vel præstantiore facundia, traditurum se speraverit? Te igitur huic cocepto, penes quem hominum, deorumque consensus, maris ac terræ regimen esse voluit, certissima salutis patriæ Cæsar invoco: cujus coelesti providentia virtutes, de quibus dicturus sum, benignissime foventur: vitia severissime vindicantur. Nam si prisca oratores ab Iove Opt. Max. bene orsi sunt, si excellentissimi vates a numine aliquo principia traxerunt: mea parvitas eo justius ad favorem tuum decurrerit, quod cetera divinitas opinione colligitur: tua præsentis fide paterno avitroque sideri par videretur: quorum eximio fulgore multum ceremoniis nostris inclytæ claritatis accessit. Deos enim reliquos accepimus, Cæsares dedimus. Et quoniam inritum a cultu deorum petere in animo est, de conditione ejus summam disseram.

## OBSERVATA.

- 1 A populo Rom.  
 2 L. Metello pont. max.  
 3 Ti. Gracchus & Co ff  
 4 Sacerdotum collegiis.  
 5 Q. Fabio dict. &  
 C. Flaminio mag.  
 6 P. Crasso pont. max.  
 7 A Emilia Vestalis  
 discipula.  
 8 M. Marcello V. Cos.  
 9 L. Furio Bibaculo  
 pretore.  
 10 L. Albinio.  
 11 C. Fabio Dorsone.  
 12 Q. Petillio Spurino  
 præt.

- 13 L. Tarquinio rege.  
 14 M. Asilio Regula.  
 15 Senatu Romano.

## NEGLECTA.

- 16 A. C. Terentio Varrone.  
 17 Ap. Caco & gente  
 Potitia.  
 18 Milite Romano &  
 Brenno Gallo.  
 19 P. Tullio praefecto  
 classis.  
 20 Q. Fulvio Flacco  
 cens.  
 21 Q. Pleminio legato  
 propr.

EXTERNA EXEMPLA OBSERVATAE  
 VEL NEGLECTAE RELI-  
 GIONIS.

- |                                   |                                  |
|-----------------------------------|----------------------------------|
| 1 Pyrrhus Epirotarum<br>rex.      | 5 vitatorum.                     |
| 2 Massanisa Numida-<br>rum.       | 5 Alexandri regis mi-<br>lites.  |
| 3 Dionysius major Si-<br>culorum. | 6 Persae.                        |
| 4 Thymastheus Lipa-               | 7 Athenienses.                   |
|                                   | 8 Diomedon Athenien-<br>sum dux. |

## OBSERVATA.

1. **M**AIORES nostri stas solennesque ceremo-  
 nias, Pontificum scientia; bene gerendarum re-  
 rum auctoritates, augurum observatione; A-  
 pollinis praedictiones, vatum libris; portentorum de-  
 pulsa, Etrusca disciplina explicari voluerunt. Prisco  
 etiam instituto rebus divinis opera datur, cum aliquid  
 commendandum est, precatione; cum exposcendum,  
 voto; cum solvendum, gratulatione; cum inquiren-  
 dum vel extis vel sortibus, impetrato; cum solenni ritu  
 peragendum, sacrificio. Quo etiam ostentorum ac ful-  
 guram



gum denunciationes procurantur.

**TANTVM** autem studium antiquis non solum observandæ, sed etiam amplificandæ religionis fuit, ut e florentissima tum & opulentissima civitate, decem principum filii S. C. singulis Etruriæ populis, percipiendæ sacrorum disciplinæ gratia traderentur.

**CERERI** quoque, quam more Græco venerari instituerant, sacerdotem a Velia, cum id oppidum nondum civitatis nomen accepisset, Calcitanam peterent, vel, ut alii dicunt, Callipheum: ne deæ vetusti ritus perita decisset antistes. Cujus cum in in be pulcherrimum templum haberent, Græchano tumultu moviti Sibyllinis libris, ut vetustissimam Cererem placarent, Eunnam (quoniam sacra ejus inde orta credebant) decem viros ad eam propitiandam miserunt. Item matri deum sæpenumero imperatores nostri, compotes victoriarum, suscepta vota Pellinuntem profecti solverunt.

2. **METELLVS** vero pontif. max. Postumium consulem, eundemque flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem, ut a sacris discederet, multa indicta, urbem egredi passus non est; religionique summum imperium cessit: quod tuto se Postumius Martio certamini commissurus non videbatur, cæremoniis Martis desertis.

3. **LAVDABILE** duodecim fascium religionis obsequium, laudabilior quatuor & viginti in consimili re obedientia; a Ti. enim Graccho ad collegium augurum literæ sunt ex provincia missæ, quibus significabat se, cum libros ad sacra populi pertinentes legeret, animadvertisse vitio tabernaculum captum, comitiis consularibus, quæ ipse fecisset; eaque re ab auguribus ad senatum relata, jussu ejus C. Figulus e Gallia, Scipio Nasica e Corsica Romam redierunt, & se consulatum abdicaverunt.

4. **CONSIMILI** ratione P. Cloelius Siculus, M. Cornelius Cethegus, & C. Claudius, propter extraxerunt curiose admora artis deorum immortalium, variis temporibus, bellisque diversis flaminio abire jussi sunt, coactique etiam. At Sulpicio inter sacrificandum apex e capite prolapsus, sacerdotium abstulit.

5. **OCCEVTVS** autem foricis auditus, Fabio Max. dictaturam, C. Flamini magisterium equitum deponendi causam præbuit.

6. **ADIICIENDVM** his; quod P. Licinio pontifici max. virgo Vestalis, quia quadam nocte parum diligens æterni ignis custos fuisset, digna visa est quæ flagro adinqueretur.

7. **MAXIMÆ** vero virginis Æmiliz discipulam, extincto igne, tutam ab omni reprehensione Veltæ numen præstitit; qua adorante, cum carbasum, quam optimam habebat, foculo imposuisset, subito ignis emicuit.

8. **NON** mirum igitur, si pro eo imperio augendo, custodiendoque pertiua deorum indulgentia semper excubuit; quod tam scrupulosa cura, parvula quoque momenta religionis examinare videtur: quia nunquam remoros ab exactissimo cultu ceremoniarum oculos habuisse nostra civitas existimanda est. In qua cum Marcellus quintum consulatum gerens templum Honori, & Virtuti, Clastidio prius, deinde Syracusis potius, nuncupatis votis debitum consecrare vellet, a collegio pontificum impeditus est, negante unam cellam duobus diis recte dicari. Futurum enim, si quid prodigii in ea accidisset, ne dignosceretur utri rem divinam fieri oporteret: nec duobus nisi certis diis una sacrificari solere. Ea pontificum admonitione effectum est, ut Marcellus, separatis adibus, Honoris ac Virtutis simulacra statueret. Neque aut collegio pontificum auctoritas amplissimi viri, aut Marcello adjectio impensæ impedimento fuit, quo minus religionibus suis tenor, suaque observatio redderetur.

9. **OBRVITVR** tot etiam illustribus consularibus L. Furius Bibaculus, exemplique locum vix post Marcellum invenit. Sed pii simul ac religiosi animi laude fraudandus non est: qui prætor a patre suo collegii Saliorum magistro iustus, sex lictoribus præcedentibus, arma auxilia tulit: quamvis vacationem hujus officii, honoris beneficio haberet. Omnia namque post religionem ponenda semper nostra civitas duxit: etiam in quibus summæ majestatis conspici decus voluit. Quapropter non dubitaverunt sacris imperia servire: ita se humanarum rerum futura regimen existimantia, si divinæ potentiæ bene atque constanter fuissent famulara.

10. **QVOD** animi iudicium in privatorum quoque pectoribus versatum est. Vrbe enim a Gallis capta, cum Flamen Quirinalis virginesque Vestales sacra onere partito ferrent, easque pontem Sublicium transgressas, & clivum, qui ducit ad Ianiculum, descendere incipientes, L. Alvenius plaustrum conjugem, & liberos vehens aspexisset, propior publicæ religioni, quam privatæ charitati, suis ut plaustrum descenderem, imperavit: atque in id virgines & sacra imposita, omisso coopto itinere, Cære in oppidum pervexit: Vbi cum summa veneratione recepta, grata memoria, ad hoc usque tempus hospita-

Iem humanitatem testantur : Inde enim institutum est, sacra Cæremonias vocari, quia Cæretani ea, in fracto Reip. statu perinde ac florente, coluerunt. Quare agreste illud & sordidum planstrum, tempestive capax cuiuslibet fulgentissimi triumphalis currus, vel æquaverit gloriam, vel antecesserit.

11. E A D E M reipub. tempestate C. Fabius Dorso memorabile exemplum servatæ religionis dedit. Namque Gallis Capitolium obsidentibus; ne statum Fabiæ gentis sacrificium interrumpetur, Gabino ritu cinctus, manibus humerisque sacra gerens, per medias hostium stauiones, in Quirinalem collem pervenit: ubi omnibus solenni more peractis, in Capitolium post divinam venerationem victimarum armorum, perinde ac victor, rediit.

12. M A G N A conservandæ religionis etiam P. Cornelio, & Bæbio Tamphilo coss. apud majores nostros acta cura est. Siquidem in agro L. Petillii scribæ sub Ianiculo cultoribus terram altius versantibus, duabus arcis lapideis repertis, quarum in altera scriptura indicabat corpus Numæ Pompilii Pomponis filii fuisse: in altera libri reconditi erant, Latini septem de iure pontificum, totidemque Græci de disciplina sapientiæ: Latinos magna diligentia asservandos curaverunt: Græcos, quia aliqua ex parte ad solvendam religionem pertinere existimabatur, L. Petillius prætor Urbanus ex auctoritate senatus per victimarios igne facto, in conspectu populi cremavit. Noluerunt enim prisca viri quicquam in hac asservari civitate, quo animi hominum a deorum cultu avocarentur.

13. T A R Q V I N I V S autem rex M. Tullium Duumvirum, quod librum secreta civilium sacrorum continentem, custodiæ suæ commissum, corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutum in mare abjici iussit: Idque supplicii genus multo post paricidis lege irrogatum est. Iustissime quidem: quia parâ vindicta parentum ac Deorum violatio expianda est.

14. S E D in his quæ custodiam religionis atinent, nescio an omnes M. Atilius Regulus præcesserit, qui ex victore speciosissimo, insidiis Asdrubalis, & Xantippi Lacedæmonij ducis ad miserabilem captivi fortunam deductus, ac missus ad S. P. Q. R. legatus, ut ex se & uno, & sene, complures Pœnorum juvenes pensarentur: in contrarium dato consilio, Carthaginem repetiit: non ignarus ad quam crudeles, quamque etiam merito sibi infestos deos reverteretur. Verum is juraverat, si captivi eorum redditi non forent, ad eos se rediturum. Potue-

runt profecto dii immortales efferatam mitigare sævitiam: ceterum quo clarior esset Aulii gloria, Carthaginenses moribus suis uti passi sunt: tertio Punico bello religiosissimi spiritus tam crudeliter vexati, urbis eorum interitum iusta exacturi piacula.

15. **QVANTO** nostræ civitatis senatus venerabilior in Deos! qui post Cannensem cladem decrevit, ne matronæ ultra trigessimam diem luctus suos extendere, uti ab his sacra Cereris peragi possent: quia majore pene Romanorum virorum parte in execrabili ac diro solo jacente, nullius penates mœroris expertes erant. Itaque matres ac filiæ, conjugesque, & sorores nuper interfectorum, absterfis lachrymis, depositisque doloris insignibus, candidam induere vestem, & aris dare thura coactæ sunt. Qua quidem constantiam obtinendæ religionis, magnus cœlestibus injectus est rubor. ulterius adærfus eam sæviendi gentem, quæ ne injuriarum quidem verberitate ab eorum cultu absterreri potuerat.

#### NEGLECTA.

16. **CREDITVM** est Varronem consulem apud Cannas cum Carthaginensibus tam infeliciter dimicasse ob iram Junonis: quod cum ludos Circenses ædilis faceret, in Iovis Opr. Max. templo eximia facie puerum histrionem ad excubias teneudas posuisset: quod factum post aliquot annos memoria repetitum, sacrificiis expiatum est.

17. **HERCVLES** quoque detractæ religionis suæ, & gravem & manifestam poenam exegisse traditur. Nam cum Potitii sacrorum ejus ritum (quem pro dono genti eorum ab ipso assignatum, velut hæreditarium obtinuerant) auctore Appio Censore, ad humile servorum ministerium transtulissent: omnes qui erant numero super 30 puberes, intra annum extincti sunt, nomenque Potitium in duodecim familias divisum prope interit. Appius vero luminibus captus est.

18. **ACER** etiam sui numinis vindex Apollo, qui Carthagine a Romanis oppressa, veste aurea nudatus, id egit, ut sacrilegæ manus inter fragmenta ejus abscessæ invenirentur. Brennius Gallorum dux Delphis Apollinis templum ingressus, Dei voluntate in se manus vertit.

19. **NEC** minus efficax ultor contemptræ religionis filius quoque ejus Esculapius, qui consecratum templo suo Incum a Turullio præfecto Antonii, ad na ves ei faciendas, magna ex parte succisum dolens, iuter ipsum nefarium ministerium devictis partibus Anronii, imperio Cæsaris destitutum morti Turullium, manifestis numis

arinis sui viribus eum in lucum, quem violaverat, traxit: efecitque Deus, ut ibi potissimum a militibus Cæsarianis occisus, eodem exitio, & everfis jam arboribus poenas lueret, & adhuc superantibus, impunitatem consimilis injuriæ pareret: suamque venerationem, quam apud colentes maximam semper habuerat, multiplicaret.

20 Q. autem Fulvius Flaccus impune non tulit, quod in censura tegulas marmoreas ex Iunonis Laciniae templo in ædem Fortunæ Equestris, quam Romæ faciebat, traustulit. Negatur enim post hoc factum, meum constitisse: quin etiam per summam ægritudinem animi expiravit, cum ex duobus filiis in Illyrico militantibus alterum decessisse, alterum graviter audisset affectum. Cujus casu motus seuatus, tegulas illico reportandas curavit: decretiq; circumspiciissima sanctione impium opus censoris retexit.

21 TAM me hercule quam Q. Pleminii legati Scipionis in thesauro Proserpine spolians sceleratam avaritiam justa animadversione vindicavit. cum enim vinctum Romanum protrahi jussisset, is ante causæ dictionem in carcere teterrimo genere morbi consumptus est: pecuniam Dea ejusdem seuatus imperio, & quidem summam duplicando, recuperavit.

EXTERNÆ EXEMPLA, OBSERVATÆ  
VEL NEGLECTÆ RELIGIONIS.

QUOD quidem ad Pleminii facinus pertinuit, bene a patribus conscriptis vindicatum est. Quod ad violentias regis Pyrrhi sordidis attinuerat, seipsam potenter arque efficaciter dea defendit. Coactis enim Locrentibus ex thesauro ejus, magnam illi pecuniam dare: cum onustus nefaria præda navigaret, vi subitæ tempestatis tota cum classe vicinis Dæ littoribus illisus est: in quibus pecunia incolumis reperta, sanctissimi thesauri custodiæ restituta est.

1. AT non similiter Massanisa rex; cujus cum præfectus classis Melitam appulisset, eque fano Iunonis dentis eburneos eximie magnitudinis sublatis, ad eum pro dono attulisset: ut comperit unde advecti essent, quinqueremi reportandos Melitam, inque templo Iunonis collocandos curavit, insculptos gentis suæ literis, significantibus regem ignoravisse eos accepisse & libenter Dæ reddidisse. Factum Massanisa animo, quam Punico sanguine conveniens; quamquam quid

attinet mores natione pendit ? in media barbaria ortus, sacrilegium rescidit alienum.

3. SYRACVSIS Dionysius genitus, tot sacrilegia sua, quot jam recognoscimus, jocosis dictis prosequi voluptatis loco duxit: fano enim Proserpinae spoliato Locris, cum per altum secundo vento classe veheretur, ridens, amicis, Videtisue ait, quam bona navigatio ab ipsis diis immortalibus sacrilegis tribuatur? Detraeto etiam Iovi Olympio magni ponderis aureo amiculo, quo eum tyrannus Geto e manubiis Carthaginiensium ornauerat, injectoque ei laneo pallio, dixit; ætate grave amiculum aureum esse, hyeme frigidum: laneum autem ad utrumque tempus anni aptius. Idem Epidauri Æsculapio barbam auream demi iussit: quod affirmaret, non convenire patrem Apollinem imberbem, ipsum barbatum conspici. Idem mensas argenteas, atque aureas e fanis sustulit: quodque in his more Græciæ scriptum erat, bonorum deorum eas esse, uti se bonitate eorum prædicavit. Idem Victorias aureas, pateras, & coronas, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, tollebat, & eas se accipere, non auferre, dicebat: perquam stultum esse argumentando, a quibus bona precamur, ab his porrigentibus uolle sumere. Qui tamen debita supplicia non exsolvit, dedecore tamen filii, mortuus poenas rependit, quas vivus effugerat. LENTO enim gradu ad vindictam sui divina procedit ira: tarditatemque supplicii gravitate compensat.

4. IN quam ne incideret Thymastheus Liparitanorum princeps, consilio sibi pariter, atque universæ patriæ, utili providit exemplo: Excepta namque in freto a civibus suis piraticam exercentibus magni ponderis aurea cratera, incitatoque ad eam partiendam populo, ut comperit a Romanis Pythio Apollini decimarum nomine dicatam, manibus vetundantium ereptam Deo Delphos perferendam curavit.

5. MILESI A Ceres, Mileto ab Alexandro capta, milites qui templum spoliaturi irruerant, flamma obiecta privavit oculis.

6. PERSÆ mille navium numero Delum compulsi, templo Apollinis irreligiosas potius manus quam rapaces adhibuerunt.

7. ATHENIENSES Diagoram philosophum pepulerunt, quia scribere ausus fuerat, primum ignorare se, an dii essent: deinde si sint, quales sint. Iidem Socratem damnaverunt, quod novam religionem introducere videbatur. Iidem Phidiam tulerunt quamdum is marmore potius quam ebore Minervam fieri debere dicebat

cebat, quod diutius nitor esset mansurus: sed ut adiecit, & vilius, tacere iusserunt.

8. **DIOMEDON** unus ex decem ducibus, qui Arginusæ eadem pugna Atheniensibus victoriam, sibi vero damnationem pepererunt: cum jam non ad meritum supplicium duceretur, nihil aliud locutus est, quam ut vota pro incolunitate exercitus ab ipso nuncupata solverentur.

## CAPVT II.

## DE SIMVLATA RELIGIONE.

## A ROMANIS.

- 1 Numa Pompilio rege.
- 2 P. Scipione Africano maiore.
- 3 L. Cornelio Sulla.
- 4 Q. Sertorio.

## AB EXTERNIS.

- 1 Minos Cretensium rege.
- 2 Pisistrato Atheniensis.
- 3 Lycurgo Spartano.
- 4 Zaleuco Locrensi.

1. **NUMA** Pompilius, ut populum Romanum sacris obligaret, volebat videri sibi cum dea Ægeria congressus esse nocturnos: ejusque monitu accepta diis immortalibus sacra instituire.

2. **SCIPIO** Africanus non ante ad negotia publica vel privata ibat, quam in cella Iouis Capitolini moratus esset: & ideo Iove genitus credebatur.

3. **L. SYLLA**, quoties proelium committere destinabat, paruum Apollinis signum Delphis sublatum in conspectu militum complexus, orabat uti promissa maturaret.

4. **Q. SERTORIUS** per asperos Lusitanie colles cervam albam trahebat: ab ea se, quænam aut agenda, aut vitanda essent, prædicans admoneri.

## EXTERNÆ.

1. **MINOS** Cretensium rex nono quoque anno in quoddam præaltum, & vetusta religione consecratum specus secedere solebat: & in eo moratus, tanquam a Iove, quo se ortum ferebat, traditas sibi leges prærogabat.

2. **PISISTRATUS** in recuperanda tyrannide, quam amiserat, simulatione reducens se in arcem Minervæ est usus: cum per ostentationem ignotæ mulieris, quæ Phya vocabatur, formatæ ad habitum Deæ, Athenienses deciperet.

3. **LYCURG.**

3. LYCVRGVS consilio Apollinis gravissimæ Lacedæmoniorum civitati leges compositas ferre se persuasit.

4. ZALEVCVS sub nomine Minervæ apud Lacedæmonenses prudentissimus habitus est.

## CAPVT III.

DE PEREGRINA RELIGIONE RE-  
IECTA.

1 *A senatu Romano.* 3 *A L. Æmilio*  
2 *A C. Cornelio prætre.* 4 *Paullo Cos.*

1. **BACCHANALIVM** factorum mos novus institutus, cum ad perniciosam vesaniam ireret, sublatus est.

**LVTATIVS**, qui primum Punicum bellum confecit, a senatu prohibitus est sortes Fortunæ Prænestinæ adire. Auspiciis enim patriis, non alienigenis reipub. administrari oportere iudicabant.

2. **C. CORNELIVS** Hispallus prætor peregrinus *M. Popillio Lænate*, *Cn. Calpurnio* coss. edicto Chaldaeos intra decimum diem abire ex Vrbe, atque Italia iussit; levibus & ineptis ingeniiis, fallaci siderum interpretatione, qua suosam mendacis suis caliginem injicientes.

Idem, qui Sabazii Iovis cultu simulato mores Romanos inficere conati sunt, domos suas reperere coëgit.

3. **L. ÆMILIVS** Paullus consul, cum senatus Isis & Serapis sana diruenda censuisset, eaque nemo opificum attingere auderet; posita prætexta securim arripuit, templique ejus foribus infixit.

## CAPVT IV.

## DE AVSPICIIS.

QUÆ CEPERE RO- 4 *L. Metellus post.*  
MANI. *max.*

1 *Atius Navus Au-* 5 *M. Tullius Cicero.*  
*gur.* 6 *M. Junius Brutus*

2 *Ti. Gracchus Ti. F.* *procos.*  
*trib. pleb.*

3 *P. Claudius Pulcher,* **EXTERNI.**  
*& L. Junius Pullus* 1 *Alexander Magnus*  
*Coss.* 2 *Dejotarus rex.*

4. **L. TARQUINIUS** Rex centuriis equitum, quas



quas Romulus auspiciato conscripserat, alias adjicere cupiens; cum ab Atio Navo augure prohiberetur, offensus interrogavit, Possetne fieri, quod ipse mente conceperat. Posse fieri dicente: iussit novacula cotem discindi. Qua Arius allata, administraro incredibili facto, effectum suæ professionis oculis regis subjecit.

2. **TIT. GRACCHVS**, cum ad res novas pararetur, auspicia domi prima luce petiit: quæ illi perquam tristia responderunt. Nam janua egressus, ita pedem offendit, ut digitus ei decuteretur: tres deinde corvi in eum adversum occinentes, partem tegulæ decussam ante ipsum propulerunt. Quibus omnibus contentis, a Scipione Nasica pontifice maximo decussus Capitolio, fragmento subsellii iectus procubuit.

3. **P. CLAUDIVS** bello Punico primo, cum prælium navale committere vellet, auspiciaque more majorum petiisset, & pullarius non exire cavea pullos nuntiasset, abjici eos in mare iussit, dicens, Quia esse nolunt, bibant. Et L. Iulius P. Claudii collega neglectis auspiciis, classem tempestate amisit. Quorum ille populi iudicio concidit, damnationisque hic ignominiam voluntaria morte prævenit.

4. **CVM METELLVS** pontif. maximus, Tusculanum peteret, corvi duo in os ejus adversum veluti iter impediens advolaverunt: vixq; extuderunt, ut domum rediret. Insequente noctu ædes Vestæ arsit: quo incendio, Metellus inter ipsos ignes raptum Palladium incolame servavit.

5. **M. CICERONI** mors imminens auspicio prædicta est: cum enim in villa Cajetana esset, corvus in conspectu ejus horologii ferrum loco motum excussit, & pròtinus ad ipsum terendit, ac laciniam togæ eo usque morfu tenuit, donec servus ad occidendum eum milites venisse nunciaret.

6. **BRVTVS** cum reliquias exercitus sui adversus Cæsarem & Antonium eduxisset, duæ aquilæ ex diversis castris advolaverunt, & edita inter se pugna, ea quæ a parte Bruti fuerat, male multata fugit.

#### E X T E R N A.

1. **CVM** rex Alexander urbem in Ægypto constiturere vellet, architectus Diocrates cum cretam non haberet, polentaque futuræ urbis lineamenta duxisset, ingens avium multitudo proximo lacu emersa polentam depasta est: quod sacerdotes Ægyptiorum interpretati sunt, advenarum frequentiæ alimentis infesturam urbem.

2. **DEIOTARO** vero regi omnia fere auspiciato gerenti salutaris aquilæ conspectus fuit: qua visa, abstinnit

stiauit se ab ejus tecti usu, quod nocte insequenti, ruinae solo æquatum est.

## CAPVT V.

## DE OMINIBVS.

QVÆ ACCEPERE		6	<i>Cn. Pompejus Magnus</i> procos.
ROMANI.			
1	<i>Patres conscripti.</i>	7	<i>M. Brutus</i> procos.
2	<i>M. Furius Camillus</i> dictator.	8	<i>C. Cassius</i> procos.
3	<i>L. AEmilius Paulus</i> Cos.	9	<i>Q. Petillius</i> cos.
			EXTERNI.
4	<i>Cacilia Metelli.</i>	1	<i>Prienienses.</i>
5	<i>C. Marius</i> exul.	2	<i>Apolloniata.</i>

1. **O**MINVM etiam observatio contactu aliquo religionis iunexa est: quoniam non fortuito motu, sed divina providentia constare creditur.

**QVÆ** effecit, ut Vrbe a Gallis disjecta, deliberantibus P. C. utrum Vejos migrarent, an sua moenia restituerent, forte eo tempore e præsidio cohortibus redeuntibus, centurio in Comitio exclamaret, Signifer, statue signum, hic optime manebimus. Ea enim voce audita, senatus se accipere omen respondit, e vestigioque Vejos transeundi consilium omisit. Quam paucis verbis de domicilio futuri summi imperii confirmata est conditio! Credo indignum deis existimantibus, prosperis auspiciis Romanum nomē ortum, Vejentanæ urbis appellatione mutari: in clytæque victoriæ decus modo abjectæ Vrbs ruinis infundi.

2. **HVIVS** tam præclari operis auctor Camillus, cum esset precatus, ut si cui deorum nimia felicitas populi Rom. videretur, ejus invidia, suo aliquo incommodo satiaretur, subito lapsu decidit; quod omen ad damnationem, qua postea oppressus est, pertinuisse visum est. Merito autem de laude inter se, victoria, & pia precatio amplissimi viri certaverunt: æque enim virtutis est & boua patriæ auxisse, & mala in se transferri voluisse.

3. **QVID** illud, quod L. Paulo consuli evenit, quam memorabile! cum ei sorte evenisset ut bellum cum rege Perse gereret, & domum e curia regressus, filiolam suam nomine Tertiam, quæ tum erat admodum parvula, osculatus, tristem animadverteret; interrogavit, quid ita eo vultu esset: quæ respondit, Persam perisse; de-

se: decesserat autem catellus, quem puella in delitiis habuerat, nomine *Persa*: Arripuit igitur omen *Paulus*, eque fortuito dicto, quasi spem certam clarissimi triumphi animo præsumpsit.

4. **A T Cæcilia** Metelli, dum sororis filia, adultæ ætatis virgini, more prisco, nocte concubia nuptialia petit, omen ipsa fecit. Nam cum in sacello quodam, ejus rei gratia, aliquandiu persedisset, nec ulla vox proposito congruens esset audita; fessa longa standi mora puella, rogavit materteram, ut sibi paulisper locum residendi accommodaret: cui illa, Ego vero, inquit, libenter tibi mea sede cedo. Quod dictum ab indulgentia profectum, ad certi ominis processit eventum: quoniam Metellus non ita multo post, mortua Cæcilia, virginem, de qua loquor, in matrimonium duxit.

5. **C. A V T E M** Mario observatio ominis proculdubio saluti fuit, quo tempore hostis a senatu judicatus, in domum *Fanuzæ Minturnis* custodiæ causa deductus est: Animadvertit enim asellum, cum ei pabulum objiceretur, neglecto eo, ad aquam procurrentem: Quo spectaculo, deorum providentia quod sequeretur, oblatum ratus, alioquin etiam interpretandarum religionum peritissimus, a multitudine, quæ ad opem illi ferendam confluxerat, impetravit ut ad mare perduceretur: Ac protinus naviculam conscendit: eaque in Africam pervectus, arma *Sullæ* victricia effugit.

6. **P O M P E I V S** vero Magnus in acie *Pharalica* victus a Cæsare, fuga quærens salutem, cursu in *Insulam Cyprum* (ut aliquid in ea virium contraheret) classem direxit: appellensque ad oppidum *Paphum*, conspexit in littore speciosum ædificium: gubernatoremque interrogavit, quod ei nomen esset: qui respondit *κακοβοσκίλης* vocari: quæ vox spem ejus, quantulacunque restabat, comminuit. Neque id dissimulante tulit, avertit enim oculos ab illis tectis, ac dolorem, quem ex atro omne conceperat, gemitu patefecit.

**M. E T I A M** Bruti dignus, admisso parricidio, eventus omine designatus est: Siquidem post illud nefarium opus, natalem suum celebraus, cum Græcum versum expromere veller, ad illum potissimum *Homericum* referendum animo ieteudit:

*Ἀλλά με μοίρε' ὀλοῆ καὶ ληϊδὲς ἔκτανεν υἱός.*

Qui dens *Philippensi* acie, a Cæsare & Antonio signo datus, in eum tela convertit.

8. **C O N S E N T A N E O** vocis jactu *C. Cassii* aurem fortuna pervellit: quem orantibus *Rhodiis*, ne ab eo sanctis deorum simulacris spoliarentur, Solem a se relin-

relinqui respondere voluit: ut rapacissimi victoris insolentiam, dicti tumore pertraheret, abjectumque Macedonica pugna, non effigiem Solis, quam tantummodo supplicibus cesserat, sed ipsum Solem re vera relinquere cogeret.

9. ANNOTATV dignum illud quoq; omen, sub quo Petillius consul in Liguria bellum gerens occidit. Nam cum montem, cui Lero cognomen erat, oppugnaret: interque adhortationem militum dixisset, Hodie ego Letum utique capiam: inconsideratus proeliando, fortuitum jactum vocis leto suo confirmavit.

#### EXTERNÆ.

1. ADIICI nostris duo ejusdem generis alienigena exempla non absurde possunt. Saniū, Prienenſibus auxilium adversus Caras implorantibus, arrogantia instincti, pro classe & exercitu cymbulam eis derisus gratia miserunt. Quam illi velut divinitus datum præſidiū interpretati, libenter acceptam, vera fatorum prædictione victoriæ ducem habuerunt.

2. NEQVE Apolloniæ quidem poenitentiam egerunt; quod cum bello Illyrico pressi, Epidamnios, ut sibi opem ferrent, orassent: atque illi flumen vicinum incensibus suis nomine Æantem in adiutorium se mittere dixissent: Accipimus, quod datur, responderunt: eique primum in acie locum, perinde ac duci assignaverunt. Ex iusperato enim superatis hostibus, successum suum in omen acceptum referentes, ex tunc Æanri ut Deo immolaverunt, & deinceps in omnibus proeliis uti ducem constituerunt.

### CAPVT VI.

#### DE PRODIGIIS.

##### QUÆ EVENERE ROMANIS.

- 1 Ser. Tullio regi.
- 2 L. Martio centurioni.
- 3 Populo Rom. ac Veientibus.
- 4 L. Sulla procos.
- 5 Populo Roman. diversis temporibus.
- 6 C. Flamini Cos.
- 7 C. Hostilio Mancino Cos.
- 8 Ti. Graccho procos.

9 M. Claudio Marcello Cos. v.

10 Cn. Octavio Cos.

11 M. Licinio Crasso procos.

12 Cn. Pompejo Magno procos.

13 C. Julio Casari dist.

##### EXTERNIS.

1 Xerxi Persarum regi.

2 Mide Phrygum regi infanti.

3 Platoni Phil. infanti.

PRO-

**P**RODIGIORVM quoque quæ aut secunda, aut aduersa acciderunt, debita proposito nostro relatio est.

1. **SER.** Tullio etiam tum puerulo dormienti circa caput flammam emicuisse domestici oculi amorceverunt. Quod prodigium Prisci Tarquinii regis uxor Tanaquil admirata, Seruivm ferva natum, in modum filii educavit, & ad regium fastigium evexit.

2. **ÆQVE** felicitis eventus illa flamma, quæ ex L. Marcii ducis dnoctum exercituum, quos interitus P. & Cn. Scipionum in Hispania debilitaverat, capite concionantis eluxit. Nauque ejus aspectu pavidu adhuc milites, pristinam recuperare fortitudinem admoniti, octo & triginta millibus hostium cæsis, magnoque numero in potestatem redacto, bina castra Punicis opibus referta ceperunt.

3. **ITEM** cum bello acri & diurno Veientes a Romanis intra nocentia compulsi, capi non possent, eaque mora non minus obsidentibus, quam obsessis intolerabilis videretur, exoptatæ victoriæ iter miro prodigio dii immortales pæfecerunt. Subito enim Albanus lacus, neque cœlestibus imbribus auctus, neque inundatione ullius annis adjunctus, solitum stagni modum excessit: cuius rei explorandæ gratia legati ad Delphicum oraculum missi, retulerunt præcipi fortibus, ut aquam lacus ejus emissam, per agros distunderent: sic enim Veios in potestatem populi Romani venturos. Quod prius quam legati renuntiarent, aruspex Vejentium a milite nostro (quia domestici interpretos deerant) raptus & in castra perlatus futurum dixerat. Ergo senatus duplici prædictione monitus, eodem pene tempore, & religioni paruit, & hostium urbe potitus est.

4. **NEC** parum prosperi successus est, quod sequitur. L. Sulla procos. sociali bello cum in agro Nolano ante prætorium immolaret, subito ab ima parte aræ prolapsam anguem prospexit. Qua visa, Postumj aruspices hortatu cõtino exercitum in expeditionem eduxit, ac fortissima Samnitum castra cepit. Quæ victoria futuræ ejus amplissimæ potentia gradus & fundamentum exitit.

5. **PRÆCIPVÆ** admirationis etiam illa prodigia, quæ P. Voluminio, Ser. Sulpicio Coss. in Vrbe nostra inter iniria motusque bellorum acciderunt. Bos namque, migitu in sermonem humanum converso, novitate monstri audientium animos exterruit. Carnis quoque in modum nimbi dissipatæ partes ceciderunt: quarum majorem numerum præpetes diripuerunt aves,

reliquum humi per aliquot dies, neque odore tetro, neque deformi aspectu mutatum jacuit.

**EIVSDEM** generis monstra alio tumultu credita sunt: Infantem semestrem in foro boario triumphum proclamasse. Alium cum elephantino capite natum.

In Piceno lapidibus pluisse. In Gallia lupum vigili e vagina gladium abstulisse. In Sicilia scuta duo sanguinem sudasse. Etiam metentibus apud Antium cruentas spicas in corbem decidisse. Cerites aquas sanguine mistas fluxisse. Bello etiam Punico secundo constitit, **Cæ. Domitio** bovem dixisse, *Cave tibi Roma.*

**6. C. AVTEM** Flaminius cum inauspicato consul creatus, apud lacum Trasimenum, cum Annibale conflicturus, convelli signa juberet, lapsa equo, super caput ejus humi prostratus est: nihilque eo prodigio inhibitus, signiferis negantibus signa moveri sua sede posse; Malum, ni ea continuo effodissent, minatus est. Verum hujus temeritatis, utinam sua tabrum, non etiam populi Roma. maxima clade pœnas pependisset! In ea namque acie 15 millia Romanorum cæsa, 6 millia capta, 10 millia fugata sunt. Consul is obtruncati corpus ad funerandum ab Annibale questum est: qui quantum in ipso fuerat, Romanum sepelierat imperium.

**7. FLAMINII** autem præcipitem audaciam **C. Hostilius Mancinus** vesana perseverantia subsequitur: cui consuli in Hispaniam ituro hæc prodigia acciderunt: Cum Laviniæ sacrificium facere vellet, pulli cavea emissi in proximam silvam fugerunt, summaque diligentia questiti reperiri nequiverunt. Cumque ab Herculis portu, quo pedibus pervenerat, navem conscenderet, talis vox sine ullo auctore ad aures ejus pervenit, *Mancine mane.* Qua territus, cum itinere converso Genuam petisset, & ibi schapham esset ingressus, anguis exiniæ magnitudinis visus e conspectu abiit: Ergo numerum prodigiorum numero calamitatum æquavit, infelici pugna, turpi foedere, deditioe funesta.

**8. MINVS** miram in homine parum consideratè temeritatem **Ti. Gracchi** gravissimi civis tristis exitus, & prodigio denuntiatus, nec evitatus consilio, facit. *Procos.* Quum cum in Lucanis sacrificaret, angues duo ex occulto prolapsi, repente hostiæ, quam immolaverat, ad os jocinore, in easdem latebras se rerulerunt. Ob id deinde factum, instaurato sacrificio, idem prodigii evenit. Tertia quoque cæsa victima, diligentiusque asservatis exitis, neque allapsus serpentum arceri, neque fuga impediri potuit. Quod quanvis aruspices ad salutem Imperatoris pertinere dixissent: **Gracchus** tamen non cavir, ne perâdi

perfidii hospitis sui Flavii insidiis, in eum locum deductus, in quo Poenorum dux Mago cum armata manu delituerat, inermis occideretur.

9. **E T** consulatus collegium, & erroris societas, & par genus mortis a Ti. Graccho, ad Marcelli memoriam ine trahit. Is captarum Siracusarum, & Annibalis ante Nolana moenia a se primum fugere coacti, gloria inflammatus, cum summo studio niteretur ut Poenorum exercitum aut in Italia prosterneret, aut Italia pelleret; soleunique sacrificio voluntates deorum exploraret; quæ prima hostia ante foculum decidit, ejus jecur sine capite inventum est: proxima caput jociuoris duplex habuit. Quibus inspectis aruspex tristi vultu, non placere sibi extra, quia prima tam tristia, secunda nimis læta apparuissent, respondit. Ita monitus M. Marcellus ne quid temere conaretur, insequenti nocte specissandi gratia cum paucis egredi ausus, a multitudine hostium in Brutis circumventus, æque magnam dolorem, ac detrimentum patriæ, interitu suo attulit.

10. **I A M** & Octavius consul dirum omen quemadmodum timuit, ita vitare non potuit: Ex simulacro enim Apollinis per se abrupto capite, & ita infixio humi ut evelli nequiret, armis a collega suo Cinna dissidens, præsumpsit animo ea re significari exitium suum; id quod metus augurii, tristi sine vitæ incidit: ac tum demum immobile Dei caput terra refigi potuit.

11. **N O N** sinit nos M. Crassus, inter gravissimas nostri imperii jacturas numerandus, hoc loco de se silentium agere: plurimis & evidentissimis ante tantam ruinam monstrorum pulsatus ictibus.

Ducturus erat a Carris adversus Parthos exercitum; ei pullum traditum est paludamentum; cum in proelium exeuntibus album, aut purpureum dari solet. Mæsti & taciti milites ad principia conveniunt, qui veteri instituto cum clamore alacri accurrere debebant: Aquilam altera vix convelli a primipilo potuit: altera ægerrime extracta, in contrariam, ac ferebatur, partem se ipsa convertit. Magna hæc prodigia: sed & illæ clades aliquanto majores: tot pulcherrimarum legionum interitus, tam multa signa hostilibus intercepta manibus, tantum Romanæ militiæ decus barbarorum obtritum equitatu, optimæ indolis filii cruore paterni resperfi oculi, corpusque imperatoris inter promiscuas cadaverum strues, avium ferarumque laniantibus objectum. Vellem equidem placidius, sed quod relatu verum est: Sic dii sprete excaulescunt: Sic humana consilia castigantur, ubi se coelestibus præferunt,

12. CN. etiam Pompejum Iupiter omnipotens abunde monuerat, ne cum C. Cæsare ultimam belli fortunam experiri contenderet. Egresso a Dyrrhachio adversa agmini ejus fulmina jaciens, examinibus apud signa obicurando, subita tristitia implicatis militum animis, nocturnis totius exercitus terroribus, ab ipsis altaribus hostiarum fuga: sed invidiæ leges necessitatis, pectus alioqui ab amentia remotum, prodigia ista justa æstimatione perpendere passæ non sunt. Itaque dum ille elevat auctoritatem amplissimam, & opes privato fastigio excelsiores, omniaque ornamenta, quæ ab ineunte adolescentia ad invidiam usque contraxerat, spatio unius diei confregit. Quo constat in delubris denn, sua sponte ligna conversa: militarem clamorem, strepitumque armorum, adeo magnum Antiochiæ, & Ptolemaide auditum, ut in muros concurreretur: sonum tympanorum Pergami abditis delubris editum: palmam viridem Tralibus in æde Victoriæ, sub Cæsaris statua iuter cognemta lapidum justæ magnitudinis enaram: Quibus appareret cœlestium unum & Cæsaris gloriæ favisse, & Pompeji errorem inlubere voluisse.

13. T V A S aras, tuaque sanctissima templa, Dive Iuli, veneratus oro, ut propitio ac fauente numine tantorum casus virorum sub tui exempli præsidio ac tutela delitescere patiaris. Te enim accipimus, eo die quo purpurea veste velatus aurea in sella confedisisti, ne maximo studio senatus exquisitum, & delatum honorem sprevisse videreris: prius quam exoptatum civium oculis conspectum tui offerres, cultui religionis, in quam mox eras transiturus, vacasse: mactatoque opimo bove cor in extis non reperisse: ac responsum tibi a Spurina aruspice, pertinere id signum ad vitam & consilium tuis, quod utraque hæc corde continerentur: Erupit deinde eorum partitidinum, qui dum te hominum numero subtrahere volunt, deorum concilio adjecerunt.

#### EXTERNA.

CLAVDATVR hoc exemplo talium ostentorum domestica relexio, ne si ulterius Romana apprehendero, e ecclesi templo ad privatas domus, non consentaneos usus transtulisse videar. Attingam igitur externa: quæ Latinis inserta literis, ut auctoritatis minus habent, ita aliquid gratæ varietatis afferre possunt.

1. IN exercitu Xerxis, quem adversus Græciam contraxerat, equæ partu leporem editum constat, eodem montem Arlion vix tandem transgresso: Quo genere monstri rati apparatus significatus est eventus. Nam qui mare classibus, terram pedestri opererat exercitu, ut fu-



gax animal, pavido regressu regnum suum repetere est coactus.

Priusquam Athenas deleret, Lacedæmonis invidendæ consilium agitanti, admirabile inter coenam prodigium incidit. Infusum namque pateræ ejus vinum, in sanguinem nec semel, sed iterum & tertio cõversum est. Qua de re consulû Magi, monuerunt ut ab incepto abstineret: & si quod vestigium in vecordi pectore sensus fuisset, cavere pomisset, ante de Leouida & Spartanis abunde monitus.

2. MIDÆ vero, cujus imperio Phrygia fuit subjecta, puero dormienti formicæ in os grana tritici congesserunt. Parentibus deinde ejus, quorsum prodigium tenderet, explorantibus, augures responderunt, Omnium illum mortalium futurum ditissimum. Nec vana prædictio extitit: nam Midas cunctorum pene regum opes abundantia pecuniæ antecessit: infantiaque incunabula utili deorum munere donata, onustis auro atque argento gazis pensavit.

3. FORMICIS Midæ, jure meritoque apes Platonis prætulerim: illæ enim caducæ ac fragilis, hæ solidæ & æternæ felicitatis indices extiterunt, dormientis in cunis parvuli labellis mel inferendo. Qua re audita, prodigiorum interpretes singulararem eloquii suavitatem ore ejus emanaturam dixerunt. At mihi quidem illæ apes non montem Hymettum thymî flore redolentem; sed Musarum Heliconios colles omni genere doctrinæ virentes, dearum instinctu depastæ, maximo ingenio dulcissima alimenta summæ eloquentiæ instillasse videntur.

## CAPVT VII. DE SOMNIIS.

### ROMANORVM.

- 1 Artorii medici de Augusto.
- 2 Calpurniæ de Casare.
- 3 P. Decii, T. Manlii cos.
- 4 Ti. Asinii cujusdam.
- 5 M. Ciceronis exul.

### EXTERNORVM.

- 1 Annibalis Pæni.
- 2 Alexandri Magni regis.
- 3 Simonidis poeta.
- 4 Cræsi Lydorum regis.
- 5 Cyri Persarum regis.
- 6 Himereæ mulieris de Dionysio.
- 7 Maris Dionysii tyranni.
- 6 C. Sem-

- 6 C. Sempronii Gracchi. 8 Amilcaris Pœni.  
 7 Cassii Parmensis. 9 Alcibiadis Atheniensis.  
 8 Aterii Rufi eq. Rom. 10 Arcadis cujusdam.

**S**ED quoniam divitias Midæ, disertumque Platonis somnum attigi, referam quam certis imaginibus multorum quies adumbrata sit.

1. **Q**UËM locum unde potius ordiar, quam a Divi Augusti sacratissima memoria? Ejus medico Artorio somnum capienti nocte, quam dies infecutus est quo in campis Philippicis Romani inter se exercitus concurrere, Minervæ species oborta præcepit ut illum gravi morbo implicitum moneret, ne propter adversam valetudinem proximo proelio non interesset. Quod cum Cæsar audisset, lectica se in aciem deferri jussit: ubi dum supra vires corporis pro adipiscenda victoria excubat, castra ejus a Brito capta sunt. Quid ergo aliud putamus, quam divino munere effectum, ne destinatum jam immortalitati caput, indignam cœlesti spiritui fortunæ violentiam sentiret?

2. **A**VGVSTVM vero præter naturalem animi in omnibus rebus subtiliter perspiciendis vigorem, etiam recens & domesticum exemplum, ut Artorii somnio obtemperaret, admonuit. Audiverat enim Divi Iulii patris sui uxorem Calpurniam nocte, quam is in terris ultimam egit, in quiete vidisse multis eum confectum vulneribus in suo sinu jacentem, somnique atrocitate vehementer exterritam, rogare non destitisse ut proxima die a Curia se abstineret. At illum, ut muliebri somnio morus id fecisse existimaretur, senatum, in quo ei parricidarum manus allatæ sunt, adire contendisse. Non est operæ inter patrem & filium ullius rei comparisonem fieri, præsertim divinitatis fastigio conjunctos: sed jam alter operibus suis aditum sibi ad cœlum instruxerat, alteri vero longus adhuc terrestrium virtutum orbis restabat. Quapropter ab hoc tantummodo impendentem mutationem status cognosci, ab illo etiam differri dii immortales voluerunt, ut aliud cœlo decus daretur, aliud promitteretur.

3. **I**LLVD etiam somnium magnæ & admirationis, & clari fuit exitus, quod eadem nocte duo consules, P. Decius Mus, & T. Manlius Torquatus, Latino bello & gravi & periculoso, non procul a Vesuvi montis radicibus positis castris viderunt. Vtrique enim quidam per quietis speciem prædixit, ex altera acie Imperatorem, ex altera exercitum, Diis manibus, Matrique Teriæ deberi.

beri. Vtrius autem dux copias hostium aggredereur, superque eas sese ipsum devovisset, victoriam habiturum: Id luce proxima consiliis sacrificio vel expiaturis, si posset averti: vel si certum deorum etiam monita visum foret, executuris hostiarum exta somnio congruerunt. Convenitque inter eos, cujus coru prius laborare coepisset, ut is patriæ fata capite suo lueret: quæ, neutro formidante, Decium depoposcerunt.

4. SEQUITUR æque ad publicam religionem pertinens somnium. Cum plebeis ludis quidam paterfamilias per circum Flamintum, prius quam acroama induceretur, servum suum verberibus multatum, sub furca ad supplicium egisset, Ti. Atinio homini ex plebe Iupiter in quiete præcepit, ut consulibus diceret, sibi præfultorem ludis Circensibus proximis non placuisse: quæ res nisi attenta ludorum instauratione expiata esset, secuturum non mediocre urbis periculum. Ille veritus ne cum aliquo incommodo suo religione summum implicaret imperium, silentium egit. Evestigioque filius ejus subita vi morbi correptus, interiiit. Ipse etiam per quietem ab eodem deo interrogatus, an satis magnam poenam neglecti imperii sui pependisset, in proposito perseverans, debilitate corporis solutus est: ac tum demum ex consilio amicorum, lectica ad tribunal consulum, & inde ad Senatum perlatus, ordine totius casus sui exposito, magna cum omnium admiratione, recuperata membrorum firmitate, pedibus domum rediit.

5. AC ne illud quidem involvendum silentio: Inimicorum conspiratione Vrbe pulsus M. Cicero, cum in villa quadam campi Atinatis diversaretur, animo in somnum profuso, per loca deserta, & in vias regiones vaganti, sibi C. Marium consulatus ornatum insignibus putavit obvium factum: & interrogantem eum quid ita tam tristi vultu, incerto itinere ferretur: audito deinde casu, quo conflictabatur, comprehēdisse dexteram suam, ac se proximo listori in monumentum ipsius deducendum tradidisse, quod diceret ibi esse ei lætiores status spem repositam: nec aliter evenit. Nam in æde Iovis Mariana S. C. de reditu ejus est factum.

6. C. AVTEM Graccho imminentis casus atrocitas palam atque aperte per quietem denunciata est: somno enim pressus, Ti. Gracchi fratris effigiem vidit, dicentis sibi, Nulla ratione eum vitare posse, ut eo fato non periret, quo ipse propulsus e Capitolio occidisset. Id ex Graccho prius, quam tribunatum, in quo fratrum exitum habuit, iniret, multi audiverunt. Cœlius etiam certus Romanæ historiæ auctor, sermone de ea

re ad suas aures illo adhuc vivo pervenisse scribit.

7. **VINCIT** hujusce somnii dirum aspectum, quod sequitur. Apud Aetium M. Antonii fractis opibus, Cassius Parmensis, qui partes ejus secutus fuerat, Athenas confugit: ubi concubia nocte, cum solitudinibus & curis, mente sopita in lectulo jaceret, existimavit ad se venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, squalidum barba, & capillo demisso: interrogatumque quisuam esset, respondisse *κακὸς δειμὼν*. Perterritus deinde tam tetro visu, & nomine horrendo, servos inclamavit. Sciscitatusque est, siquidem talis habitus, aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidissent. Quibus affirmantibus neminem illuc accessisse, iterum quieti & somno se dedit: atque eadem animo ejus obversata est species. Itaque fugato somno, lumen introferri jussit, puerosque a se discedere vetuit. Inter hanc noctem & supplicium capitis, quo eum Cæsar affecit, paululum admodum temporis intercessit.

8. **PROPIORIBVS** tamen (ut ita dicam) lineis Aterii Rufi equitis Romani somnium certo eventu admonitum est: qui cum gladiatorum munus Syracusis ederetur, inter quietem retiarii se manu confodi vidit: idque postero die in spectaculo confessoribus narravit. Lucidit deinde ut proximo ab equite loco, retiarius cum mirmillone introduceretur: cujus cum faciem vidisset, idem dixit, ab illo se retiario trucidari putasse, protinusque inde discedere voluit. Illi sermone sita metu ejus discusso, causam exiti misero attulerunt. Retiarius enim in eum locum compulsus mirmillone & abjecto, dum jacentem ferire conatur, trajectum gladio Aterium interemit.

### EXTERN A.

1. **ANNIBALIS** quoque ut detestandum Romano sanguini, ita certæ prædictionis somnium, cujus non vigiliæ tantum, sed etiam ipsa quies hostilis imperio nostro fuit. Hæsit enim proposito & votis suis convenientem imaginem, existimavitque missum sibi ab Iove mortali specie excelsores juvenem, invadendæ Italiæ ducem: cujus monitu primo vestigia nullam in partem motis secutus oculis; mox humani ingenii prævoluntate verita scrutandi pone respiciens, animadvertit immane magnitudinis serpentem, concitato impetu, omne quicquid obvium fuerat, proterentem: postque eam magno cum coeli fragore erumpentes nimbos, lucemque caliginosis involutam tenebris. Attonitus deinde quidnam esset monstri, ecquid portenderet interrogavit. Hic dux:

**dux** : Italiae vides , inquit , vastitatem : proinde file, & cætera tacitis permitte fatis.

2. **QVAM** bene Macedoniæ Rex Alexander per quietem visa imagine præmonitus erat ut vitæ suæ cætos esset diligentior, si eum cavendi etiam periculi consilio fortuna instruere voluisset ! Namque Cassandri pestiferam sibi dexteram somnio prius cognovit, quam exitu sensit : existimavit enim ab illo se interfici, cum eum nunquam vidisset. Interposito deinde tempore, postquam in conspectum venisset, nocturni metus patefacta imagine, ut Antipatri filium esse cognovit, adjecto versus Græco qui fidem somniorum elevat, præparati jam adversus caput suum veneficii, quo occidisse Cassandri manu creditur, suspicionem animo repulit.

3. **LONGE** indulgentius dii in poeta Simonide, cujus salutarem inter quietem admonitionem consilii firmitate roboraverunt. Is enim cum ad litus navem appulisset, inhumatumque corpus jacens sepulchræ mandasset, admonitus ab eo ne proximo die navigaret, in terra remansit : Qui inde solverant, fluctibus & procellis in conspectu ejus obrui sunt. Ipse lætatus est, quod vitam suam somnio, quam navi credere maluisset. Memor autem beneficii, elegantissimo eum carmine æternitati consecravit ; melius illi & diuturnius in animis hominum sepulchrum constituens, quam in desertis arenis struxerat.

4. **EFFICAX** & illa quietis imago, quæ Croesi regis animum maximo prius metu, deinde etiam dolore confecit. Nam e duobus filiis, & ingenti agilitate, & corporis dotibus præstantiorem, imperii que successioni destinatum Arum, existimavit ferro sibi ereptum. Itaque quicquid ad evitandam denuuntiatæ cladis acerbiter pertinebat, nulla ex parte patria cura cessavit avertere. Solitus erat juvenis ad bella gerenda mitti ; domi retentus est. Habebat armamentarium omnis generis telorum copia refertum, id quoque amoveri iussit. Gladio cinctis comiribus utebatur, vetiti sunt propius accedere : necessitas tamen aditum luctui dedit. Cum enim ingentis magnitudinis aper, Olympi montis culta, & crebra cum agrestium strage vastaret, inusitatoque malo regium imploratum esset auxilium : filius a patre extorsit, ut ad eum opprimendum mitteretur : eo quidem facilius, quod non dentis, sed ferri sævitia in metu reponeretur. Verum dum acris studio interficiendi suam omnes sunt intenti, pertinax casus imminentis violentiæ, lanceam petendæ feræ gratia missam, in eum detorsit : & quidem eam potissimum dexteram nefariæ cædis crimi-

ne voluit aspergi, cui tutela filii a patre mandata erat: Quam quidem Croesus imprudentis homicidii sanguine violatam, hospitales veritus deos, supplicem sacrificio expiavit.

5. **NEC** Cyrus quidem superior invictæ fatorum necessitatis parvulum argumentum est: cujus ortus ad imperium totius Asiæ spectantis, maternus avus Astyages, duos prænuntios somnii frustra discutere tentavit: Mandanen filiam suam (quod in quiete viderat urina ejus omnes Asiaticas gentes inundasse) non Medorum excellentissimo (ne in ejus familiam regni decus transferretur) sed Persarum modicæ fortunæ viro collocavit. Natumque Cyrum exponi jussit, quia similiter quietis temporibus existimaverat genitrali parte Mandanes enatani vitem eousque crevisse, donec cunctas dominationis suæ partes inunbraret. Sed frustratus est seipse, nepotis felicitatem, cœlestium judicio destinatam, humanis consiliis impedire conando.

6. **INTRA** privatum autem habitum Dionysio Syracusano adhuc se continente, Himeræ, quædam non obscuri generis femina, inter quietem opinione sua cœlum conscendit, atque ibidem deorum omnium lustratis sedibus, animadvertit prævalentem virum flavi coloris, leutiginosi oris, ferreis catenis vinctum, Jovis solio, pedibusque subjectum: Interrogatoque juvene, quo considerandi cœli duce fuerat usa, quisnam esset? audit illum Siciliæ atque Italiæ dirum esse fatum, solumque; vinculis, multis urbibus exirio futurum: quod somnium postero die sermone vulgavit. Postquam deinde Dionysium inimica Syracusarum libertati, capitibusque infonrium infesta fortuna cœlesti custodia liberatum, velut fulmen aliquod otio ac tranquillitati injecit, Himeræorum moenia inter effusam ad officium & ad spectaculum ejus turbam intrantem ut aspexit huic esse, quem in quiete viderat, vociferata est. Id cognitum tyranno, curam tollendæ mulieris dedit.

7. **TVTIVS** somnium matris ejusdem Dionysii: quæ cum eum conceptum utero haberet, parere visa est Satyriscum: consultoque prodigiorum interprete, clarissimum ac potentissimum Graji sanguinis futurum, certo cum eventu cognovit.

8. **AT** Carthaginiensium dux Amilcar, cum obsideret Syracusas, inter somnium audisse vocem credidit nunciautem futurum ut proximo die in ea urbe cœnaret. Lætus igitur perinde ac divinitus promissa victoria, exercitum pugnæ comparabat: in quo inter Siculos & Pœnos orta dissensione, castris ejus Syracusani subita irrupti-

irruptione oppressis, ipsum intra moenia sua victum pertraxerunt. Itaque magis spe quam somnio deceptus, coenavit Syracusis captivus, non ut animo præsumperat victor.

9. **ALCIBIADES** quoque miserabilem exitum suum haud fallaci nocturna imagine specularis est; Quo enim pallio amicæ suæ dormiens opertum se viderat, eo interfectus, & insepultus jacens, contextus est.

10. **PROXIMUM** somnium, etsi paulo est longius, propter nimiam tamen evidentiam ne omittatur impetrat. Duo familiares Arcades iter una facientes, Megaram venerunt: quorum alter ad hospitem se contulit, alter in tabernam meritoriam divertit. Is autem qui in hospitio erat, vidit in somnis comitem suum orantē, ut sibi cauponis insidiis circumvento subveniret: posse enim celeri ejus accursu se imminenti periculo subtrahi. Quo viso excitatus, prosiluit, tabernamque, in qua is diversabatur, petere conatus est. Pestifero deinde fato humanissimum propositum tanquam supervacuum dānavit, idq; visum pro nihilo ducens, lectum ac somnum reperit. Tunc idem ei fancius oblatus obsecravit, ut qui auxilium vitæ suæ ferre neglexisset, neci saltem ultionem non negaret. Corpus enim suum a caupone trucidatum, tum maxime plaustro ad portam ferri stercore coopertum. Tam constantibus familiaris precibus compulsus, protinus ad portam cucurrit, & plaustrum, quod in quiete demonstratum erat, comprehendit, cauponemque ad capitale supplicium perduxit.

## CAPVT VIII.

## DE MIRACVLIS.

QVÆ CONTIGERE  
ROMANIS.

- |   |  |    |   |
|---|--|----|---|
| 1 | Castores visi bello Latino & Persico.  | 7  | Dii Penates Alba Lavinium sponse sua regressi.    |
| 2 | AEsculapini serpentis specie apparens. | 8  | C. Jul. Caesar post mortem visus.                 |
| 3 | Iunonis Moneta verba audita.           | 9  | Cris. Pompeji Magni rogos miraculose indicatus.   |
| 4 | Fortuna muliebris verba audita.        | 10 | Ap. Claudii procos. mors oraculo predicta.        |
| 5 | Silvani verba audita bello Vesenti.    | 11 | Romuli lituus & statuæ incendiis flammis intacta. |
| 6 | Mars visus bello Lucano.               |    |   |

- |    |   |    |   |
|----|---|----|---|
| 12 | <i>Ad sepulturam elati reviviscentes.</i><br>EXTERNIS.  | 10 | <i>Alexandri Magni mors miraculose præcognita.</i>                  |
| 1  | <i>Erus Pamphilus post decimum diem reviviscens.</i>    | 11 | <i>Remigis cujusdam varius casus.</i>                               |
| 2  | <i>Atheniensis quidam memoria literali privatus.</i>    | 12 | <i>Admirandi dentes Prusæ regis filii.</i>                          |
| 3  | <i>Mulier subito casu obmutescens.</i>                  | 13 | <i>Duplex ordo dentium Drispetines filia Mithridatis.</i>           |
| 4  | <i>Ægles Samius mutus, &amp; subito vocalis factus.</i> | 14 | <i>Rarus &amp; acutissimus visus Strabonis Lyncei.</i>              |
| 5  | <i>Gordias Epirota matre mortua natus.</i>              | 15 | <i>Aristomenis Messenii cor pilosum.</i>                            |
| 6  | <i>Iaso Pheræus vomica liberatus.</i>                   | 16 | <i>Antipatri poeta anniversaria febris.</i>                         |
| 7  | <i>Simonides poeta ruina domus exemptus.</i>            | 17 | <i>Polystrati &amp; Hippoclitidis philosophorum simillima vita.</i> |
| 8  | <i>Daphida sophista mors oraculo prædicta.</i>          | 18 | <i>Miracula quadam natura.</i>                                      |
| 9  | <i>Philippo Macedonum regi mors prænunciata.</i>        | 19 | <i>Serpens ad Bagradam.</i>   |

MVLT A etiam interdiu, & vigilantibus acciderunt, perinde ac tenebrarum somniique nube involuta; quæ quia unde manaverint, aut quia ratione constiterint, dignoscere arduum est, merito miracula vocantur.

I. QVORVM emagno acervo in primis illud occurrit. Cum apud lacum Regillum A. Posthumini dictator, & Tusculanorum dux Mamilius Octavus magnis viribus inter se concurrerent, ac neutra acies aliquandiu pedem referret; Castor ac Pollux Romanarum partium propugnatores visi, hostiles copias penitus fuderunt.

Item bello Macedonico P. Vatinius, Reatinæ præfecturæ vir, noctu urbem petens, existimavit duos juvenes excellentis formæ, albis equis insidentes, obvios sibi factos nuntiare, die qui præterierat, Persen regem a Paullo captum. Quod cum senatui indicasset, tanquam majestatis ejus, & amplitudinis, vano sermone contemptor, in carcerem conjectus est. Postquam Paulli literis illo die Persen captum apparuit, & custodia liberatus, & insuper agro, & vacatione donatus est. Castorem vero, & Pollucem etiam illo tempore pro imperio populi Roma-



Romani excubuisse cognitum est, quod ad lacum Iuturnæ, suum eorumque sudorem abluere visi sunt; junctaque fonti ædes eorum, nullius hominum manu reserata patuit.

2. S E D ut ceterorum quoque deorum propensum huic Urbi numen exequamur; triennio continuo vexata pestilentia civitas nostra, cum sine tanti, & tam diuturni mali, neque divina misericordia, neque humano auxilio, imponi videret; cura sacerdotum, iussu Sibilis libris animadvertit, non aliter pristinam recuperari salubritatem posse, quam si ab Epidaurio Æsculapius esset accersitus. Itaque eo legatis missis, unicam fatalis remedii opem auctoritate sua (quæ jam in terris erat amplissima) impetraturam se credidit. Neque eam opinio decepit: pari namque studio petitam, ac promissum est prædium; evestigioque Epidaurii Romanorum legatos in templum Æsculapii (quod ab eorum urbe quinque millibus passuum distat) perductos, ut quidquid inde salubre patriæ laturos se existimassent, pro suo jure sumerent, benignissime invita verunt. Quorum tam promptam indulgentiam, nomen ipsius Dei subsecutum, verba mortalium cœlesti obsequio comprobavit. Siquidem is anguis, quem Epidaurii raro, sed nunquam sine magno ipsorum bono vitium, in modum Æsculapii venerari fuerunt, per urbis celeberrimas partes, nitibus oculis & leni tractu labi coepit, triduoque inter religiosam omnium admirationem conspectus, haud dubiam præ se appetitæ clarioris sedis alacritatem ferens, ad triremem Romanam perrexit: Paventibusque inusitato spectaculo nautis, eo conscendit ubi Q. Ogulnii legati tabernaculum erat, inque multiplicem orbem, per summam quietem est convolutus. Tum legati, perinde atque exoptatæ rei compotes, expleta gratiarum actione, cultuque anguis a peritis accepto, læti inde solverunt: Ac prosperam emensi navigationem, postquam Antium appulerunt, anguis, qui ubique in navigio remanserat, prolapsus in vestibulo ædis Æsculapii, myrto frequentibus ramis diffusæ, supereminentem excelcæ magnitudinis palmam circumdedit: perque tres dies postis, quibus vesci solebat, non sine magno metu legatorum, ne in triremem reverti noller, Antientis templi hospitio usus, urbi se nostræ advehendum restituit, atque in ripam Tiberis egressis legatis, in insulam, ubi templum dicatum est, transiit: adventuque suo tempestatem, cui remedio quæsitus erat, dispulit.

3. N E C minus voluntarius Junonis in urbem nostram transitus. Captis a Furio Camillo Vejis, milites

iusſu Imperatoris ſimulachrum Iunonis Monetz , quod ibi præcipua religione cultum erat, in Urbem tralaturi, ſede ſua movere conabantur. Quorum ab uno per jocum interrogata Dea , an Romam migrare vellet, Velle ſe reſpondit. Hac voce audita , luſus in admirationem verſus eſt. Iamque non ſimulacrum , ſed ipſam coelo Iunonem petitam, portare ſe credentes , læti in ea parte montis Aventini , in qua nunc templum ejus cernimus, collocaverunt.

4. FORTVNÆ etiam Muliebris ſimulacrum, quod eſt via Latina ad quartum milliarium, eo tempore cum æde ſua conſecratum, quo Coriolanum ab excidio Urbis maternæ preces repulerunt, non ſemel, ſed bis locutum conſtitit, his pene verbis: Rite me matronæ vidiftis, riteque dedicatiſtis.

5. VALERIO autem Poplicula eos, qui poſt exactos reges bellum cum Vejentibus & Hetrufcis geſſit, illis Tarquinio priſtinum imperium reſtituere, Romanis nuper partam libertatem retinere cupientibus ; Hetrufcis, & Tarquinio in cornu dextro proelio ſuperioribus, tantus terror ſubito inceſſit, ut non ſolum victores ipſi profugerent, ſed etiam pavoris ſui conſortes ſecum Vejentes traherent. Cui rei pro argumento miraculum adjicitur: Ingens repente vox e proxima ſilva Arſia, quæ ore Silvanj in hunc pene modum miſſa traditur, Vno plus Hetrufci cadent: Romanus exercitus victor abibit. Miram dicti fidem digeſta numero cadavera exhibere.

6. QUID Martis auxilium, quo victoriam Romanorum adjuvit, nonne memoria celebrandum eſt? Cum Brutij atque Lucani odio incitatiffimo, maximisque viribus Thurinæ urbis peterent excidium , ac præcipuo ſtudio incolumitatem ejus C. Fabricius Luſcinus eos, protegeret ; reſque auſcipiti eventu, collatis unum in locum utriuſque partis copiis, gereretur : non audentibus Romanis prælio congredi : eximie magnitudinis juvenis primum eos hortari ad capeſcendam fortitudinem cœpit. Deinde, ubi tardiores animadvertit, arreptis ſcalis per mediam hoſtium aciem ad contraria caſtra evaſit: & admotis , vallum conſcendit. Inde voce ingenti clamitans, factum victoriæ gradum , & noſtros ad aliena caſtra capienda, & Lucanos, Brutioſque ad ſua defendenda , illuc traxit, ubi conſerti dubio certamine terrebantur. Sed idem impulſu armorum ſuorum proſtratos hoſtes jugulandos, capiendosque Romanis tradidit. 20 enim millia cæſa, quinque millia cum Statio Statilio duce utriuſque gentis, & tribus atque 20, militariſibus ſig-  
guit;

quis capta sunt. Postero die cum eos inter honorandos, quorum strenua opera fuerat usus, vallarem coronam ei se servare dixisset, a quo castra erant oppressa, nec juvenis, qui id præmium peteret, inveniretur, cognitum pariter, atque creditum est, Martem patrem tunc populo suo adfuisse. Inrer cetera hujusce rei manifestæ indicia, galea quoque duabus distincta piuinis, qua coeleste caput testum fuerat, argumentum præbuit. Itaque Fabricii edicto, supplicatio Marti est habita, & a laureatis militibus magna cum animorum lætitia oblato auxilii testimonium ei est redditam.

7. **R E F E R A M** nunc quod suo seculo cognitum manavit ad posteros, Penates deos Æneam Troja advektos Lavinij collocasse: inde ab Ascanio filio ejus Albam, quam ipse condiderat, tralatos, pristinum sacrum repetisse, & quia id humana manu factum existimari poterat, relatos Albam, voluntatem suam altero transitu significasse. Nec ine præterit de motu, & voce deorum immortalium, humanis oculis, auribusque percepto, quam in ancipiti opinione æstimatio versetur. Sed quia non nova dicuntur, sed tradita repetuntur, fidem auctores vindicent: nostrum sit, inclytis literarum monumentis consecrata, perinde ac vana non refugisse.

8. **FACTA** mentione urbis, e qua primordia civitas nostra traxit, Divus Iulius fausta proles ejus, se nobis offert: quem C. Cassius (nunquam sine præfatione publici patricidii nominandus) cum acie Philippensi ardentissimo animo perstaret, vidit humano habitu angustiorum, purpureo paludamento amictum, minaci vultu, & concitato equo in se impetum facientem: quo aspectu perterritus, tergum hosti dedit, voce illa prius emissa, Quid enim amplius agas, si occidisse parum est? Non occideras tu quidem Cassi Cæsarem. neque enim extingui ulla divinitas potest: sed mortali adhuc corpore utentem violando, meruisti ut tam infestum haberes deum.

9. **I A M** quod L. Lentulus littus prænavigans, in quo Cn. Pompeji magni perfidia Protonæi regis intercepti, corpus concissæ scaphæ lignis comburebatur: ignarus casus ejus, cum ipsi Fortunæ erubescendum rogam vidisset, commilitonibus dixit, Qui scimus, an hac flamma Cn. Pompejus cremetur? divinitus missæ vocis miraculum est.

10. **A T Q V E** hoc quidem hominis tantum: illud autem ore ipsius Apollinis editum, quo Appii interitum veridica Pythicæ vaticinationis fides præcurrit. Is bello civili, quo se Cn. Pompejus a Cæsaris concordia pestifero sibi, nec Reipublicæ utili consilio abruperat, even-

tum gravissimi motus explorare cupiens; viribus imperit (namque Achajæ præerat) antisitem Delphicæ corti-  
 uæ, in intima sacri specus partem coegit descendere:  
 unde ut certæ consulentibus sortes petuntur, iranimus  
 divini spiritus haustus reddentibus pestifer existit. Igi-  
 tur impulsu concepti numinis instiucta virgo, horrendo  
 sono vocis, Appio inter obscuras verborum ambages fa-  
 ta cecinit. Nihil, inquit, ad te hoc Romane bellum: Eu-  
 boæa Coelam obtinebis. At is ratus consiliis se Apelli-  
 qis moneri, ne illi discrimini interesset, in eam regio-  
 nem secessit, quæ inter Rhamunta nobilem Attici soli  
 partem, Caristumque Chalcidico freto vicinam interja-  
 ceus, Coelæ Eubœæ nomen obtinet, ubi ante Pharsali-  
 cum certamen morbo consumptus, prædictum a deo lo-  
 cum sepultura possedit.

11. POSSUNT & illa miraculorum loco ponit:  
 Quod deulto sacrario Saliorum, nihil in eo præter li-  
 tum Romuli integrum repertum est. Quod Ser. Tullii  
 statua, cum ædes Fortunæ conflagrasset, inviolata per-  
 mansit. Quod Q. Claudie statua in vestibulo templi  
 Matris deum posita, bis ea æde incendio consumta, prius  
 P. Nasica Scipione, & L. Bestia: Item M. Servilio, & L.  
 Lania coss. in sua basi flammis intacta stetit.

12. ALIQUID admirationis civitati nostræ A-  
 cilii etiam Aviolæ rogas attulit, qui & a medicis, & a  
 domesticis mortuus creditus, cum aliquandiu humi ja-  
 cuisset, elatus, postquam Iguis corpus ejus corripuit, vi-  
 vere se proclamavit, auxiliumque pædagogi sui (nam is  
 solus ibi remanserat) invocavit. Sed jam flammis circun-  
 datus, fato subtrahi non potuit.

L. quoque Lamie prætorio viro æque vocem fuisse  
 super rogum constitit.

#### EXTERNA.

1. QVÆ minus admirabilia, Eri Pamphili casus  
 facit: quem Plato scribit inter eos qui in acie cecide-  
 rant, decem diebus jacuisse, biduoque postquam inde  
 sublatus esset, impositum rogo revixisse, ac mira quædam  
 tempore mortis visa narrasse.

2. ET quoniam ad externa transgressi sumus, qui-  
 dam Athenis vir eruditissimus, cum ictum lapidis capite  
 excepisset, cætera puvia tenacissima memoria retinens,  
 literarum tantummodo, quibus præcipue inservierat,  
 oblitus est. Ditum malignumque vulnus in animo per-  
 cussi, quasi de industria scrutatis sensibus, in eum post-  
 sumum, quo maxime lætabatur, acerbitate nocendi eru-  
 pit; singularem doctrinam hominis pleno invidiæ fue-  
 re effereudo: Cui si talibus studiis perfrui fas non erat,  
 utilius

utilius aliquanto fuit, ad illa aditum non impetrasse; quam jam percepta eorum dulcedine caruisse.

3. MISERABILIOR tamen sequentis casus narratio. Nausinensis enim Acheuensis uxor, cum filii ac filiae suae stupro intervenisset, inopinati monstri percussa conspectu; & in praesens tempus ad indignandum, & in posterum ad loquendum obmutuit. Illi nefarium concubitum voluntaria morte penarunt. Hoc modo fortuna saeviens huic vocem, iis vitam ademit, illi propitia donat.

4. AEGLES Samius athleta mutus, cum ei victoriae quam adeptus erat, titulus & praemium eriperetur, indignatione accensus, vocalis evasit.

5. GORGIAE quoque Epirotae fortis viri clara fuit origo, qui in funere matris utero elapsus, inopinato vagitu suo lectum ferentes consistere coegit, ut ovumque spectaculum patriae praebuit, tantum non ex ipso genitricis rogo lucem, & cunas assecutus: Eodem enim momento temporis, altera jam fato functa parit, alter ante elarus, quam natus est.

6. DIVINAE fortunae vulnus Pheræo Iasoni quidam exitii ejus cupidus intulit. nam cum inter insidias gladio eum percussisset, vomitum, quae a nullo medicorum sanari potuerat, ita rupit, ut hominem pestifero malo liberaret.

7. AEQVE diis immortalibus acceptus Simonides, cujus salus ab imminenti exitio defensa, ruinae quoque subtrahita est. Coenanti enim apud Scopam, in Cranone (quod est in Thessalia oppidum) nuntiatum est duos juvenes ad januam venisse, magnopere rogantes ut ad eos continuo prodiret: ad quos egressus, neminem reperit ibi. Caeterum eo momento temporis trichium, in quo Scopas epulabatur, collapsum, & ipsum & omnes convivas oppressit. Quid hac felicitate locupletius, quam nec mare, nec terra saeviens, extinguere valuit?

8. NON invitus huic subnecto Daphidam, ne quis ignoret quantum interfuerit cecinisse deorum laudes, & nomen obtrectasse. hic curvatus studii esset, cujus professores Sophistae vocantur: ineptae & mordacis opinionationis Apollinem Delphis irridendi causa consuluit, An equum invenire posset, cum omnino nullum habuisset. Cujus ex oraculo reddita vox est, inventurum equum, sed ut eo perturbatus, periret. Inde cum jocabundus, quasi delusa sacrarum sortium fide reverteretur, incidit in regem Attalum, sapenmero a se contumeliosis dictis absentem laecessitum; ejusque jussu, saxo, cui nomen erat Equi, praecipitatus, ad deos usque cavillandos de-

mentis animi iusta supplicia pependit.

9. EODEM oraculo Macedonum rex Philippus admonitus, ut a quadrigæ violentia salutem suam custodiret, toto regno disjungi curus iussit, eumque locum, qui in Bœotia Quadriga vocatur, semper vitavit: Nec tamen denunciatum periculi genus effugit: nam Pausanias in capulo gladii, quo eum occidit, quadrigam habuit cælata.

10. QVÆ tam pertinax necessitas in patre, & filio Alexandro consimilis apparuit. Siquidem Calanus Indus sua sponte se ardenti rogo superjacturus, interpellatus ab eo, ecquid aut mandaret, aut dicere vellet, Brevi te, inquit, videbo. Nec id sine causa: quia voluntarium ejus e vita excessum rapida mors Alexandri subsecuta est.

11. REGIOS interitus magnitudine miraculi remigis casus æquat: quem in hexere Tyrionum sentinam haurientem, cum e navi fluctus abjecisset; altero latere reperculsum, fluctus contrarius in navem retulit. Itaque miseri simul ac felicitis complorationi permista fuit gratulatio.

12. QUID illa? nonne ludibria naturæ in corporibus humanis fuisse credenda sunt? tolerabilia quidē, quia sævitia carnerunt: cæterum & ipsa miraculis annumeranda. Nam & Prusæ regis Bithyniæ filius eodem nomine quo pater, pro superiori ordine dentium unum os æqualiter extentum habuit, nec ad speciem deforme, neque ad usum ulla ex parte incommodum.

13. MITHRIDATIS vero regis filia Dripetine Laodice regiina nata, duplici ordine dentium deformis admodum, comes fugæ patris, a Pompejo devicti, fuit.

14. NE illius quidem parvæ admirationis oculi, quem constat tam certa acie luminum usum esse, ut a Lilybæo, portu Carthagenensium, egredientes classes intreretur.

15. OCVLIS ejus admirabilius Aristomenis Messæni cor: quod Athenienses ob eximiam calliditatem exactum, pilis refertum invenerunt: cum eum aliquoties captum, & astutia elapsum, cepissent.

16. AT poeta Antipater Sidonius, omnibus annis, uno tantummodo die, quo genitus erat feбри implicabatur. Cumque ad ultimam ætatem pervenisset, natali suo certo illo circuitu morbi consumptus est.

17. HOC loco apte referantur Polystratus, & Hippoclidès Philosophi, eodem die nati, ejusdem præceptoris Epicuri sectam secuti, patrimonii etiam possidendi adeun-

adeundæque scholæ communiõne conjuncti, eodemque momento temporis ultiãa senectute extincti. Tam æqualem fortunæ pariter, atque amicitie societatem, quis non ipsius cœlestis Concordiæ suam genitam, nutritam, atque futuram putet?

18. **QVAPROPTER** hoc potissimum fuerit, aut in liberis potentissimorum regum, aut in rege clarissimo, aut in vate ingenii florentis, aut in viris eruditissimis, aut in homine fortis ignotæ, ne ipsa quidem, omnis bonæ malæque materiæ fecunda artifex Natura rationem rerum reddiderit. Non magis quam quid ita sylvestres capreas, Cretæ genitas, tantopere dilexerit, quas sagittis confixas ad salutare auxilium herbæ dictamni, tantum non suis manibus dedit: efficitque ut concepta ea, continuo & tela & vim veneni vulneribus respuant. Aut in Cephaleia insula, cum omnia ubique pecora hant aquæ quotidie recreentur, in ea pecudes majore ex parte anni ore aperto ex alto ventos recipientes, sitim suam sedare instituerit. Aut quapropter Crozouæ in templo Iunonis Laciniæ aram ad omnes ventos immobili cinere donaverit potissimum. Vel quare alteram in Macedonia, alteram in Caleno agro aquam proprietatem vini, qua homines inebrientur, possidere voluerit. Non admiratione ista, sed memoria profegui debemus: cum sciamus recte ab ea plurimum licentiæ vindicari, penes quam infinitus cuncta gignendi labor consistit.

19. **QVÆ** quia supra usitatam rationem excedentia attingimus, serpentis quoque a T. Livio curiose pariter, ac facunde relata fiat mentio. Is enim ait in Africa apud Bagradam flumen, tantæ magnitudinis anguem fuisse, ut Atilii Reguli exercitum usu annis prohiberet: multisque militibus ingenti ore correptis, compluribus caudæ voluminibus elisis, cum telorum jactu perforari nequiret, ad ultimum balistarum tormentis undique peritum, silicum crebris & ponderosis verberibus procubuisse, omnibusq; & cohortibus & legionibus ipsa Carthagine visam terribiliorem. Atque etiam cruore suo gurgitibus imbutis, corporisque jacentis pestifero afflatu vicina regione polluta, Romana inde summovisse castra. Dicit belluæ etiam corium 120. pedes longum, in Urbem missum.

## VALERII MAXIMI

## LIBER SECVNDVS.

## CAPVT I.

DE MATRIMONIORVM RI-  
TV ET NECESSITVDINVM  
OFFICIIS.

- |   |                               |    |                            |
|---|-------------------------------|----|----------------------------|
| 1 | <i>Nuptiarum auspicia.</i>    | 7  | <i>Verecunda consan-</i>   |
| 2 | <i>Epula seu conuiuia.</i>    |    | <i>guinitas.</i>           |
| 3 | <i>Matrimonia non re-</i>     | 8  | <i>Charistia.</i>          |
|   | <i>perentes laudare.</i>      | 9  | <i>Senectus honorata.</i>  |
| 4 | <i>Primum repudium.</i>       | 10 | <i>Iuuentus obseruata,</i> |
| 5 | <i>Matronalis libertas ac</i> |    | <i>exemplisque in-</i>     |
|   | <i>decor.</i>                 |    | <i>structa.</i>            |
| 6 | <i>Conjugalis concordia.</i>  |    |                            |

**D**IUES & præpotens Naturæ regnum scrutatus, injiciam stylum tam nostræ Urbis, quam cæterarum gentium priscis ac memorabilibus institutis. Operæ est enim cognosci hujus vitæ, quæ sub optimo principe felicem agimus, quænam fuerint elementa, ut eorum quoque respectus præsentibus aliquid moribus proficit.

1. **A P V D** antiquos non solum publicè, sed etiam privatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumpto: quo ex more nuptiis etiamnum auspices interponuntur. Qui quamvis auspicia petere delierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia usurpant.

2. **F E M I N Æ** cum viris cubantibus sedentes cœnitabant: quæ consuetudo ex hominum convictu ad diuina penetravit: nam Iovis epulo ipse in lectulum, Iuno & Minerva in sellas ad cœnam invitantur. Quod genus severitatis ætas nostra diligentius in Capitolio, quam in suis domibus servat: videlicet quia magis ad rem pertinet, dearum quam mulierum, disciplina contineri.

3. **Q V Æ** uno contentæ matrimonio fuerant, coroua pudicitiae honorabantur. Exultabant enim eum præcipue matronæ sincera fide incorruptum esse animum, qui depositæ virginitatis cubile pudicum egredi nesciret: multorum matrimoniorum experientiam, quasi illegitimæ cujusdam intemperantiæ signum esse credentes.

4. **R E P V D I V M** inter uxorem & virum a con-

disa



ditā Vrbe usque ad vicesimum & quingentesimum annum nullum intercessit. Primus autem Sp. Carvilius uxorem sterilitatis causa dimisit. Qui quanquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehensione tamen non caruit: quia nec cupiditatem quidem liberorum conjugali fidei præponi debuisse arbitrabantur.

5. SED quo matronale decus, verecundiæ munimento tutius esset, in jus vocanti matronam corpus ejus attingere non permissum, ut inviolata manus alienæ tactu stola relinqueretur. Vini usus olim Romanis feminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur; quia proximus a Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consuevit. Ceterum ut non tristis earum & horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis & auro abundantibus, & multa purpura usæ sunt: & quo formam suam conciniorem efficerent, summa cum diligentia capillos cinere rimularunt. Nulli enim tunc subfessores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur: sed pariter & videre sancte, & aspici mutuo pudore custodiebantur.

6. QVOTIES vero inter virum & uxorem aliquid jurgii intercesserat, in sacellum deæ Viriplacæ, quod est in Palatio, veniebant: & ibi invicem locuti, quæ voluerant, contentione animorum deposita concordies revertebantur. Dea nomen hoc a placandis viris fertur assecuta: veneranda quidem, & nescio an præcipuis, sed exquisitis sacrificiis colenda: utpote quotidiana ac domesticæ pacis custos, in pari jugo charitatis ipsa sui appellatione virorum majestati debitum ac feminis reddens honorem.

7. HVIVSMODI inter conjuges verecundiæ, quid? inter ceteras necessitudines, nonne apparet consentanea? nam ut minimo indicio maximam vim ejus significem, aliquandiu nec pater cum filio pubere, nec focer cum genero lavabatur. Manifestum igitur est tantum religionis sanguini & affinitati, quantum ipsis diis immortalibus tributum: quia inter ista tam sancta vincula, non magis, quam in aliquo sacro loco nudare se, nefas esse credebatur.

8. CONVIVIVM etiam solenne majores instituerunt, idque Charistia appellaverunt, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur: ut si qua inter necessarios querela esset orta, apud sacra mensæ, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordie adhibitis tolleretur.

9. SENECTVTI inventus ita cumulatum &

circumspectum honorem reddebat, tanquam majores natu adolescentium communes patres essent. Quocirca juvenes, Senatus die, utique aliquem ex patribus conscriptis, aut propinquum, aut paternum amicum ad curiam deducebant, affixique valvis expectabant, donec reducendi etiam officio funderentur. Qua quidem voluntaria statione, & corpora & animos ad publica officia impigre sustinenda roborabant, brevique progressu morarum in lucem virtutum verecundia & laboris meditatione, ipsi doctiores erant. Invitati ad coenam diligenter quærebant quinam ei convivio essent interfuturi: ne senioris adventum discubitu præcurrerent: sublataque mensa priores consurgere & abire patiebantur. Ex quibus apparet coenæ quoque tempore quam parco, & quâ modello sermone his præsentibus soliti sint uti.

10. MAIORES natu in conviviis ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant, quo ad ea imitanda juventutem alacriorem redderent. Quid hoc splendidius, quid etiam utilius certamine? pubertas canis suum honorem reddebat: defuncta virium cursu ætas iugredientes actuosam vitam favoris nutrimentis prosequeretur. Quas Atheuas, quam Scholam, quæ alienigena studia huic domesticæ disciplinæ prætulerim? Inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricii, Marcelli, Fabii: ac ne singula imperii nostri lumina percurrendo sim longior, inde, inquam, coeli clarissima pars Divi fulserunt Cæsares.

## CAPUT II.

## DE MAGISTRATVVM ATQVE ORDINVM OFFICIIS, ET INSTITVTIS.

- |   |  |   |   |
|---|--|---|---|
| 1 | <i>Senatus Rom. fides &amp; taciturnitas.</i>                  | 5 | <i>Constantia legatorum Rom.</i>                |
| 2 | <i>Auctoritas magistratum &amp; observantia lingua Latine.</i> | 6 | <i>Vigilantia senatus.</i>                      |
| 3 | <i>C. Marius eloquentiam spernens.</i>                         | 7 | <i>Diligentia tribunorum plebis.</i>            |
| 4 | <i>Majestas consularis.</i>                                    | 8 | <i>Abstinentia magistratum.</i>                 |
|   |  | 9 | <i>Equitum Rom. probatio, &amp; Lupercalia.</i> |

1. **A** DEO autem magna charitate patriæ omnes renebantur, ut arcana consilia P. Conscriptorum multis seculis nemo senator enunciauerit. Q. Fabius

bis Maximus tantummodo, & is ipse per imprudentiam, de tertio Punico bello indicendo quod secreto in curia erat actum, P. Crasso, rus petens, domum revertenti in itinere narravit, memor enim triennio ante Quæstorem factum, ignarusque nondum a Censoribus in ordinem senatorium allectum: quo uno modo his, qui jam honores gesserant, aditus in curiam dabatur. Sed quamvis honestus error Fabii esset, vehementer tamen a consulis objurgans est. Nunquam enim taciturnitatem, optimum ac tutissimum administrandarum rerum vitium, labefactari volebant. Ergo cum Asiæ rex Eumenes, amantissimus nostræ Urbis, bellum a Perse adversus populum Romanum comparari senatui nuntiasset; non ante sciri potuit, quid aut ille locutus esset, aut patres responderent, quam captum Persem cognitum est. Fidum erat, & altum resp. pectus Curia, silentiique salubritate mutuum, & vallarum undique: cujus limen intrantes, abjecta privata charitate publicam induebant. Itaque non dicam unum, sed neminem audisse crederes, quod tam multorum auribus fuerat commissum.

2. Magistratus vero prisca quantopere suam populique Romani majestatem retinentes se gesserint, hinc cognosci potest, quod iuter cetera obtineudæ gravitatis iudicia, illud quoque magna cum perseverantia custodiebant, ne Græcis unquam, nisi Latine responsa darēt. Quinetiam ipsa linguæ volubilitate, quia plurimum valent, excussa, per iuterpreterem loqui cogebant; nō in urbe tantum nostra, sed etiam in Græcia, & Asia: Quo scilicet Latine vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. Nec illis deerant studia doctrinæ, sed nulla uon in re pallium togæ subjici debere arbitrabantur: indignum esse existimantes, illecebris, & suavitate literarum imperii pondus & auctoritatem domari.

3. QVAPROPTER non es damnandus rustici rigoris C. Mari, qui gemina lauro coronatam senectutem tuam, Numidicis & Germanicis illustrem trophæis, victor devictæ gentis faciundia politioem fieri noluit: credo ne alienigena ingenii exercitatione, patrii ritus servus transfuga existeres. Quis ergo huic consuetudini, qua nunc Græcis actionibus aures curiæ exsurdantur, januam patefecit? ut opinor Molo rhetor, qui studia M. Ciceronis acuit. Eum namque ante omnes exterarum gentium in senatu sine interprete auditum constat. Quē honorem non iunmerito cepit, quoniam summam vim Romanæ eloquentiæ adjuverat. Conspiciuæ felicitatis Arpinum, sive unicum literarum gloriosissimum contemptorem, sive abundantissimum fontem intueri velis.

4. **MAXIMA** autem diligentia majores hunc morem retinuerunt, ne quis se inter consulem & proximum licitorem, quamvis officii causa una progrediretur, interponeret: filio dumtaxat, & ei puero, ante patrem consulem, ambulandi jus erat. **Quimos** adeo pertinaciter retentus est, ut **Q. Fabius Maximus** quinque dies eos. vir etiam pridem summæ auctoritatis, & tunc ultimæ senectutis, a filio consule invitatus, ut inter se & licitorem procederet, ne hostium Sannitum turba (ad quorum colloquium descendebant) elideretur, id facere noluerit. Idem præstitit ille **Fabius** qui a senatu legatus ad filium consulem **Suessam** missus: postquam animadvertit enim ad officium suum extra oppidum processisse, indignatus quod ex licitoribus **XI. ueniso** se equo descendere iussisset plenus iræ sedere perseveravit. Quod cum filius sensisset, proximo licitori ut sibi appareret, imperavit. cuius voci **Fabius** continuo obsecutus: Non ego, inquit, fili summum imperium tuum contempsi, sed experiri volui, an scires consulem agere: Næc ignoro quid patriæ venerationi debeatur: verum publica instituta privata pietate potiora iudico.

5. **RELATIS** Fabiorum laudibus, offerunt se mirificæ constantiæ viri: qui legati a senatu **Tarentum** ad res repetendas missi, cum gravissimas ibi injurias accepissent, unus etiam urina respersus esset, in theatrum (ut est consuetudo Græciæ) introducti, legationem quibus acceperunt verbis, peregerunt: De his quæ passi erant, questi non sunt, ne quid ultra ac mandatum esset, loquerentur: insitusque pectoribus eorum antiqui moris respectus dolore, qui ex contumelia gravissimus nascitur & sentitur, conveili non potuit. Finem profecto frondarum opum, quibus ad invidiam diu abundaveras **Tarentina** civitas quæsitit. Nam dum horridæ virtutis in seipsum connexum stabilimentum, nitore fortunæ præsentis inflata fastidiose æstimas, in prævalidum imperii nostri mucronem cæca & amens irruisti.

6. **SÊD** ut a luxu perditis moribus, ad severissima majorum instituta transgrediar, antea senatus assiduam stationem eo loci peragebant, qui hodieque **Senatulum** appellatur: Nec expectabat ut edicto contraheretur, sed inde citatus proxius in **Curiam** veniebat: ambiguae laudis civem existimans, qui debitis Reipub. officiis non sua sponte, sed iussus frangeretur: quia quicquid imperio cogitur, exigenti magis, quam præstanti acceptum refertur.

7. **ILLVD** quoque memoria repetendum est, quod tribunis plebis iurare **Curiam** non licebat: ante valvas  
autem

autem postis subsellis, decreta patrum attentissima cura examinabant; ut si qua ex eis improbassent, rata esse non sinerent. Itaque veteribus Senatusconsultis T. litera subscribi solebat: eaque nota significabatur, ita tribunos quoque censuisse: Qui quamvis pro commodis plebis excubabant, inque imperiis compescendis occupati erant; instrui tamen ea argenteis vasis, & annulis aureis publice præbitis patiebantur; quo talium rerum usu auctoritas magistratum esset ornatior.

8. **QVORVM** quemadmodum majestas amplificabatur, ita abstinentia arctissime constringebatur. Imelatarum enim ab his hostiarum exta, ad quæstores ærarii delata veniebant, sacrificiisque pop. Roman. tum Deorum immortalium cultus, tum etiam hominum continentia inerat, imperatoribus nostris quam sanctas manus habere deberent apud ista altaria discuntibus: Continentiæ vero tantum tribuebatur, ut multorum æs alienum, quia provincias sincere administraverant, a senatu persolverum sit. Nam quorum opera publicam auctoritatem splendorem suum procul obtinuisse viderant, eorum dignitatem domi collabi, indignum, sibi que deforme esse arbitrabantur.

9. **EQVESTRIS** vero ordinis juvenus omnibus annis bis Urbem spectaculo sui sub magnis auctoribus celebrabat, die Lupercalium, & Equitum probatione. Lupercalium nos a Romulo & Remo inchoatus est, tunc cum lactiria exultantes, quod his avus Nuntior, rex Albanorum, eo loco, ubi educati erant, urbem condere permiserat sub monte Palatino, hortatu Faustuli educatoris sui, quem Evander Argivus consecraverat: facto sacrificio, cælisque capris, epularum hilaritate, ac vino largiore provecti, divisa pastorali turba, cincti pelibus iumelatarum hostiarum, jocantes obvios petiverunt: cujus hilaritatis memoria annuo circuitu feriarum repetitur. Trabeatos vero equites Idibus Julijs Q. Fabius transvehi instituit. Idem censor cum P. Decio seditionis finienda gratia, quum comitia in humillimi cujusque potestatem redacta accenderant, omnem forensis turbam in quatuor tantummodo tribus descripsit: easque Urbanas appellavit. Quo tam salubri facto, vir alioqui bellicis operibus excellens, Maximus cognominatus est.

DE MILITARIBVS INSTI-  
TVTIS.

- 1 *Capite censu milites primi*      2 *Militaris exercitatio.*  
3 *Velitum primus usus.*

**L**AVDANDA etiam populi verecundia est, quæ impigre se laboribus & periculis militiæ offerendo, dabat operam ne imperatoribus, capite censos sacramento rogare esset necesse, quorum nimia inopia suspecta erat, ideoque his publica arma non committentur.

1. **S**ED hanc diutina usurpatione firmatam consuetudinem C. Marius capite censum legendo militem, abrupit. Civis alioqui magnificus, sed novitatis suæ conscientia, verustati non sane propitius; memorque si militaris ignavia humilitatem spernere perseveraret, se a maligno virtutum interprete velut capite censum imperatorem compelli posse. Itaque fastidiosum delectus genus in exercitiis Romanis obliterandum duxit, ne talis notæ contagio ad ipsius quoque gloriæ sigillationem penetraret.

2. **A**RMORVM tractandorum meditatio a P. Rutilio consule Cn. Mallii collega, militibus est tradita. Is enim nullius ante se imperatoris exemplum secutus, ex Iudo Cn. Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum accersitis, vitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem legibus iugeneravit; virtutemque arti, & rursus artem virtuti immiscuit, ut illa impetu huius fortior, hæc illius scientia cautior fieret.

3. **V**ELITVM usus eo bello primum repertus est, quo Capuam Fulvius Flaccus imperator obsedit. Nam cum equitatu Campanorum crebris excursionibus equites nostri, quia numero pauciores erant, resistere non possent, Q. Nævius Centurio e peditibus lectos expediti corporis, brevibus & incurvis septenis armatos hastis, parvo regimine munitos, veloci saltu jungere se equitibus, & rursus celeri motu dilabi instituit: quo facilius equestri proelio subiecti pedites, viros pariter atque equos hostium telis incesserent. Eaque novitas pugnae unicum Campanæ perfidiæ debilitavit auxilium. Ideoque auctori ejus Nævio adhuc honos est habitus.

## CAPVT IV.

## DE SPECTACVLIS.

- |   |   |   |  |
|---|---|---|--|
| 1 | <i>Theatra primum adificata.</i>        | 4 | <i>Origo secularium.</i>                     |
| 2 | <i>Loca ordinibus primum attributa.</i> | 5 | <i>Primi saculares.</i>                      |
| 3 | <i>Origo sceniarum ludorum.</i>         | 6 | <i>Ornamenta &amp; luxus ludorum.</i>        |
|   |   | 7 | <i>Gladiatorium &amp; athleticum primum.</i> |

1. **P**ROXIMVS militaribus institutis ad urbana castra, id est, theatra gradus faciendus est, quoniam hæc quoque sæpenumero animosas actus instruxerunt, excogitataque cultus deorum, & hominum delectationis causâ non sine aliquo pacis rubore voluptatem & religionem civili sanguine, sceniarum portentorum gratia macularunt.

2. **QVÆ** inchoata quidem sunt a Messalla, & Cassio censoribus; cæterum auctore P. Scipione Nasica omnem apparatus operis eorum subiectum hastæ venire placuit. Atque etiam S. C. cautum est, ne quis in Urbe propiusve passus mille subsellia posuisse, sedensve ludos spectare vellet, ut scilicet remissioni animorum iuncta standi virilitas, propria Romanæ gentis nota esset.

3. **PER** quingentos autem & quinquaginta octo annos senatus populo missus spectaculo ludorum interfuit. Sed hunc morem Atilius Serranus, & L. Scribonius ædiles, ludos Marti deum facientes, superioris Africani sententiam secuti, discretis senatus & populi locis solverunt: Eaque res avertit vulgi animum, & favorem Scipionis magnopere quassavit.

4. **NVN C** causam instituentium ludorum ab origina sua repetam. C. Sulpitio Perico, C. Licinio Stolone coss. intoleranda vis ortæ pestilentiæ, civitatem nostram a bellicis operibus revocantem, domestici atque intestini mali cura afflixerat: tamque plus in exquisito & novo cultu religionis, quam in ullo humano consilio positum opis videbatur. Itaque placandi cœlestis numinis gratia compositis carminibus vacuas aures præbuit usque ad id tempus Circensi spectaculo contenta, quod primus Romulus, raptis virginibus Sabinis, Consualium nomine celebravit. Verum, ut est mos hominum, parvula initia perinaci studio prosequendi, venerabilibus erga deos verbis inventus, rudi atque incomposito motu corporum jocabunda, gestus adjecit. Eaque res Ludium ex Etruria accersendi causam præbuit: cu-

ius decora pernicitas vetusto ex more Curetum Lydo-  
rumque (a quibus Etrusci originem traxerunt) uovitate  
grata Romanorum oculos permulsit. Et quia Ludius apud  
eos Histrion appellabatur, scenico nomen Histrionis  
inditum est. Paulatim deinde ludicra ars ad Satyrarum  
modos perrepsit: a quibus primus omnium poeta Li-  
uius, ad fabularum argumenta spectantium animos  
transulit. Isque sui operis actor, cum sæpius a populo  
revocatus vocem obrudisset; adhibito pueri & tibicinis  
concentu, pestilentionem tacitus peregit. Attelani au-  
tem ab Oscis acciti sunt: quod genus delectationis Ita-  
lica severitate temperatum, ideoque vacuum nota est;  
nam neque tribu movetur, neque a militaribus stipen-  
diis repellitur.

ET quia cæteri ludi ipsis appellationibus unde tra-  
bantur, apparerent; non absurdum videtur Secularibus in-  
nitium suum, cujus generis minus certa notitia est, red-  
dere. Cum ingenti pestilentia Vrbs agrique vastarentur,  
Valerius vir locuples, rusticæ vitæ, duobus filiis & filia  
ad desperationem usque medicorum laborantibus, a-  
quam calidam iis a foco petens, genibus nixus, Lares  
familiares, ut puerorum periculum in ipsius caput trās-  
ferrent, oravit: Orta deinde vox est, habiturum eos sal-  
vos, si continuo flumine Tiberis deVectos Tarentum de-  
portasset, ibique ex Dis patris, & Proserpinæ ara peti-  
ta calda, recreasset. Eo prædicto magnopere confusus,  
quod & longa & periculosa navigatio imperabatur: spe  
tamen dubia præsentem metum vincente, pueros ad ri-  
pam Tiberis protinus detulit (habitabat enim in villa  
sua propter vicum Sabinæ regionis Eretum) ac linte  
Ostiam petens, nocte concubia ad Martium campum ap-  
pulit. Siilentibusque ægris succurrere cupiens, igne in  
navigio non suppetente; ex gubernatore cognoscit, haud  
procul apparere fumum. Et ab eo iussus egredi Taren-  
tum (id ei Ieco nomen est) cupide atrepto calice, aquam  
flumine haultam, eo unde fumus erat obortus, iam læ-  
tior pertulit, divinitus dati remedii quasi vestigia quæ-  
dam in propinquo nactum se existinans: Inq; solo ma-  
gis fumante; quam ulla ignis habente reliquias, dum re-  
uacius omen apprehendit, contractis levibus, & quæ  
fors obtulerat nutrimentis, pertinaci spiritu flammam e-  
vomit, calefactamque aquam pueris bibendam dedit.  
Qua pota, salutarique quiete sopiti, diutina vi morbi repen-  
te sunt liberati; patrique indicaverunt, vidisse se in som-  
niis, quos nescio deorum, sponsia corpora sua perterge-  
re, & præcipere ut ad Dis patris & Proserpinæ aram,  
a qua fuerat potio ipsis allata, furvæ hollæ immolaren-



tur, lectisternia ludique nocturni fierent. Is quod eo loci nullam aram viderat, desiderati credens, ut a se construeretur; aram empturus in Urbem perrexit, relictis qui fundamentorum constituendorum gratia terram ad solidum foderent. Hi domini imperium exequentes, cum ad 20. pedum altitudinem humo egesta pervenissent; animadvertunt aram Diti patri, Proserpinæque inscriptam. Hoc postquam Valeſius nunciantē seruo accepit, omisso emendæ aræ proposito, hostias nigras, quæ antiquitus fuvæ dicebantur, Terenti immolavit, ludos & lectisternia, continuis tribus noctibus, quia totidem filii periculo liberari erant, fecit.

5. CUIVS exemplum Valerius Poplicola, qui primus consul fuit, studio succurrendi civibus, secutus, apud eandem aram publice nuncupatis votis, caſisque aris bubus, Diti maribus, feminis Proserpinæ, lectisternioque, ac ludis trinoctio factis, aram terra, ut ante fuerat, obruit.

6. RELIGIONEM ludorum crescentibus opibus secuta lautitia est. Eius instinctu Q. Carulus Campanam imitatus luxuriam, primus spectantium consessum velorum umbraculis texit. Cn. Pompejus ante omnes aquæ per semitas decursu, æstivum minuit fervorem. C. Pulcher scenam varietate colorum adumbravit, vacuis ante pictura tabulis extantam. Quam totam argento C. Antonius, auro Petrejus, ebore Q. Catulus prætexuit. Versatilem fecerunt Luculli. Argentatis choragiis P. Lentulus Spinter adornavit. Translatum aurea Pœniceis indutum tunicis M. Scaurus exquisito genere vestis cultum induxit.

7. GLADIATORIVM munus primum Romæ datum est in foro boario, Ap. Claudio, M. Fulvio cons. dederunt M. & D. Bruti, sinebri memoria patris cineres honorando. Athletarum certamen a M. Scauri tractum est munificentiâ.

## CAPVT V.

## DE FRUGALITATE ET INNOCENTIA.

- |   |   |   |                                    |
|---|---|---|------------------------------------|
| 1 | <i>Prima aurata statua in urbe.</i>       | 4 | <i>Tibicinum Quinquaria prima.</i> |
| 2 | <i>Ius civile cum fastis promulgatum.</i> | 5 | <i>Frugalis antiquorum vitæ.</i>   |
| 3 | <i>Veneficii prima questio.</i>           | 6 | <i>Febris dex sacella in urbe.</i> |

1. **S T A T V A M** auratam nec in urbe, nec in ulla parte Italiae quisquam prius aspexit, quam a M. Acilio Glabrione equestri patri poneretur in æde Pietatis: Eam autem ædem P. Cornelio Lentulo, & M. Bæbio Tamphilo coss. ipse dedicavit, quia pater eompos voti factus, rege Antiocho apud Thermopylas superato.

2. **I V S** civile per multa secula inter sacra cæremoniasque deorum immortalium abditum solisque pontificibus uotum, Cn. Flavius libertino patre genitus, & scriba, cum ingenti uobilitatis indignatione factus ædilis curulis, vulgavit, ac fastos pene toto foro exposuit. Qui cum ad visendum ægrum collegam suum veniret, neque a nobilibus; quorum frequentia cubiculum erat completum, sedendi loco reciperetur: sellam curulem afferri iussit, & in ea honorum pariter atque contemptus sui vindex, confedit.

3. **V E N E F I C I I** quæstio & moribus, & legibus Romanis ignota, complurium matronarum patefacto scelere orta est: Quæ cum viros suos clandestinis insidiis veneno perimeret, mihi ancillæ indicio protractæ; pars capitali iudicio damnatæ, centum septuaginta numerum expleverunt.

4. **T I B I C I N V M** quoque collegium solet in foro vulgi oculos in se convertere, cum inter publicas privatasque ferias, actiones, personis recto capite, variaque veste velatis, concentusque edit. Inde tracta licentia. Quondam vetiti in æde Iovis, quod prisco more fastitaverant, vesci, Tibur irati se contulerunt. Quorum ministerio senatus deserta sacra non æquo animo ferens, per legatos a Tiburtibus petiit, ut eos gratia sua Romanis templis restituerent. Quos illi in proposito perseverantes, interposita festæ epulationis simulatione, mero somnoque sopitos, plaustris in Urbem devehendos curaverunt: quibus & honos pristinus restitutus, & huiusce lusus jus est datum. Personarum usus, pudorem circumventæ temulentiae causam habet.

5. **F V I T** etiam illa simplicitas antiquorum in cibo capiendo, humanitatis simul & continentiae certissima index: Nam maximis viris prandere & coenare in propatulo, verecundiæ non erat: nec sane ulla epulas habebant, quas populi oculis subicere erubescerent: Erant adeo continentiae attentæ, ut frequentior apud eos pultis usus quam panis esset. Ideoque in sacrificiis mola quæ vocabatur, ex farre & sale constat: exta farre sparguntur: & pullis, quibus auspicia petuntur, puls obijciuntur: Primitus enim ex libamentis victus sui deos eo efficacius,

ficacius, quo simplicius placabant.

6. ET ceteros quidem ad benefaciendum venerabantur. Febrem autem ad minus nocendum, templis colebant; quorum adhuc unum in Palatio, alterum in area Martianorum monumentorum, tertium in summa parte Vici longi extat. In eaque remedia, quæ corporibus ægrorum adnexa fuerant, deferebantur. Hæc ad humanæ mentis æstus leniendos cum aliqua usus ratione excogitata, ceterum salubritatem suam industriæ certissimo ac fidelissimo munimento tuebantur: bonæque valetudinis eorum quasi quædam mater erat frugalitas, inimica luxuriosis epulis, & aliena nimix vini abundantix, & ab immoderato Veneris usu averfa.

## CAPVT VI.

## DE EXTERNIS INSTITVTIS.

- |   |   |    |  |
|---|---|----|--|
| 1 | <i>Spartanorum frugalitas.</i>                              | 10 | <i>Gallorum mos in mutuo dando.</i>                        |
| 2 | <i>Mos militaris eorundem.</i>                              | 11 | <i>Cimbrorum Celtiberorumque mos in ad-eundis praliis.</i> |
| 3 | <i>Atheniensem institutum contra otiosos &amp; inertes.</i> | 12 | <i>Thracum opinio de vitæ calamitate.</i>                  |
| 4 | <i>Arcopagus eorundem.</i>                                  | 13 | <i>Lyciorum luctus.</i>                                    |
| 5 | <i>Honor virtutis apud eosæm.</i>                           | 14 | <i>Indarum feminarum fidus amor erga maritos.</i>          |
| 6 | <i>Ingratitudinis actio apud eosdem.</i>                    | 15 | <i>Pænicarum feminarum prostitutio.</i>                    |
| 7 | <i>Massiliensium instituta varia.</i>                       | 16 | <i>Persarum institutum in educandis liberis.</i>           |
| 8 | <i>Cæjorum venerium publicum.</i>                           | 17 | <i>Numidarum regum mos in auctoritate seruanda.</i>        |
| 9 | <i>Massiliensium lex de advenis armatis.</i>                |    |  |

1. IDEM sensit proxima majorum nostrorum gravitati Spartana civitas: quæ severissimis Lycurgi legibus obtemperans, aliquandiu civium suorum oculos a contemplanda Asia retraxit; ne illecebris ejus capi, ad delicatius vitæ genus prolaberentur. Audierant enim lautitiam inde, & immodicos sumptus; & omnia non necessariæ voluptatis genera fluxisse: primosque Ionas unguenti, coronarumque in convivio dandarum, & secundæ mensæ ponendæ consuetudinem, haud parva luxuriæ irritamenta reperisse; Ac minime mirum est, quod

quod homines labore ac patientia gaudentes, tenacissimos patriæ nervos, externarum deliciarum contagione solvi & hebetari noluerunt: cum aliquanto faciliorem virtutis ad luxuriam, quam luxuriæ ad virtutem transitum viderent. Quod eos non frustra timuisse dux ipsorum Pausanias patefecit, qui maximis operibus editis, sit primum se Asiæ moribus permisit, fortitudinem suam effeminato ejus cultu, mollire non erubuit.

2. **EIVSDEM** civitatis exercitus non ante ad dimicandum descendere solébant, quam tibie concentu, & anapæsti pedis modulo cohortationis calorem animo traxissent, vegeto & crebro ictus sono streuente hostem invadere admoniti. Iidem ad diffundendum & occidendum vulnerum suorum cruorem Pœuceis in prælio tunicis utebantur; non, ne ipsis aspectus ejus terrorem, sed ne hostibus fiduciæ aliquid afferret.

3. **E GREGIOS** virtutis bellicæ spiritus Lacedæmoniorum, prudentissimi pacis moribus Athenienses subsequuntur: apud quos inertia e latebris suis, languore marcescit, in forum perinde ac delictum aliquid protrahitur, sitque ut facinorosa, ita erubescenda re culpæ.

4. **EST** & ejusdem urbis sanctissimum consilium Areopagus, ubi quid quisque Atheniensium ageret, aut quonam quæstu sustentaretur, diligentissime inquiri solébat, ut homines honestatem (viræ rationem memores reddendam esse) sequerentur.

5. **E ADEM** bonos cives corona decorandi primo consuetudinem introduxit, duobus oleæ connexis ramulis clarum Periclis cingendo caput. Probabile institutum, rem, sive personam intueri velis. Nam & virtutis noberrimum alimentum est honos; & Pericles dignus a quo talis muneris dandi posteritas potissimum initium caperet.

6. **AGE** quid illud institutum Athenarum, quam memorabile? quod convictus a patrone libertus ingratus jure libertatis exaitur. Supersedeo te, inquit, habere civem tanti inuueris impium æstimatorem. Nec adduci possum ut credam urbi utilem, quem domui scelestum cerno: abi igitur & esto servus, quoniam liber esse nesciiti.

7. **INDE** Massilienses quoque ad hoc tempus usurpant disciplinæ gravitatem, prisca moris observantia, charitate populi Romani præcipue conspicui, qui tres in eodem manumissiones rescindi permittunt, si ter ab eodem deceptum dominum cognoverint. Quarto errori subveniendum non putant; quia sua jam culpa injuriam

juriam accepit, qui ei se totiens objecit. Eadem civitas severitatis custos acerrima est. Nulsum aditum in scenâ Mimis dando, quorum argumenta majore ex parte stuprorum continent actus, ne talia spectandi consuetudo etiam imitandi licentiam sumat. Omnibus autem, qui per aliquam religionis simulationem alimenta inertiae quaerunt, clausas portas habet, & mendacem & fucosam superstitionem submovendam esse existimans. Ceterum a condita urbe gladius est ibi, quo noxii jugulantur: rubigine quidem exesus, & vix sufficiens ministerio, sed index in minutis quoque rebus omnia antiquae consuetudinis momenta servanda.

Duae etiam ante portas eorum arcæ jacent, altera, qua liberorum, altera, qua servorum corpora ad sepulturae locum plastro devehuntur, sine lamentatione, sine plâctu luctus funeris die, domestico sacrificio, adjectoque necessariorum convivio, finitur. Etenim quid attinet, aut humano dolori indulgeri, aut divino numini invidiam fieri, quod immortalitatem suam nobiscum partiri noluerit? Venenum cicuta temperatum in ea civitate publice custoditur, quod datur ei, qui causas Sexcentis (id enim Senatus ejus nomen est) exhibuit, propter quas mors sit illi expetenda: Cognitione virili benevolentia temperata, quæ nec egredi vita temere patitur, & sapienter excedere cupienti celerem fati viam præbet, ut vel adversa, vel prospera nimis usis fortuna (utraque enim finiendi spiritus, illa ne perseveret, hæc ne desituat, rationem præbet) comprobato exitu terminetur.

3. **QVAM** consuetudinem Massiliensium non in Gallia ortam, sed e Græcia tralatum inde existimo, quod illam etiam in insula Ceo servari animadverti, quo tempore Asiam cum Sex. Pompejo petens, Iulida oppidum intravi. Forte enim evenit, ut tunc summæ dignitatis ibi femina, sed ultimæ jam senectutis, reddita ratione civibus tur excedere vita deberet, veneno consumere se destinarit, mortemque suam Pompeji præsentia clariorem fieri magni æstimarit. Nec preces ejus vir ille, ut omnibus virtutibus, ita humanitatis quoque laudibus instructissimus, aspernari sustinuit. Venit itaque ad eam, facundissimoque sermone, qui ore ejus quasi e beato quodam eloquentiæ fonte manabat, ab incepto consilio diu nequicquam revocare conatus, ad ultimum propositum exequi passus est, quæ nonagesimum annum transgressa cum summa & animi & corporis sinceritate, lectulo, quantum dignoscere erat, quotidiana consuetudine cultius strato recubans, & innixa cubito, Tibi quidem, inquit, Sex. Pompei dii magis, quos relinquo, quam

quos peto, gratias referant; quia nec hortator vitæ mee, nec mortis spectator esse fastidisti. Ceterum ipsa hilarum Fortunæ vultum semper experta, ne aviditate lucis tristem iutueri cogar; reliquias spiritus mei prospero fine, duas filias, & septem nepotum gregem superfluum relictura, permuto. Cohortata deinde ad concordiam suos, distributo eis patrimonio, & cultu suo sacrisque domesticis majori filix traditis; poculum, in quo venenum temperatum erat, constanti dextra arripuit. Tum defusus Mercurio delibamentis, & invocato numine ejus, ut se placido itinere in meliorem sedis infernæ deduceret partem; cupido haustu mortiferam traxit portionem. Ac sermone significans, quasnam subinde partes corporis sui rigor occuparet, cum jam visceribus eum, & cordi imminere esset locuta; filiarum manus ad supremum opprimeudorum oculorum officium advocavit. Nostros autem, tametsi novo spectaculo obstupefacti erant, suffusos tamen lacrymis dimisit.

9. SED ut ad Massiliensium civitatem, unde in hoc diverticulum excessi, revertar; intrare oppidum eorum nulli cum telo licet: præstoque est, qui id custodiæ gratia acceptum, exituro reddat, ut hospitia sua, quemadmodum advenientibus humana sunt, ita ipsis quoque tuta sint.

10. HORVM moenia egresso vetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoria proditum est, pecunias mutuas, quæ his apud inferos redderentur, dare solitos: quia per suasum habuerunt, animas hominum immortales esse. Dicerem stultos, nisi idem braccati seutissent, quod palliatus Pythagoras credidit.

11. AVARA & foeneratoria Gallorum philosophia: Alacris & fortis Cimbrorum, & Celtiberorum, qui in acie exultabant, tanquam gloriose & feliciter vita excessuri: lamentabantur in morbo, quasi turpiter & miserabiliter perituri. Celtiberi etiam nefas esse ducebant proelio superesse, cum is occidisset, pro cuius salute spiritum devoverant. Laudanda utrorumque populorum animi præstantia, quod & patriæ incolumitatē fortiter tueri, & fidem amicitix constanter præstandam arbitrabantur.

12. THRACIÆ vero illa natio merito sibi sapientiæ laudem vendicaverit, quæ natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrans, sine ullis doctorum præceptis, verum conditionis nostræ habitum pervidit. Removeatur itaque naturalis omnium animalium dulcedo vitæ, quæ multa & facere & pati turpiter cogit: si ejus aliquanto felicior ac beator finis reperiretur.

13. **QVOCIRCA** recte Lycii, cum iis iustus incidit, muliebrem vestem induunt: ut deformitate cultus commoti, maturius stultum projicere mœrorem velint.

14. **VERVM** quid ego fortissimos hoc in genere prudentiæ viros laudem? Respiciantur Indorum feminae, quæ cum more patrio complures eidem nuptæ esse soleant, mortuo marito, in certamen iudiciumque veniunt quam ex iis maxime dilexerit: Victrix gaudio exultans, deductaque a necessariis lætum præferens vultum, conjugis se flammis superjacet, & cum eo tanquam felicissima crematur: superatæ cum tristitia, & mærore in vita remanent. Protrahe in medium Cimbricam audaciam, adjice Celtibericam fidem, junge animosam Thraciæ sapientiam, annecte Lyciorum in ludibus abjiciendis callide quæstam rationem: Indico tamen rogo nihil eorum præferes, quem uxoris pietas in modum genialis tori propinquæ mortis secunda conscendit.

15. **CVI** gloriæ Pœnicarum feminarum, ut ex cōparatione turpius appareat, dedecus subnectam. Siccæ enim fanum est Veneris, in quod se matronæ conferebant; atque inde procedentes ad quæstum, dotes, corporis injuria contrahebant, honesta nimirum tam inhonesto vinculo conjugia juncturæ.

16. **IAM** Persarum admodum probabile institutum fuit, quod liberos suos non prius aspiciebant, quam septimum impleverant annum, quo parvulorum amissionem æquiore animo sustinerent.

17. **NE** Numidiæ quidem reges vituperandi, qui more gentis suæ nulli mortalium osculum ferebant. Quicquid enim in excelso fastigio positum est, humili & trita consuetudine, quo fit venerabilius, vacuum esse convenit.

## CAPVT VII.

## DE DISCIPLINA MILITARI.

<b>OBSERVATA</b>	5	<i>Q. Fulvio Flacco</i>
<b>A ROMANIS.</b>		<i>Cens.</i>
1 <i>P. Scipione</i>	6	<i>A. Postumio Tuberto</i>
<i>AEmiliano</i>		<i>di&amp;T. Manlio</i>
2 <i>Q. Metello</i>		<i>Torquato</i>
<i>Numidico</i>		<i>Cos.</i>
3 <i>P. Rupilio</i>	7	<i>L. Quintilio Cincinnato</i>
<i>Cos.</i>		<i>di&amp;T.</i>
4 <i>C. Aurelia</i>	8	<i>L. Papirio Cursore</i>
<i>Costa</i>		<i>di&amp;T.</i>
<i>Cos.</i>		9 <i>L. Cai-</i>

- |    |                                       |    |                              |
|----|---------------------------------------|----|------------------------------|
| 9  | L. Calpurnio Pisone<br>Cos.           | 14 | L. AEmilio Paulo<br>procos.  |
| 10 | Q. Metello Macedo-<br>nico procos.    | 15 | Senatu Romano.               |
| 11 | Q. Fabio Max. Ser-<br>viliano procos. |    | EXTERNIS.                    |
| 12 | P. Africano majore<br>procos.         | 1  | Senatu Carthagine<br>si.     |
| 13 | P. Africanom minore<br>procos.        | 2  | Clearcho Sparta<br>rum duce. |

**V**ENIO nunc ad præcipuum decus, & stabili-  
mentum Rom. Imperii, salutari perseverantia ad  
hoc tempus sincerum, & incolume servatum, mili-  
tariæ disciplinæ tenacissimum vinculum; in cujus sinu  
ac tutela serenus tranquillisque beatæ pacis status ac-  
quiescit.

1. **P. CORNELIVS** Scipio, cui deleta Car-  
thago avitum cognomen dedit, consul in Hispaniam  
missus, ut insolentissimos Numantinæ urbis spiritus, su-  
periorum ducum culpa nutritos, contunderet, eodem  
temporis momento, quo castra intravit, edixit: ut omnia  
ex his quæ voluptatis causa comparata essent, auferren-  
tur ac summoherentur. Coustat tum maximum inde in-  
stitorum, & lixarum numerum cum duobus millibus  
scortorum abiisse. Hac turpi atque erubescenda sentina  
vatuæ factus noster exercitus, qui paulo ante metu mor-  
tis, deformi se fœderis idu maculaverat, erecta virtute,  
recreataque, acrem illam & animosam Numantiam in-  
cendiis exustam ruinisque prostratam solo æquavit. Ita-  
que neglectæ disciplinæ militariæ indicium, Mancini  
miserabilis deditio; servatæ merces, speciosissimus Sci-  
pionis triumphus extitit.

2. **EAM** sectam Metellus secutus, cum exercitum in  
Africa, Jugurthino bello nimia Sp. Albini indulgentia  
corruptum consul accepisset: omnibus imperii nervis ad  
revocandam præstigiæ disciplinam militiæ conuersus est.  
Nec siugulas partes apprehendit, sed totam continuo  
in statum suum redegit. Protinus namque lixas e castris  
summovit, cibumque coctum venalem proponi vetuit: In  
agmine neminem militum ministerio servorum jumen-  
torumque, ut arma sua, & alimeta ipsi ferrent, uti pas-  
sus est. Castrorum subinde locum mutavit: eadem, tam-  
quam Jugurtha semper adesset, vallo fossaque aprissime  
cinxit. Quid ergo restituta continentia, quid repetita in-  
dustria profecit? Crebras scilicet victorias, & multa  
trophæa peperit ex eo hoste, cujus tergum, sub ambi-  
tioso



tioto Imperatore, Romano militi videre non contigerat:

3. **BENE** etiam illi disciplinæ militari affuerunt, qui necessitudinum perruptis vinculis, ultionem vindictamque læsæ cum ignominia domuum suarum exigere non dubitaverunt. Nam P. Rupilius consul eo bello, quod in Sicilia cum fugitivis gessit, Q. Fabium generum suum, quia negligentia, Taurominitanâ arcem amisserat, provincia jussit decedere.

4. **IAM C.** Cotta P. Aurelium Pecuniolam sanguine sibi junctum, quem obsidioni Liparitanæ ad auspicia repetenda Messanam transiturus præfecerat, virgis cæsum, gregalis militiæ munere inter pedites fingi coëgit; quod ejus culpa agger incensus, & pene castra fuerant capta.

5. **Q ETIAM** Fulvius Flaccus censor, Fulvium fratrem cohortem legionis, in qua trib. militum erat, injussu consulis domum dimittere ausum, lenatu movit. Non digna exempla, quæ tam breviter, nisi majoribus urgeret, referrentur. Quid enim tam difficile factu, quâ copulato societate generis & imaginum, deformem in patriam reditum iudicare? aut communionem nominis, ac familiæ veteris propinquitatis serie cohærenti, virgarum contumeliosa verbera adhibere? aut censorium supercilium adversus fraternam charitatem distringere? Dentur hæc singula quamvis claris civitatibus abunde tamen gloria disciplinæ militaris instructæ videbuntur.

6. **A T** nostra urbs, quæ omni genere mirificorum exemplorum totum orbem terrarum replevit, Imperatorum proprio sanguine manantes secures (ne turbato militiæ ordine vindicta deesset) e castris publice speciosas, privatim lugubres duplici vultu recepit; incerta gratulandi prius, an alloquendi officio fungeretur. Igitur ego quoque hæsitante animo vos bellicarum rerum severissimi custodes, Postumi Tuberte. & Manli Torquate, memoria ac relatione complector; quia animadverto fore ut pondere laudis, quam meruistis, obrutus, magis imbecillitatem ingenii mei detegam; quam vestram virtutem, sicut par est, repræsentem. Tu namque Postumi dictator, A. Postumium, quem ad generis penetraliumque sacrorum successionem propagandam genueras, cuius infantix blandimenta sinu atque osculis foveras; quem puerum literis, quem juvenem armis instruxeras; sanctum, fortem, amantem tui pariter ac patriæ; quia non tuo jussu, sed sua sponte præsidio proque hostes fiderat, victorem securi ferri jussisti; & ad hoc peragendum imperium, paternæ vocis ministerio sufficere va-

luidisti. Nam oculos tuos, certū scio, clarissima in luce tenebris offusos, ingens animi opus iutueri nequivisse. Tu item Manli Torquare Latino bello consul, filium, quod provocatus a Geminio Metio duce Tusculanorum ad dimicandum te ignaro descenderat, gloriosam victoriam & speciosa spolia referentem; abripi a lictore, & in modum hostiæ mactari iussisti: satius esse iudicans, patrem forti filio, quam patriam militari disciplina carere.

7. **A G E**, quanto spiritu puramus usum **L. Quintium Ciucinnarum** dictatorem, eo tempore quo devictis **Æquis** & sub jugum missis, **L. Minutium** consulatum deponere coëgit, quod castrā ejusdem hostes obsederant? Indignum enim maximo imperio credidit, quem non sua virtus, sed fossa vallumque tutum præstiterat: cuique verecundiæ non fuerat, arma Romana metu trepida clausis portis contineri. Ergo imperiosissimi **XII**, fasces, penes quos senatus & equestris ordinis, & universæ plebis summum decus erat, quorumque nutu Latium, ac totius Italiæ vires regebantur, contusi atque fracti dictatoriæ se animadversioni substraverunt. Ac ne inulta foret læsa gloria militaris, consul delicti omnis vindex punitus est. His (ut ita dicam) piaculis, Mars imperii nostri pater, ubi aliqua ex parte a tuis auspiciis degeneratū erat, numen tuum propitiabatur: affuim & cognatorum & fratrum nota, filiorumque, strage, ignominiosa consulum ejuratione.

8. **E I V S D E M** ordinis est quod sequitur. **Papirius** dictator, cum adversus imperium ejus **Q. Fabius Rullianus** magister equitum exercitum in aciem eduxisset, quanquam fuis **Samnitibus** in castra redierat, tamen neque virtute ejus, neque successu, neque nobilitate motus, virgas expediri, eumque nudari iussit. O spectaculum admirabile, & **Rullianus**, & magister equitum, & victor, scissa veste, spoliatoque corpore, lictorum verberibus lacerandus; ut in acie exceptorum vulnere nodosis iedibus cruore renovato, victoriarum, quos modo speciosissimos erat adeptus titulos, respergeret. Precibus deinde suis exercitus occasionem Fabio confugiendi in urbem dedit; ubi frustra senatus auxilium imploravit. Nihilominus enim **Papirius** in exigenda poena perseveravit: itaque coactus est pater ejus, post dictaturam, tertiumque consulatum, rem ad populum devocare, auxiliumque tribunorum plebis supplex pro filio petere. Neque hac re severitas **Papirii** refrenari potuit: ceterum, cum ab universis civibus, & ipsis tribunis plebis rogaretur; testatus est, non poenam illam se Fabio, sed populo

populo Romano & tribunitiæ concedere potestati.

9. **L. QVOQVE** Calpurnius Piso consul, cum in Sicilia bellum adversus fugitivos gereret, & C. Titius equitum præfectus, fugitivorum multitudine circumventus arma cum suis tradidisset: his præfectum ignominiaë geveribus affecit. Iussit eum toga laciniis abscis amictum, discinctaque tunica indutum, nudis pedibus, a mane in noctem usque ad principia per omne tempus militiae adesse. Interdixit etiam ei convictum hominum, usumque balnearum: turmasque equitum, quibus præfuerat, ademptis equis in funditorum alas transcripsit. Magnum profecto dedecus patriæ magno Pisonis decore vindicatum est: quoniam quidem id egerit, ut qui cupiditate vitæ adducti, cruce dignissimis fugitivis trophæa de se statuere concesserant, libertarique suæ servili manu flagitiosum imponi jugum non erubuerant; amarum lucis usum experirentur, mortemque quam effeminate timuerant, viriliter optarent.

10. **NEC** minus Pisonæ acriter Q. Metellus: qui cum apud Contrebiam res gereretur, colocatas a se in quadam statione quinque cohortes, atque ex ea viribus hostium depulsas, repetere eandem stationem evestigio iussit: non quod speraret ab iis amissum locum recuperari posse, sed ut præteritæ culpam pugnae, insequentis certaminis manifesto periculo puniret. Edixit etiam, ut si quis ex his fugiens castra petiisset, pro hoste interficeretur. Qua severitate compressi milites, corporibus fatigatis, & animis desperatione vitæ implicatis, loci tamen iniquitatem, multitudinemque hostium superarunt. Humanæ igitur imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas.

11. **IN** eadem provinciâ Q. Fabius Max, ferocissimæ gentis animos contundere & debilitare cupiens, mansuetissimum ingenium suum, ad tempus deposita clementia, sæviore uti severitate coëgit. Omnium enim qui ex præsidiis Romanis ad hostes transfugerant, captique erant, manus abscidit: ut trunca præ se brachia gestantes defectionis metum reliquis injicerent: Rebelles itaque manus a corporibus suis distractæ, inque cruentato solo sparsæ, ceteris, ne idem committere auderent, documento fuerunt.

12. **NIHIL** mitius superiore Africano: is tamen ad firmandam disciplinam militarem, aliquid ab alienissima sibi crudelitate amaritudinis mutuandum existimavit. Siquidem devicta Carthagine, cum omnes qui ex nostris exercitibus ad Pœnos transierant, in suam potestatem redegisset; gravius in Romanos, quam in La-

tinios transfugas animadvertit. Hos enim tanquam patriæ fugitivos crucibus affixit, illos tanquam perfidos socios securi percussit. Non prosequar hoc factum ulterius, & quia Scipionis est, & quia Romano sanguini, quamvis merito perpetso, servile supplicium insultare non attinet: cum præsertim transire ad ea liceat quæ sine domestico vulnere gesta narrari possunt.

13. **N A M** posterior Africanus, everso Punico imperio, exterarum gentium transfugas, in edendis populo spectaculis, feris objecit.

14. **E T L.** Paullus Perse rege superato, ejusdem generis & culpæ homines elephantis proterendos substravit: utilissimo quidem exemplo, si tamen acta excellentissimorum virorum humiliter æstimare sine insolentiæ reprehensione permittitur. Aspero enim & abscondito castigationis genere militaris disciplina indiget: quia vires armis constant; quæ ubi a recto tenore deservunt, oppressura sunt, nisi opprimantur.

15. **S E D** tempus est eorum quoque mentionem fieri, quæ jam non a singulis, verum ab universo senatu pro militari more obtinendo, defendendoque admittistrata sunt. **L. Marcius** tribunus militum, cum reliquias duorum exercituum **P. & Cn. Scipionum**, quos arma Pœnorum in Hispania absumpserat, dispersas mira virtute collegisset, earumque suffragiis dux esset creatus; senatui de rebus actis a se scribens, in hunc modum orsus est: **L. MARCIUS PROPR.** Cujus honoris usurpatione uti eum Patribus conscriptis non placuit; quia duces a populo non a militibus creari solent. Quo tempore tam angusto, tamque gravi, propter immanem Reipub. danum etiam trib. militum adulandus erat, quoniam quidem ad statum totius civitatis corrigendum unus suffecerat. Sed nulla clades, nullum meritum, valentius militari disciplina apud senatum fuit: succurrebat enim quam animosa severitate Tarentino bello majores eorum usi fuissent: In quo quassatis & attritis Reipub. viribus, cum magnum captivorum civium suorum numerum a Pyrrho rege ultro missum recepissent; decreverunt ut ex iis qui equo meruerant, peditum numero militarent: qui pedites fuerant, in funditorum auxilia transcriberentur: Neve quis eorum intra castra tederet, neve locum extra assignatum, vallo aut fossa cingeret, neve rectorium ex pellibus haberet: Recursura autem iis ad pristinum militiæ ordinem proposuerunt, si quis bina spolia ex hostibus tulisset: Quibus suppliciiis compressi, ex deformibus Pyrrhi munusculis, acerrimi hostes extiterunt. **Parvam iram adversus illos senatus dirigit,**

strinxit, qui apud Cannas Republicanam deseruerant. Nam cum eos gravitate decreti ultra mortuorum conditionem relegasset, acceptis a M. Marcello literis, ut eorum sibi opera ad expugnationem Syracusarum uti liceret; rescripsit indignos esse qui in castra reciperentur. Ceterum se ei permittere, ut faceret quod expedire Reipub. iudicasset, dunt nequis ex eis munere vacaret, aut dono militiæ donaretur, aut in Italiam, donec hostes in ea essent, accederet. Sic enerves animos odisse virtus solet. Age, quam graviter senatus tulit, quod Q. Petillium consulem fortissime adversus Ligures pugnantem occidere milites passi essent? Legioni enim neque stipendium anni procedere, neque æra dari voluit; quia pro salute imperatoris, hostium telis se non obiulerat. Idque decretum amplissimi ordinis, speciosum & æternum Petillii monumentum extitit sub quo in acie, morte, in Curia, ultione clari cineres ejus acquiescant. Consimili animo, cum ei Annibal sex millium Romanorum, quæ capta in castris habebat, redimendorum potestatem fecisset, conditionem sprevit; inemor tantam multitudinem armatorum juvenum, si honeste mori voluissent, turpiter capi non potuisse. Quorum nescio utrum majus dedecus fuerit, quod patria spei, an quod hostis metus nihil in his reposuerit: hæc pro se, ille ne adversus se dimicarent, parvi pendendo. Sed cum aliquoties senatus pro militari disciplina se severum exhibuerit, nescio an tunc præcipue, cum milites qui Rhegium injusto bello occupaverant, mortuoque duce Inbellio, M. Cæsium scribam ejus sua sponte imperatorem delegerant, carcere inclusit, ac M. Fulvio Flacco Trib. Pl. denunciante, ne in cives Romanos adversus morem majorum animadverteret, nihilominus propositum executus est. Ceterum quo minore cum invidia id perageretur, quinquagenos per singulos dies virgis cæsos, securi percussos iussit: eorumque corpora sepulturæ mandari, mortemque lugeri vetuit.

### EXTERNAE EXEMPLA.

1. LENITER hoc patres conscripti, si Carthaginiensium senatus in militiæ negotiis procurandis violentiam intueri velimus; a quo duces bella pravo consilio gerentes, etiam si prospera fortuna subsecuta esset, cruci tamen suffigebantur: quod bene gesserant, deorum immortalium adiutorio; quod male commiserant, ipsorum culpæ imputantes.

2. CLEARCHVS vero Lacedæmoniorum dux  
D 8 egregio

egregio dicto disciplinam militiæ continebat, identidem exercitus sui auribus incutendo, a militibus imperatorem potius, quam hostem metui debere. Quo aperte denunciabat futurum ut spiritum poenæ impenderent, quem pugnae acceptum ferre dubitassent. Idque a duce præcipi non mirabantur, maternarum blanditiarum memores, quæ exituros eos ad præliandum monebant, ut aut vivi cum armis in conspectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur. Hoc intra domesticos parietes accepto signo, Spartanæ acies dimicabant. Sed aliena prospexisse taurum modo satis est, cum propriis multoque uberioribus, & felicioribus exemplis gloriari liceat.

## CAPUT VIII.

## DE IVRE TRIUMPHANDI.

- |   |   |   |   |
|---|---|---|---|
| 1 | <i>Leges duæ de triumpho.</i>   |   | <i>nio cur negatus triumphus.</i>                     |
| 2 | <i>C. Lutatii Cos. &amp; Q. Valerii præaltercationes de triumpho.</i> | 5 | <i>Cur item P. Scipioni majori &amp; M. Marcello.</i> |
| 3 | <i>Cn. Fulvius Flaccus triumphum spernens.</i>                        | 6 | <i>Convivia triumphantium.</i>                        |
| 4 | <i>Q. Fulvio, &amp; L. Opinio</i>                                     | 7 | <i>Qui ex civili victoria non triumpharunt.</i>       |

**D**ISCIPLINA militaris acriter retenta, principatum Italiæ Romano imperio peperit, & multarum urbium, magnorum Regum, validissimarum gentium regimen largita est, fauces Pontici sinus patefecit, Alpium, Taurique montis convulsa claustra tradidit, ortumque e parvula Romuli casa totius terrarum orbis fecit columnen. Ex cuius sunt quoniam omnes triumphi manarunt, sequitur ut de triumphandi jure dicere incipiam.

1. **O**B levia prælia quidam imperatores triumphos sibi decerni desiderabant: quibus ut occurreretur, lege cautum est, ne quis triumpharet, nisi qui quinque millia hostium una acie cecidisset. Non enim numero, sed gloria triumphorum excelsus urbis nostræ futurum decus majores existimabant. Ceterum ne tam præclara lex cupiditate laureæ obliteraretur, legis alterius adjutorio sulca est, quam L. Marius, & M. Cato Tribb. pl. tulērunt. Pocum enim Imperatoribus minatur, qui aut hostium

rum occisorum in prælio, aut amissorum civium falsum numerum, literis senatui ausi essent referre. Iubetque eos, cum primum Urbem intrassent, apud quæstores urbanos jurare, de utroque numero vere ab his senatui esse scriptum.

2. **POST** has leges iudicii illius tempestitiva mentio introduceretur, in quo de jure triumphandi inter clarissimas personas & actum & excussum est. **C. Lutatius** consul & **Q. Valerius Prætor** circa Siciliam insignem Pœuorum classem deleverant; quo nomine Lutatio consuli triumphum senatus decrevit. Cum autem **Valerius** sibi eum quoque decerni desideraret; negavit id fieri oportere **Lutatius**, ne in honore triumphi minor potestas majori æquaretur: Pertinaciusque progressa contentione, **Valerius** sponfione **Lutatium** provocavit, Ni suo ductu Punica classis esset oppressa. Nec dubitavit restipulari **Lutatius**. Itaque iudex inter eos convenit **Atilius Calatinus**, apud quem **Valerius** iu hunc modum egit; consulem ea pugna in lectica claudum jacuisse, se autem omnibus imperatoriis partibus functum. Tunc **Calatinus**, prius quam **Lutatius** causam suam ordiretur, Quæro, inquit, **Valeri**, a te, si dimicandum necne esset, contrariis inter vos sententiis distidissetis: utrum quod consul, an quod prætor imperasset, majus habiturum fuerit momentum? Respondit **Valerius**, non facere se controversiam quin priores partes consulis essent futuræ. Age deinde, inquit **Calatinus**, si diversa auspicia accepissetis, cuius magis auspicio staretur? Item respondit **Valerius**, consulis. At iudex, iam mehercule, inquit, cum de imperio & auspicio, inter vos disceptationem susceperim, & tu utroque adversarium tuum superiorem fuisse fatearis; nihil est quod ulterius dubitem. Itaque **Lutatio**, quamvis adhuc tacueris, secundum te litem do. Mirifice iudex, quod in manifesto negotio tempus teri passus non est. Probabilius **Lutatius**, quod jus amplissimi honoris constanter defendit. Et ne **Valerius** quidem improbe, quia fortis & prosperæ pugnæ ut non legitimum, ita se dignum præmium petit.

3. **QVID** facias **Cn. Fulvio Flacco**, qui tam expectandum aliis triumphi honorem, decretum sibi a senatu ob res bene gestas sprevit, ac repudiavit? Nimirum non plura præcerpens, quam acciderunt. Nam, ut Urbem intravit, continuo ipse quæstione publica afflictus, exilio multatus est: ut si quid religionis insolentia commisset, poena expiaret.

4. **SAPIENTIORES** igitur **Q. Fulvius**, qui **Capua** capta, & **L. Opimius**, qui **Fregellanis** ad dedito-

nem compulsis, triumphandi potestatem a senatu petierunt. Vterque editis operibus magnificus, sed neuter petitiæ rei compos. Non quidem invidia Patrum Conscriptorū cui nunquam aditum in Curia esse voluerunt; sed summa diligentia observandi juris, quo cautum erat, ut pro aucto imperio, non pro recuperatis, quæ populi Romani fuissent, triumphis decerneretur. Tantum enim interest adjicias aliquid, an detractum restituas; quantum distat beneficii initium ab injuriæ fine.

5. **QVINETIAM** jus de quo loquor, sic custoditur, ut P. Scipioni ob recuperatas Hispanias M. Marcello ob captas Syracusas triumphus non decerneretur; quod ad eas res gerendas sine ullo missi erant magistrati. Prohibentur nunc cuiuslibet gloriæ cupidi, qui ex desertis montibus, myoparonumque piraticis rostris, laudis inopes, laureæ ramulos festinabunda manu decerpserunt. Carthaginis imperio abrupta Hispania, & Siciliæ caput abscissum Syracusæ, triumphales jungere currus nequiverunt. Et quibus viris? Scipioni & Marcello: quorum ipsa nomina instar æterni sunt triumphi. Sed clarissimos solidæ veræque virtutis auctores, humeris suis salutem patriæ gestantes, etsi coronatos intueri senatus cupiebat, justiori tamen reservandos laureæ putavit.

6. **HIS** illud subnectam. Moris erat ab imperatore triumphum ducturo, cons. invitari ad coenam, deinde rogari ut venire superseant; ne quis eo die, quo ille triumpharet, majoris in eodem convivio sit imperii.

7. **VERVM** quamvis quis præclaras res, maximæque utiles Reip. civili bello gessisset, Imperator tamen eo nomine appellatus non est, nec ullæ supplicationes decretæ sunt, neque aut ovans, aut curru triumphavit; quia, ut necessariæ istæ, ita lugubres semper existimantur victoriæ sunt, utpote non exteruo, sed domestico parte cruore. Itaque & Nafica Ti. Gracchi, & Opimius C. Gracchi factiones mæsti trucidarunt. Q. Catulus, M. Lepido collega suo cum omnibus seditionis copiis extincto, tantum moderatum præ se ferens gaudium, in Urbem revertitur. C. etiam Antonius Catilinæ victor, abstersos gladios in castra retulit. L. Cinna, & C. Marius hauserant quidem avidi civilem sanguinem: sed non protinus ad templa deorum & aras tetenderunt. Item L. Sylla, qui plurima bella civilia confecit, cujus crudelissimi & insolentissimi successus fuerunt: cum consummata potentia sua triumphum duceret, ut Græciæ & Asiæ multas urbes, ita civium Rom. pullum oppidum vexit.



FIGET, tædetque per vulnera Reip. ulterius procedere : lauream nec senatus cuiquam dedit, nec quifquam sibi dari desideravit, civitatis parte lacrymante. Ceterum ad quercum pronæ manus porriguntur, ubi ob cives servatos corona danda est; qua postes Augustæ domus sempiterna gloria triumphant.

## CAPVT IX.

## DE CENSORIA SEVERITATE.

- |   |   |   |
|---|---|---|
| 1 | <i>M. Camilli &amp; M. Postumii in cælibes.</i>             | <i>linatoris in se manu suo &amp; populum Romanum.</i>            |
| 2 | <i>M. Valerii Max. &amp; C. Iunii Bruti in L. Antonium.</i> | 7 <i>M. Messalla &amp; P. Sempronii in quadringentos equites.</i> |
| 3 | <i>M. Catonis in L. Flaminium.</i>                          | 8 <i>M. Reguli &amp; P. Philii in reliquias Cannenses.</i>        |
| 4 | <i>C. Fabricii in P. Rufinum.</i>                           | 9 <i>Qui notati ad censuram postea pervenerunt.</i>               |
| 5 | <i>M. Antonii &amp; L. Flacci in M. Duroniam.</i>           |   |
| 6 | <i>C. Neronis &amp; M. Sa-</i>                              |   |

**C**ASTRENSIS disciplinæ tenacissimum vinculum, & militaris rationis diligens observatio, admonent me, ut ad censuram pacis magistræ custodemque transgrediar. Nam ut opes pop. Rom. in tantam amplitudinem imperatorum virtutibus excesserint; ita probitas & continentia censorio supercilio examinata est. Opus effectu par bellicis laudibus. Quid enim prodest foris esse strenuum, si domi male vivitur? Expugnentur licet urbes, corripiantur gentes, regnis iniiciantur manus; nisi foro & curiæ officium ac verecundia sua consilierit, partarum rerum æquatus cælo cumulus, sedem stabilem non habebit. Ad rem igitur pertinet nosse, atque adeo recordari acta censoriæ potestatis.

1. **CAMILIVS** & Postumius censes, æra pœnæ nomine eos qui ad senectutem cælibes pervenerant, in ærarium deferre iusserunt: iterum puniri dignos, si quo modo de tam justa constitutione queri essent ausi; cum in hunc modum increparentur: Natura vobis quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit; parentesque vos alendo, nepotum nutriendorum debito (si quis est pudor) alligaverunt. Accedit his quod etiam fortuna longam prælaudi huiusce muneris advocatio-

nem estis affecuti; cum interim consumpti sint anni vestri, & mariti & patris nomine vacui. Ite igitur, & nodosam exsolvite stipem utilem posteritati numerosæ.

2. **H O R V M** severitatem M. Valerius Max. & C. Junius Bubulcus Brutus censores in consimili genere animadversionis imitati, L. Antonium senatu moverunt: quod quam virginem in matrimonium duxerat, repudiasset, nullo amicorum in consilium adhibito. At hoc crimen uestro an superiore majus: illo nanque conjugalia sacra spreta tantum, hoc etiam injuriose tractata sunt. Optimo ergo judicio censores iudignum eum aditu Curiae existimaverunt.

3. **S I C** M. Portius Cato L. Flaminium e numero senatorum sustulit, quia in provincia quendam dæmatum securi percusserat, tempore supplicii ad arbitrium & spectaculum mulierculæ, cujus amore tenebatur, electo. Et poterat inhiberi respectu consulatus; quem is gesserat; atque auctoritate fratris ejus V. C. T. Flaminii: sed & censor, & Cato duplex severitatis exemplum, eo magis illum notandum statuit: quod amplissimi honoris majestatem tam tetra facinore inquinaverat: nec peius duxerat, iisdem imaginibus adscribi, meretricis oculos humano sanguine delectatos, & regis Philippi supplices manus.

4. **Q U I D** de Fabricii Luscini censura loquar? narravit omnis ætas, & deinceps uarrabit, ab eo Cornelium Rufinum duobus consulatibus, & dictatura speciosissime functum, quod decem pondo vasa argentea comparasset; perinde ac malo exemplo luxuriosum, in ordine senatorio retentum non esse. Ipsæ mediis fidiis mihi literæ seculi nostri obstupescere videntur, cum ad tantam severitatem referendam ministerium accommodare coguntur; ac vereri ne non nostræ urbis acta commemorare existimentur. Vix enim credibile est iutra idem pomerium decem pondo argenti, & invidiosum fuisse censum, & inopiam haberi contemptissimam.

5. **M. A V T E M** Antonius, & L. Flaccus censores Duronium senatu moverunt, quod legem de coercendis conviviorum sumptibus latam tribuitus pleb. abrogaverat, mirifica notæ causa. Quam enim impudenter Duronium Rostra conscendit, illa dicturus, Fræni sunt injecti vobis Quirites nullo modo perpetiendi: alligati & cōstricti estis amaro vinculo servitutis: Lex enim lata est, quæ vos esse frugi jubet: abrogemus igitur istud horridæ vetustatis rubigine obsitum imperium. Etenim quid opus libertate, si volentibus luxu perire non licet?

6. **A G E**, par proferamus æquali jugo virtutis, honorumque

eorumque societate junctum, instructum autem æmulationis haino dissidens. Clandius Nero, Liviusque Salinator secundi Punici belli temporibus firmissima Reipubl. latera, quam destrectam simul egerunt censuram! Nam cum equitum centurias recognoscerent, & ipsi propter robur ætatis etiamnum eorum essent e numero, ut est ad Poliam ventum tribum, præco lecto nomine Salinatoris, citandum necne sibi esset, hæstravit: Quod ubi intellexit Nero, & citari collegam, & equum vendere jussit, quia populi judicio damnatus esset. Salinator quoque eadem animadversione Neronem persecutus est, adjecta causa, quod non sincera fide secum in gratiam rediisset. Quibus viris si quis coelestium significasset futurum, ut eorum sanguis illustrium imaginum serie deductus, in ortum salutaris principis nostri conflueret, depositis inimicitiiis, arctissimo se amicitie fœdere junxissent, servatam ab ipsis patriam communi stirpi servandam relicturi. Salinator vero quatuor & triginta tribus inter ærarios referre non dubitavit, quod cum se damnassent, postea consulem atque censorem fecissent: prætexuitque causam, quia necesse esset eas alterutro facto, crimine temeritatis vel perjurii teneri. Vnam tantummodo tribum Mæciam vacuum nota reliquit, quæ eum suffragiis suis, ut non damnatione, ita ne honore quidem dignum judicaverat. Quam constantis, & prævalidi illum putamus ingenii fuisse; qui neque tristi judiciorum exitu compelli, neque honorum magnitudiue adduci potuit, quo se blandiorem in administratione Reip. gereret?

7. **EQVETRIS** quoque ordinis bona magna que pars quadringenti juvenes, censoriam notam patiente animo sustinuerunt, quos M. Valerius, & P. Sempronius, quia in Sicilia ad munitionem opus explicandum ire jussi, facere id neglexerant; equis publicis spoliatos, in numerum ærariorum retulerunt.

8. **TVRPIS** etiam metus censes summa cum severitate poenam exegerunt. M. enim Atilius Regulus, & P. Furius Philus, L. Metellum quæstorem, compluresque equites Romanos, qui post infeliciter commissam Caudensem pugnam cum eo abituros se Italia juraverant, direptis equis publicis, inter ærarios referendos curaverunt. Eosque gravi nota affecerunt, qui cum in potestatem Annibalis venissent, legati ab eo ad senatum missi de permutandis captivis, neque impetrassent quod petebant, in urbe manserunt: Quia & Romano sanguini fidem præstare conveniens erat; & M. Atilius Regulus censor perfidiam uotabat; cujus pater per summos cruciatus expirare, quam fallere Carthaginenses satius esse duxerunt.

duxerat. Iam hæc censura ex foro in castra transcendit, quæ neque timeri, neque decipi voluit hostem.

9. SEQUUNTUR duo ejusdem generis exempla; eaque adjecisse satis erit. C. Geta, cum a L. Metello, & Cn. Domitio censoribus senatu motus esset, postea censor factus est.

ITEM M. Valerius Messalla censoria nota perstrictus, censoria postmodum potestate imperavit: Quorum ignominia virtutem acuit: rubore enim ejus excitati, omnibus viribus incubuerunt, ut digni civibus viderentur, quibus dari potius, quam objici censura deberet.

## CAPUT X.

## DE MAIESTATE.

## ROMANORVM.

- 1 Q. Metelli Numidici apud judices.
- 2 P. Africani majoris apud Antiochum regem & exteros.
- 3 L. AEmilii Pauli apud Macedonas.
- 4 P. Africani minoris apud Massanisam & Pænos.
- 5 P. Rutilii exulis apud Asa civitates.

6 C. Marji proscripsi apud Minturnenses.

7 M. Catonis Vicensis apud senatum.

8 Eiusdem apud populum Rom.

## EXTERNORVM.

- 1 Harmodii & Aristogitonis apud Xerxem regem.
- 2 Xenocratis apud Athenienses.

EST & illa quasi privata censura, majestas clarorum virorum, sine tribunalium fastigio, sine apparitorum ministerio, potens in sua amplitudine obvianda. Grato enim & jucundo introitu animis hominum illabitur admirationis prætextu velata: quam recte quis dixerit, longum & beatum honorem esse sine honore.

1. NAM quid plus honoris tribui potuit consuli quam est datum reo Metello? qui cum causam repetundarum diceret, tabulæque ejus ab accusatore expositulata, & ad nomen inspicendum circa judicium ferrentur; totum concilium ab earum contemplatione oculos averit, ne de aliqua re, quæ in his relata erat, videretur dubitasse. Non in tabulis, sed in vita Q. Metelli argumenta sincere administratæ provinciæ legenda sibi judices crediderunt: indignum rati integritatem ranti viri

viri exigua cera, & paucis literis perpendi.

2. SED quid mirum, si debitus honos a civibus Metello tributus est, quem superiori Africano etiam hostis præstare non dubitavit? Siquidem rex Antiochus bello, quod cum Romanis gerebat, filium ejus a militibus suis interceptum, honoratissime excepit, regiisque muneribus donatum, ultro & celeriter patri remisit: quanquam ab eo tum maxime finibus imperii pellebatur. Sed & rex laceffitus, majestatem excellentissimi viri venerari, quam dolorem suum ulcisci maluit. Ad Africanum eundem in Liternina villa se tenentem, complures prædonum duces videndam eodem tempore forte confluxerant. Quos cum ad vim faciendam venire existimasset, præsidium domesticorum in recto collocavit, eratque in his repellendis & animo & apparatu occupatus. Quod ut prædones animadverterunt, dimissis militibus, abjectisque armis, januæ appropinquant, clara voce nunciantes: non vitæ ejus hostes, sed virtutis admiratores venisse: conspectum & congressum tanti viri quasi cœlestè aliquod beneficium expetentes. Proinde securum se spectandum præbere ne gravaretur. Hæc postquam domestici Scipioni retulerunt, fores referari, eosque intronitti iussit: qui postes januæ tanquam aliquam religiosissimam aram, sanctumque templum venerati, cupide Scipionis dexteram apprehenderunt; ac diu deosculati, positis ante vestibulum donis, quæ deorum in immortalium numini consecrari solent, læti quod Scipionem vidisse comigisset, ad lares reverterunt. Quid hoc fructu majestatis excelsius? quid etiam jucundius? Hostis iram admiratione sui placavit: spectaculo præsentis suæ latronum gestientes oculos obstupescit. Delapsa cœlo sidera hominibus si se offerant, venerationis amplius non recipient.

3. ET hæc quidem vivo Scipioni: illud autem Æmilio Paulo exanimi contigit. Nam cum exequiæ ejus celebrarentur, ac forte tunc principes Macedoniae legationis nomine Romæ morarentur, funebri lecto sponte sua sese subjecerunt. Quod aliquanto majus vis debetur, si quis cognoscatur lecti illius frontem Macedoniae triumphis fuisse adornatam. Quantum enim Paulo tribuerunt, propter quem gentis suæ cladium iudicia per ora vulgi ferre non exhorruerunt? quod spectaculum funeri speciem alterius triumphi adjecit. Bis enim te Paulle Macedonia urbi nostræ illustrem ostendit: incolumem, spoliis suis; fero functum, humeris.

4. NE filii quidem tui Scipionis Æmiliani, quem in adoptionem dando, duarum familiarum ornamen-

rum esse voluisti, majestati parum honoris tributum est: eum enim adolescentem admodum a Lucullo consule petendi auxilii gratia ex Hispania in Africam missum, Carthaginenses & Massanisa Rex de pace disceptatorem, velut consulem & imperatorem habuerunt. Ignara quidem fatorum suorum Carthago: Orientis enim illud juventæ decus, deorum arque hominum indulgentia, ad excidium ejus alebatur: ut superius cognomen Africanum capta, posterius eversa Cornelie genti daret.

5. QUID damnatione, quid exilio miserius? At P. Rurilio conspiratione publicanorum perculso, auctoritatem adimere non valuerunt. Cui Asiam petenti omnes provinciæ illius civitates legatos secessum ejus operientes obviam miserunt. Exulare aliquis hoc loco an triumphare justius dixerit?

6. C. etiam Marius in profundum ultimarum miseriarum abjectus, ex ipso vitæ discrimine, beneficio majestatis emerfit. Missus enim ad eum occidendum in privata domo Minturnis clausum servus publicus, natione Cimber, & senem, & inermem, & squalore oblitum, strictum gladium tenens, aggredi non sustinuit: sed claritate viri occæcatus, abjecto ferro, attonitus inde ac tremens fugit. Cimbrica nimirum calamitas oculos hominis perstrinxit: devictæque suæ gentis interitus aium comminuit: etiam diis immortalibus indignum ratus, ab uno ejus nationis interfici Marium, quam totam deseverat. Minturnenses autem majestate illius capti, compressum jam & constrictum dira fati necessitate, incolumem præstiterunt: nec fuit his timori asperrima Syllæ victoria, ne in eos conservationem Marii ulcisceretur, cum præsertim ipse Marius eos a conservando Mario abstertere posset.

7. M. quoque Portium Catonem admiratio fortis & sinceræ vitæ adeo admirabilem senatui fecit, ut cum invito C. Cæsare consule adversus publicanos dicendo in curia diem extraheret, & ob id ejus jussu a lictore in carcerem duceretur, universus senatus illum sequi non dubitaret: quæ res divini animi perseverantiam flexit.

8. EODEM Ludos Florales, quos Messius adilis faciebat, spectante, populus, ut Mimæ nudarentur, postulare erubuit: quod cum ex Favonio amicissimo sibi una sedente cognovisset, discessit e theatro, ne præsentia sua spectaculi consuetudinem impediret: Quem abeuntem ingenti plausu populus prosecutus, priscum morem jocularum in scenam revocavit, confessus plus se majestati tui tribuere, quam universo sibi vindicare. Quibus opi-

bus, quibus imperiis, quibus triumphis hoc datum est? exiguum viri patrimonium, astricti continentia mores, modicæ clientelæ, domus ambitioni clausa; paterni generis una imago, minime blanda frons; sed omnibus numeris perfecta virtus. Quæ quidem effecit, ut quisquis sanctum & egregium civem significare velit, sub nomine Catonis definiat.

### EXTERNA.

1. **DANDVM** est aliquid loci etiam alienigenis exemplis: ut domesticis aspersa, varietate ipsa delectent. Harmodii, & Aristogitonis, qui Athenas tyrannide liberare conati sunt, effigies æneas Xerxes ea urbe devicta in regnum suum transtulit: longo deinde interjecto tempore, Selencus in pristinam sedem reportandas curavit: Rhodii quoque eas urbi suæ appulas, cum in hospitium publice invitassent, sacris etiam pulvinaribus collocaverunt. Nihil hac memoria felicius, quæ tantum venerationis in tam parvulo ære possedit.

2. **QVANTVM** porro honoris Athenis Xenocrati sapientia pariter ac sanctitate: claro tributum est? Qui cum testimonium dicere coactus ad aram accessisset, ut more civitatis juraret omnia se vere retulisse; universi iudices confurrexerunt, proclamaveruntque ne iurandum diceret: Quodque sibi met ipsis postmodum dicendæ sententiæ loco remissuri non erant, sinceritati eius concedendum existimaverunt.



# VALERII MAXIMI

## LIBER TERTIVS.

### CAPVT I.

#### DE INDOLE.

- Cujus exempla sunt 3 *C. Cassii Longini.*  
 Rom.  
 2 *Æmiliæ Lepidi pueri.* Externum unum.  
 2 *M. Catonis Uticensis.* 2 *Alcibiadis Atheniensis.*

**A**TTINGAM nunc quasi cunabula quædam & elementa virtutis : animique procedente tempore ad summum gloriæ culmen peruenturi , certo cum indolis experimento, datos gustus referam.

1. **ÆMILIVS** Lepidus puer etiam tum progressus in aciem, hostem intreremit, civem servavit: cuius tam memorabilis operis index est in Capitolio statua bullata, & incincta prætexta S. C. posita. Iniquum eum putavit, eum honori nondum tempustum videri, qui jam virtuti maturus fuisset. Præcurrit igitur Lepidus ætatis stabilimentum fortiter faciendi celeritate: duplicemque laudem e proelio retulit, cuius eum vix spectatorem anni esse patiebantur. Arma enim infesta, & districti gladii, & discursus telorum, & adventantis equitatus fragor, & concurrentium exercituum impetus, juvenibus quoque aliquantum terroris incurrit. Inter quæ Æmiliæ gentis pueritia coronam mereri, spolia rapere valuit.

2. **HIC** spiritus ne M. quidem Catonis pueritiæ defuit. Nam cum in domo M. Drusi avunculi sui educeretur, & ad eum Trib. plebis Latini de civitate imperanda convenissent, a Q. Poppedio Latinorum principe, Drusi autem hospite, rogatus, ut socios apud avunculum adjuvaret; constanti vultu non facturum se respondit. Iterum deinde, ac sæpius interpellatus, in proposito perstitit. Tunc Poppedius in excelsam ædium partem levatum, abjecturum inde se, nisi precibus obtemperaret, minatus est: nec hac re ab incepto moveri potuit. Expressa est itaque illa vox hominum, Gratulemur vobis Latini & socii, hunc esse tam parvum; quo senatore



ne sperare quidem nobis civitatem licuisset. Tenero ergo animo Cato totius Curia gravitatem percepit, perseverantiaque sua Latinos jura nostrae civitatis apprehendere cupientes reppulit.

IDEM cum salutandi gratia praetextatus ad Syllam venisset, & capita proscriptorum in atrium allata vidisset; atrocitate rei commotus paedagogum suum Sarpedonem nomine interrogavit, quia propter nemo inveniretur qui tam crudelem tyrannum occideret: Cumque is, non voluntatem hominibus, sed facultatem deesse, quod salus ejus magno militum praesidio custodiretur, respondisset: ut ferrum sibi daretur, obsecravit, affirmando perfacile se eum interfectorum, quod in lecto illius consistere soleret. Paedagogus & animum Catonis agnovit, & propositum exhorruit, eumque postea ad Syllam excusum semper adduxit. Nihil hoc admirabilius. Puer in officina crudelitatis deprehensus, victorem non extimuit, tum maxime consules, municipia, Legiones, Equestris ordinis majorem partem trucidantem: Ipsum Marium si quis eo loci statuisset, celerius aliquid de fuga sua, quam de Syllae pece cogitasset.

3. CUIVS filium Faustum C. Cassius condiscipulum suum in schola proscriptionem parantem laudantem, ipsum quoque cum per aetatem potuisset, idem facturum minitantem, colapho percussit. Dignam manum, quae publico parricidio se non contaminaret.

### EXTERNA.

1. ET ut a Graecis aliquid, Alcibiades ille, cujus nescio utrum bona, an vitia patriae perniciosiora fuerint: illis enim cives suos decepit, his affixit: cum adhuc puer ad Periclem avunculum suum venisset, eumque secreto tristem sedentem vidisset, interrogavit, quid ira tantam in vultu confusioem gereret: At illo dicente, mandato se civitatis Propylaea Minervae, quae sunt januae arcis, aedificasse, consumptaque in id opus ingenti pecunia, non invenire quo pacto ministerii rationem redderet, atque ideo consistari. Ergo, inquit, quare potius quemadmodum rationem non reddas. Itaque vit amplissimus atque prudentissimus, suo consilio defectus, puerili usus est; atque id egit, ut Athenienses finitimo implicati bello rationibus exigendis non vacarent. Sed viderint Athenae utrum Alcibiadem lamententur, an gloriantur: quoniam adhuc inter execrationem hominis & admirationem, dubio mentis iudicio fluctantur.

## CAPVT II.

## DE FORTITVDINE.

CVIVS EXEMPLA		16	M. Cato maioris
ROM. SVNT.			Catonis filius.
1	M. Horatius Co-	17	P. Scipio Nasica.
	cles.	18	M. AEmilius Scav-
2	Clælia virgo.		rus.
3	Romulus.	19	C. Iulius Cæsar pro-
4	A. Cornelius Cos-		cos.
	sus.	20	Tres milites, Vibius
5	M. Marcellus.		Accens, Valerius
6	Duëllorum victores		Flaccus, T. Peda-
	T. Manlius Tor-	21	nius.
	quatus, M. Vale-	22	Q. Cotius Achilles.
	rius Corvus, &	23	C. Atilius.
	P. Scipio AEmi-	24	M. Cæsius Scæva.
	lianus.		L. Sicinius Denta-
7	C. Atilius.		rus.
8	Equites Rom. in præ-	EXTERNA.	
	lio ad Verruginem.	1	T. Iubellius Campa-
9	Eidem in prælio con-		nus.
	tra Sannites.	2	Gobrias Persæ.
10	Milites Rom. in re-	3	Leonidas Spartanus.
	rimenda classe Pæ-	4	Othryadas Spartanus.
	nica.	5	Epaninondas The-
11	Miles Rom. in præ-		banus.
	lio Cannensi.	6	Themenes Athe-
12	P. Licinius Cras-		niensis.
	sus procos.	7	Theogenes Numanti-
13	Q. Metellus Scipio		nus.
	procos.	8	Asdrubalis Pæni u-
14	M. Cato Vicensis.		xor.
15	Porcia M. F. M.	9	Harmonia Gelonie
	Bruti.		regis filia.

**N**OS quia jam initia, procurfusque virtutis patefecimus, actum ipsum persequemur; cuius ponderosissima vis, & efficacissimi lacerti, in fortitudine consistunt. Nec præterit me, conditor Urbis nostræ Romule, principatum tibi hoc in genere laudis assignari oportere, sed patere, obsusro, uno te præcurri exemplo

plo, cui & ipse aliquantum honoris debes : quia beneficio illius effectum est , ne tam præclarum opus tuum Roma dilaberetur.

1. **ETRUSCIS** in urbem ponte Sublicio irrum-  
pentibus, Horatius Cocles extremam ejus partem occu-  
pavit : totumque hostium agmen , donec post tergum  
suum pons abrumperetur, infatigabili pugna sustinuit.  
Atque, ut patriam periculo imminente liberatam vidit,  
armatus se in Tiberim misit : cujus fortitudinem dii  
immortales admirati , incolumitatem suam ei præ-  
stiterunt. Nam neque altitudine dejectus, quassatusve,  
neque pondere armorum pressus , nec ullo vorticis cir-  
cuitu actus; nec telis quidem, quæ uudique congereban-  
tur, læsus, tutum natandi eventum habuit. Unus itaque  
tot civium, tot hostium in se oculos convertit, stupentes  
illos admiratione , hos inter lætitiâ & metum hæsi-  
tantes : unusque duos acerrima pugna confertos exer-  
citus, alterum repellendo, alterum propugnando, distra-  
xit. Denique unus urbi uostræ tantum scuto suo , quan-  
tum Tiberis alveo, munimenti attulit: Quapropter di-  
scedentes Etrusci dicere potuerunt; Romanos vicinus, ab  
Horatio victi sumus.

2. **IMMEMOREM** me propositi mei Cloelia  
pene facit. eadem enim tempestate, certe adversus eun-  
dem hostem & in eodem Tiberi inclytum ausa facinus.  
Inter ceteras enim virgines obses hosti Porsenæ data,  
nocturno tempore custodiam egressa , equum conscen-  
dit, ceserique trajectu fluminis , non solum obsidione,  
sed etiam metu patriam puella solvit , viris lumen vic-  
tutis præferendo.

3. **REDEO** nunc ad Romulum , qui ab Acrone  
Ceninensium rege ad dimicandum provocatus , quan-  
quam & numero, & fortitudine militum superiorem se  
crederet, tutiusque erat toto cum exercitu, quam solus  
in aciem descendere, sua potissimum dextra omen vi-  
ctoriæ rapuit : nec incepto ejus fortuna defuit. Occiso  
enim Acrone , fuisque hostibus , opima de eo spolia  
Iovi Feretrio rettulit. Hactenus istud : quia publica re-  
ligione consecrata virtus , nulla privata laudatione in-  
diget.

4. A Romulo proximus Cornelius Cossus , eidem  
deo spolia consecravit , cum magister equitum ducem  
Fidenatum in acie congressus interemisset. Magnus ini-  
tio hujusce generis inchoatæ gloriæ Romulus : Cosso  
quoque multum acquisitum est, quod Romulum imitari  
valuit.

5. **NE M.** quidem Marcelli memoriam ab his exē-  
plis

plis separare debemus, in quo tantus animi vigor fuit, ut apud Padum Gallorum regem iugenti exercitu stipatum, cum paucis equitibus invaderet: quem protinus obruncatum, armis exiit, atq; Iovi Feretrio dicavit.

6. EODEM virtutis & pugnae genere usi sunt T. Manlius Torquatus, & Valerius Corvus, & Aemilianus Scipio. Hi enim ultro provocantes hostium duces interemerunt: sed quia sub alienis auspiciis rem gesserant, spolia Iovi Feretrio non posuerunt consecranda. Idem Scipio Aemilianus, cum in Hispania sub Lucullo duce militaret, atque Intercatia praevalidum oppidum circumfederetur, primus moenia conscendit: Neque erat in eo exercitu quisquam aut nobilitate, aut animi iudole, aut futuris actis, cuius saluti magis parci & consuli deberet: sed tunc clarissimus quisque juvenum, pro amplificanda & tuenda patria, plurimum laboris ac periculi sustinebat, deforme sibi existimans, quos dignitate praestaret, ab his virtute superari. Ideoque Aemilianus hanc militiam aliis propter difficultatem vitantibus, sibi depoposcit.

7. MAGNUM inter haec fortitudinis exemplum antiquitas offert. Romani a Gallorum exercitu pulsii, cum se in Capitolium & in arcem conferrent, inque his collibus morari omnes non possent, necessarium consilium in plana urbis parte seniorum relinquendorum ceperunt, quo facilius juvenus reliquias imperii tueretur. Ceterum ne illo quidem tam misero, tamque luctuoso tempore, civitas nostra virtutis suae oblita est. Defuncti enim honoribus, apertis januis, in curulibus sellis, cum insignibus magistratum, quos gesserant, sacerdotiorumque, quae erant adepti, confederunt, ut & ipsi in occasu suo splendorem & ornamenta vitae praeteritae retinerent, & plebein ad fortius sustinendos casus suo vigore provocarent. Venerabilis eorum aspectus primo hostibus fuit, & novitate rei, & magnificentia cultus, & ipso audaciae genere commotis. Sed quis dubitaret, quin & Galli & victores, illam admirationem mox in risum, & in omne contumeliae genus converfuri essent? Non expectavit igitur hanc injuriae maturitatem C. Atilius, verum barbam suam permulcenti Gallo scipionem vehementi ictu capiti inflixit, eique propter dolorem ad se occidendum ruenti cupidius corpus obrulit. Capi ergo virtus nescit; patientia dedecus ignorat. Fortunae succumbere tristius ducit omni fato; nova & speciosa genera interitus excogitat; si quisquam interit, qui sic extinguitur.

8. REDDENDVS est nunc Romanae juventuti  
debitus

debitus honos, & gloriæ titulus, quæ C. Sempronio Atratino consule cum Volscis apud Verruginem parum prospere dimicante, ne acies uostra jam inclinata propelleretur, equis delapsa, seipsam centuriavit, atque hostium exercitum rupit. Quo dimoto, proximum tumulum occupavit, effecitque ut omnis Volscorum in se conversus impetus, legionibus nostris ad confirmandos animos salutare laxamentum daret. Itaque cum jam de trophæis statuendis cogitarent, proelium nocte dirimente, victoresne, an victi abirent, incerti discesserunt.

9. **STRÉNVVS** ille quoque flos ordinis equestris, cujus mira virtute Fabius Maximus Rullianus magister equitum bello quod adversus Samnites gerebatur, male commissi procelli crimine levarus est. Namque Papirio Cursore propter auspicia repetenda ad Urbem proficiscente, castris præpositus, ac vetitus in aciem exercitum ducere; nihiloominus manus cum hoste, sed non tam feliciter, quam temere conseruit: procul enim dubio superabatur. Ceterum optimæ indolis juvenus detractis equorum frenis, vehementer eos calcaribus stimulos, in adversos Samnites egit, obstinataque animi præstantia extortam manibus hostium victoriam, & cum ea spem maximi civis Rulliani patri restituit.

10. **QUALIS** demum roboris illi milites? qui vehementi ictu remorum concitatam fugæ Punicam classem, nantes lubrico pelagi, quasi camporum firmitate, pedites in littus retraxerunt?

11. **EIVSDEM** temporis & notæ miles, qui Canuensi prælio, quo Annibal magis vires Romanorum contudit, quam animos fregit, cum ad retinenda arma inutilis vulneribus manus haberet, spoliare se conantis Numidæ cervicem complexus, os, naribus & auribus corrosis, deforme reddidit: inque plenæ ultionis moribus expiravit. Sepone iniquum pugnæ eventum, quantum interfectore fortior interfectus? Pœuus enim in victoria obnoxius morienti solatio fuit; Romanus in ipso sine vitæ vindex sui exitit.

12. **MILITIS** hujus in adverso casu tam egregius, atque virilis animus, quam relaturus sum, imperatoris. P. enim Crassus cum Aristonico bellum in Asia gerens, a Thracibus, quorum is magnum numerum in præsidio habebat, inter Eleam, & Smyrnam exceptus, ne in ditionem ejus perveniret; dedecus, accersita ratione mortis, effugit. Virgam enim, qua ad regendum equum usus fuerat, in inius barbari oculum direxit: qui vi doloris accensus, latus Crassi sic confodit: dumque se ulciscitur, Romanum imperatorem majestatis amissæ

turpitudine liberavit. Ostendit fortunæ Crassus, quam indignum virum tam gravi contumelia afficere voluisset; quoniam quidem iniectos ab ea libertati suæ miserabiles laqueos prudenter pariter ac fortiter rupit, donatumque se jam Aristonico, dignitati suæ reddidit.

13. EODEM mentis proposito usus est Scipio: nanque infeliciter Cn. Pompeji generi sui defensis in Africa partibus, classe Hispaniam petens; cum animadvertisset navem qua vehebatur, ab hostibus captam, gladio præcordia sua transverberavit: Ac deinde protratus in puppi, quærentibus Cæsarianis militibus ubinam esset imperator, respondit: Imperator bene se habet: tantumque eloqui valuit, quantum ad testandam animi fortitudinem æternæ laudis satis erat.

14. TVI quoque clarissimi excessus Cato Vicia inonimentum est, in qua ex fortissimis vulneribus tris plus gloriæ quam sanguinis manavit. Siquidem constantissime in gladium incumbendo, magnum hominibus documentum dedisti; quanto potior esse debeat probris dignitas sine vita, quam vita sine dignitate.

15. CVIVS filia minime muliebris animi: quæ cum Bruti viri sui consilium, quod de interficiendo Cæsare ceperat, ea nocte, quam dies teterrimi facti securus est, cognovisset; egresso cubiculum Bruto, cultellum tonsorium quasi unguinum refecandorum causa poposcit, eoque velut forte elapso, se vulneravit: Clamore deinde ancillarum in cubiculum revocatus Brutus, objurgare eam coepit, quod tonsoris præripuisset officium. Cui secreto Porcia, Non est, inquit, hoc temerarium factum meum; sed in tali statu nostro amoris mei erga te certissimum iudicium. Experiri enim volui, si tibi propositum ex sententia parum cessisset, quam æquo animo me ferro essem interemptura.

16. FELICIOR progenie sua superior Cato, a quo Porciæ familiæ principia manarunt. Qui cum ab hoste in acie vehementi periculo peterent, e vagina gladius ejus elapsus decidit: Quem subjectum proeliantium globo, & undique hostilibus pedibus circumdatum, postquam abesse tibi animadvertit; adeo constanti animo in suam potestatem redegit, ut illum non periculo oppressus rapere, sed metu vacuus sumere videretur. Quo spectaculo attoniti hostes, postero die ad eum supplices pacem petentes venerunt.

17. TOGÆ quoque fortitudo militaribus operibus inferenda est, quia eandem laudem foro, atque castris edita meretur. Cum Ti. Gracchus in tribunatu profusus largitionibus, favore populi occupato rempubli-

sam oppressam teneret; palamque dictitaret, interempto senatu, omnia per plebem agi debere; in ædem Fidei publice convocati Patres conscripti à consule Mucio Scævula, quidnam in tali tempestate faciendum esset, deliberabant. Cunctisque consentibus, ut consul armis republicanam tueretur, Scævula negavit se quidquam vi esse acturum. Tum Scipio Nasica, quoniam inquit, Consul, dum juris ordinem sequitur, id agit, ut cum omnibus legibus Romanum imperium corruat; egomet privatus voluntati vestræ me ducem offero: Ac deinde lævam manum apertæ togæ circumdedit, sinistramque dextra proclamavit: Qui republicanam salvam esse volunt me sequantur; eaque voce cunctatione bonorum civium discussa, Gracchum cum scelerata factione, quas merebatur, poenas persolvere coegit.

18. **ITEM** cum tribunus pl. Saturninus, & prætor Glaucia, & Equitius designatus trib. plebis, maximos in civitate nostra seditionum motus excitassent, nec quisquam se populo concitato opponeret: primum M. Æmilius Scaurus C. Marium consulatum sextum gerentem hortatus est, ut libertatem legesque manu defenderet: protinusque sibi arma adferri iussit: Quibus allaxis, ultima senectute confectum & pene dilapsum corpus induit; spiculusque innixus ante fores curiæ constitit, ac parvulis extremi spiritus reliquiis, ne respublica exspiraret, effecit: præsentia enim animi sui senatum & equitrem ordinem ad vindictam exigendam impulit.

19. **SËD** ut superius armorum & togæ; ita iunctæ etiam siderum clarum decus Divum Iulium, certissimam veræ virtutis effigiem repræsentemus. Cum innumerabili multitudine, & feroci imperu Nerviorum inclinari aciem suam videret; timidius pugnanti militi scutum detraxit, eoque tectus acerrime proeliari cœpit. Quo facto fortitudinem per totum exercitum diffudit, labentemque belli fortunam divino animi ardore restituit. Idem alio proelio legionis martiæ aquiliferum inevidæ fugæ gratia jam conversum, faucibus comprehensum, in contrariam partem detraxit; dexteramque ad hostem tendens, Quorsum tu, inquit, abis? Illic sunt cum quibus dimicamus; & manibus quidem unum militem, adhortatione vero tam acri omnium legionum trepidationem correxit; vincique paratas, vincere docuit.

20. **CETERVM** ut humanæ virtutis actum exequamur: cum Annibal Capuam in qua Romanus exercitus erat, obsideret, Vibius Accens Pelignæ cohortis præfectus, vexillum trans Pœnicum vallum projecit: seipsum, suosque conmilites (si eo hostes portu essent)

execratus: & ad id petendum subsequente cohorte primus imperum fecit: Quod ut Valerius Flaccus tribunus tertiæ legionis aspexit, conversus ad suos, Spectatores, inquit, ut video, alienæ virtutis huc venimus: sed absit hoc dedecus a sanguine nostro, ut Romani gloria cedere Latinis velimus. Ego certe aut speciosam optavi mortem aut felicem audaciæ exitum: Vel solus igitur præcurrere paratus sum. His auditis, Pedanius Centurio convulsam signum dextra retinens: Iam hoc, inquit, intra hostile vallum mecum erit: proinde sequantur qui id capi nolunt: & cum eo in castra Pœnorum irrupit, totamque secum traxit legionem. Ita trium virorum fortis temeritas, Annibalem paulo ante spe sua Caput potitorem, ne castrorum quidem suorum potentem esse passa est.

21. **QVORVM** virtuti nihil cedit **Q.** Cotius, qui propter fortitudinem Achilles cognominatus est. Nam ut reliqua ejus opera non exequar, abunde tamen duobus factis, quæ relaturus sum, quantus bellator fuerit, cognoscetur. **Q.** Metello consule legatus in Hispaniam profectus, Celtibericum sub eo bellum gereus, postquam cognovit a quodam gentis hujus juvene, se ad dimicandum provocari: erat autem illi forte prandendi gratia mensa posita: relicta ea, arma sua extra vallum deferri, equumque clam educi jussit, ne a Metello impediretur: & illum Celtiberum insolentissime obequitatem consecutus interemit, detracta sive corpori ejus exuvias, ovans lætitia in castra retulit. Idem Piresium nobilitate ac virtute Celtiberos omnes præstantem, cum ab eo in certamen pugne devocatus esset, succumbere sibi coegit. Nec erubuit flagrantissimi pectoris juvenis gladium ei suum & sagulum utroque exercitu inspectante tradere. Ille vero etiam petiit, ut hospitii jure inter se juncti essent, quando inter Romanos & Celtiberos pax foret restituta.

22. **NE** **C.** Attilium quidem præterire possumus, qui cum decimæ legionis miles pro **C.** Cæsaris partibus maritima pugna præliaretur, absisa dextra, quam Massiliensium navi injecerat, læva puppim apprehendit: nec ante dimicare destitit, quam captam profundo mergeret: Quod factum parum justa notitia patet. At Cynægyrum Atheniensem simili pertinacia in consecrandis hostibus usum, verbosa laudum suarum cantu Græcia, omnium sæculorum memoriæ literarum præconio inculcat.

23. **CLASSICAM** Atlij gloriam terrestri laude **M.** Cæsius Scæva ejusdem imperatoris centurio subsequens



secutus est. Cum enim pro castello, cui præpositus erat, dimicaret, C. Pompeji præfectus iussu ejus, summo studio & magno militum numero ad id capiendum mitteretur; omnes qui propius accesserant, interemit: ac sine ullo regressu pedes pugnans, super ingentem stragem, quam ipse fecerat corruit. Cujus capite, humero, femore laucii, & oculo eruto cæci, scutum centum & viginti ictibus perfoßum apparuit. Tales in castris Divi Iulii disciplina milites aluit, quorum alter dextera, alter oculo amisso hostibus inhæsit: ille post hanc jacturam victor, hic ne hac quidem jactura victus.

Tuum vero Scæva inexuperabilem spiritum in utraque parte rerum naturæ, qua admiratione prosequar nescio: quoniam excellenti virtute dubium reliquisti, inter undasne pugnam fortiozem edideris, au in terra vocem emiseris. Bello namque, quo C. Cæsar non contentus opéra sua Oceani claudere littoribus, Britannicæ insulæ cælestes injecit manus, cum quatuor comunitatibus rate transvectus, in sco pulu viciniu insulæ, quæ hostiu ingentes copiar obtinebant; postquæ æltas regressu suo spatium, quo scopulus & insula dividebantur, in vadum transitu tacilem redegit, ingenti multitudie barbarorum asilente, ceteris rate ad litus regressis; solus immobilem stationis gradum retinens, uodique ruentibus telis, & ab omni parte acri studio ad te invadendum nitentibus, quinque militum diurno prælio susseptura pila, una dextera, hostium corporibus adegisti: Ad ultimum destriçto gladio, audacissimum quemque modo umbonis impulsu, modo mucronis ictu depellens, hinc Romanis, illinc Britannicis oculis incredibili, nisi cernereris, spectaculo fuisti. Postquam deinde ira ac pudor cuncta conari fessos coegit, tragala femur trajectus, saxique pondere ora contusus, galea jam ictibus discussa, & scuto crebris foraminibus absunto, profundo te credidisti, ac duabus loricis onustus, inter undas, quas hostili cruore infecerat, enatasti: Virsoque imperatore armis non missis, sed bene impensis, cum laudem mereris, veniam petisti. Magnus proelio, sed major disciplinæ militaris memoria: itaque ab optimo virtutis æstimatore, cum facta, tum etiam verba tua, cenurionatus honore donata sunt.

24. SED quod ad proeliorum excellentem fortitudine attinet, merito L. Sicinij Dentati commemoratio omnia Romana exempla sinierit: cujus opera honoresq; operum ultra fidem veri excedere judicari possent; nisi ea certi auctores, inter quos M. Varro, monumentis suis testata esse voluissent: Quem centies & vigelies in aciem

descendit

descendisse tradunt, eo robore animi, atque corporis va-  
teutem, ut majorem semper victoriae partem traxisse vi-  
deretur. Sex & triginta spolia ex hoste retulisse, quorum  
in numero octo fuisse, cum quibus inspectante utroque  
exercitu ex provocatione dimicasset, 14. cives ex media  
morte raptos fervalisse, quinque & 40. vulnera pectore  
excepisse, tergo cicatricibus vacuo. Novem triumphales  
imperatorum currus secutum, totius civitatis oculos in  
se numerosa donorum pompa convertentem. Præfere-  
batur enim aureæ coronæ octo: civicæ 14. murales tres:  
obsidionalis una: torques 183. armillæ 160. hastæ 18.  
phaleræ 25. ornamenta etiam legioni, nedum militi  
factis multa.

### EXTERNÆ.

1. **I L L E** quoque ex pluribus corporibus in unum  
magna cum admiratione Calibus cruor confusus est :  
in quo oppido cum Fulvius Flaccus, propter Campa-  
nam perfidiam principes civitatis ante tribunal suum  
capitali supplicio afficiendos judicaret, literisque à se-  
nato acceptis, finem poenæ eorum statuere cogeretur,  
ultra se ei T. Iubellius Tauræ Campanus obtulit, &  
quam potuit clara voce, Quoniam, inquit, Fulvi cupi-  
ditate tanta hauriendi sanguinis nostri teneris, quid  
cessas in me cruentam securim distringere, ut gloriari  
possis fortiorem aliquanto virum, quam ipse es, tuo jus-  
su esse interemptum? Eo deinde dicente, libenter id se  
esse facturum, nisi senatus voluntate impediretur: At me,  
inquit, cui nihil Patres conscripti præceperunt, aspice,  
oculis tuis quidem gratum, animo vero tuo majus opus  
edentem. Protinusque interfecta conjuge ac liberis,  
gladio incubuit. Quem illum virum putemus fuisse,  
qui suorum ac sua cade testari voluit, se Fulvii cru-  
delitatem sugillare, quam senatus misericordia uti ma-  
luisse?

2. **A G E**, Gobriæ quantus ardor animi? quia cum  
sordida & crudeli Magorum tyrannide Persas libera-  
ret, nunquam ex iis obscuro loco abjectum corporis  
pondere urgeret, præclari operis socio plagam ei infer-  
re dubitanti, ne dum Magum petit, ipsum vulneraret,  
Tu vero, inquit, nihil est quod respectu mei timidius  
gladio utaris: vel per utrumque illum agas licet, dum  
hic quam celerrime pereat.

3. **H O C** loci Leonidas Spartanus nobilis occur-  
rit: cujus proposito, opere, exitu, nihil fortius. Nam  
cum 300 civibus apud Thermopilas toti Asiæ obje-  
ctus

ctus, gravem illum, & mari & terræ Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, sed Neptuno quoque compedes, & Cælo tenebras minitantem, pertiuitia virtutis ad ultimam desperationem redegit. Ceterum perfidia & scelere incolarum ejus regionis, & loci opportunitate qua plurimum adjuvabatur, spoliatus; occidere dimicans, quam assignatam sibi à patria stationem deserere, maluit. Ideoque tam alacri animo suos ad id proelium, quo perituri erant, cohortatus est, ut diceret, Sic prandete commilitones tanquam apud inferos cenaturi. Mors erat denuntiata: Lacedæmonii perinde ac victoria esset promissa, ductori intrepide paruerunt.

4. OTHRYADÆ quoque pugna pariter ac morte speciosa Thyreatium laude, quam spatio latius solum cernitur. Qui sanguine suo scriptis literis, direptam hostibus victoriam, tantum non post fata sua in suum patriæ cruento trophæi titulo rerulit.

5. EXCELLENTISSIMOS Spartanz virtutis proventus miserabilis lapsus sequitur. Epaminondas maxima Thebarum felicitas, idemque Lacedæmonis prima clades, cum vetustam ejus urbis gloriam, invitanteque ad id tempus publicam virtutem, apud Leuctra, & Mantineam, secundis proeliis contudisset; trajectus hasta, sanguine & spiritu deficiens, recreare se conantes, primum, an clypeus suus salvus esset, deinde an penitus fusi hostes forent, interrogavit: Quæ postquam ex animi sententia comperit, Non finis, inquit, commilitones, vitæ meæ, sed melius & auctius initium advenit. Nunc enim vester Epaminondas nascitur, quia sic moritur. Thebas ductu & auspiciis meis caput Græciæ factas video; fortis & animosa civitas Spartana jacet, armis nostris abjecta: Amara dominatione Græciæ liberata est. Orbis quoque, non tamen sine liberis minor: quoniam mirificas filias Leuctra, & Mantineam relinquo. E corpore deinde suo hastam educi jussit, eoque vultere expiravit. Quod si eum dii immortales victoriis suis perfrui passi essent, sospes gloriosior patriæ moenia non intrasset.

6. AC nec Theramenis quidem Atheniensis in publica custodia mori coacti, parva mentis constantia, in qua trigiura tyrannorum jussu porrectam veneni portionem non dubitauerit hausit: Quodque ex ea superfuerat, jocundus illisum humo clarum edere sonum coegit. Renidensque seruo publico, qui eam tradiderat, Critiæ, inquit, propino: Vide igitur ut hoc poculum ad eum continuo perferas. Erat autem is ex 30 tyrannis crudelissimus. Profecto est supplicio se liberare, raris facile.

facile supplicium perpeti. Itaque Theramenes perinde ac in domestico lectulo moriens, vita excessit: inimicorum existimatione punitus, suo iudicio finitus.

7. SED Theramenes à literis & doctrina virilitatem traxit. Numantino vero Theogeni ad consimilem virtutem capessendam, quasi magistra gentis suæ ferocitas exitit. Perditis uanque & afflictis rebus Numantinorum, cum omnes cives uobilitate, pecunia, honoribusque præstaret; vicum suum, qui in ea urbe speciosissimus erat, contractis undique nutrimentis ignis, incendit, protinusque strictum gladium in medio posuit, ac binos inter se dimicare iussit ut victus, iucisa cervice ardentibus tectis superjaceretur: Qui cum tam forti lege mortis omnes absumpsisset, ad ultimum seipse flammis immerfit.

8. VERVM ut æque populo Rom. inimicæ urbis excidium referam: Carthagine capta, uxor Asdrubalis exprobrata ei impietate, quod à Scipione soli sibi impetrare vitam contentus fuisset; dextera lævaque communes filios mortem non recusantes, trahens, incendio se flagrantis patriæ injecit.

8. MULIERIS fortitudinis exemplo æque fortem duarum puellarum casum adjiciam. Cum pestifera seditione Syracusarum, tota regis Gelonis stirps, evidentissimis exhausta cladibus ad unicam filiam Harmoniam virginem esset redacta, & in eam certatim ab inimicis impetus fieret: nutrix ejus, æqualem illi puellam, regio cultu ornatam, hostilibus gladiis objecit. Quæ ne cum ferro quidem trucidaretur, cuius esset conditionis, ederet: proclamavit admirata illius animum Harmonia, & tantæ fidei superesse non sustinuit: Revocatosque interfectores, professa quænam esset, in cædem suam convertit. Ita alteri tectum mendacium, alteri veritas aperta finis vitæ fuit.

### CAPVT III.

#### DE PATIENTIA.

Cujus exempla

Rom. sunt duo.

- 1 C. Mucius Cordus primus Scævola dictus.
- 2 Pompejus legatus ad Gentium Regem.

EXTERNÆ,

1 Per Macedo,

2 Zeno Eleates.

3 Aler Zeno.

4 Anaxarchus Ablerita.

5 Theodorus Syracusanus.

6 Indi.

7 Servus Afer in panis & morte ridens.

EGRE.

**E** GREGIIS virorum pariter ac feminarum operibus fortitudo se oculis hominum subiecit : Patientiamque in medium procedere horrata est, non sane iufirmioribus radicibus stabilitam, aut minus generoso spiritu abundantem; sed ita similitudine iunctam, ut cum ea, vel ex ea nata videri possit.

1. Quid enim iis quæ supra retuli, facto Mucii convenientius ? cum a Porsena rege Etruscorum urbem nostram gravi ac diutino bello iugeri agere ferret, castra ejus clam ferro cinctus intravit : inmolantemque ante altaria conatus est occidere. Ceterum inter molitionem pii pariter ac fortis propositi oppressus, nec causam adventus texit, & tormenta quanto opere contemneret, mira patientia ostendit. Perosus enim (credo) dexteram suam, quod ejus ministerio in eade regis uti nequisset, injectam foculo exuri passus est. Nullum profecto dii immortales ad mortuum aris cultum attentionibus oculis viderunt. Ipsum quoque Porsenam oblitum periculi, ultionem suam vertere in admirationem coegit. Nam, Revertere, inquit, ad tuos Muci, & eis referre, cum vitam meam petieris, à me vita donatum. Cujus clementiam non adulatus Mucius, tristior Porsenæ salute, quam sua lætior, urbi se cum æternæ gloriæ cognomine, Scævolum reddidit.

2. Pompeji etiam probabilis virtus : qui dum legationis officio fungeretur, a Gentio rege interceptus, cum senatus consilia prodere juberetur, ardenti lucernæ admotum digitum cremandum præbuit : eaque patientia regi simul & desperationem tormentis quicquam ex se cognoscendi excussit, & expetendæ populi Romani amicitia magnam cupiditatem ingeneravit. Ac ne plura hujusce generis exempla domi scrutando, sæpius ad civilium bellorum detestandam memoriam progredi cogar, duobus Romæ exemplis contentus, quæ ut clarissimum familiarum commendationem, ita nullum publicum mærorem continent, externa subnectam.

### EXTERNA.

1. **VETVSTO** Macedoniæ more regi Alexandro nobilissimi pueri præsto erant sacrificanti. E quibus unus thuribulo arrepto ante ipsum astitit, in cuius brachio carbo ardens delapsus est : quo etsi ira urebatur ut adusti corporis ejus odor ad circumstantium nares perveniret ; tamen & dolorem silentio pressit, & brachium immobile tenuit, ne sacrificium Alexandri, aut concusso thuribulo impediret, aut edito gemitu regias

gias aures exasperaret. Rex quoque patientia pueri magis delectatus, hoc certius perseverantiæ experimentum sumere voluit : consulto enim sacrificavit diutius, nec hac re eum a proposito repulit. Si huic miraculo Darius inferuisset oculos, scisset ejus stirpis milites viuci non posse, cujus infirmam ætatem tanto robore præditam animadvertisset.

**E S T** & illa vehemens & constans animi militia, literis pollens venerabilium doctrinæ sacrorum antistes philosophia, quæ ubi pectore recepta est hominum, inhonesto atque inutili affectu dispulso, totos in solido virtutis munimento confirmat, potentiores metu ac dolore faciens.

2. **I N C I P I A M** autem a Zenone Eleate: qui cum esset in dispicienda rerum natura maximæ prudentiæ, inque excitaudis ad vigorem juvenum animis promptissimus, præceptorum fidem exemplo virtutis suæ publicavit. Patriam enim egressus, in qua frui secunda libertate poterat, Agrigentum miserabili servitute obrutum periiit, tanta fiducia ingenii ac morum suorum freuit, ut speraverit & tyranno & Phalari vesanæ mentis feritatem a se diripi posse. Postquam deinde apud illum plus consuetudinem dominationis, quam consilii salubritatem valere animadvertit; nobilissimos ejus civitatis adolescentes cupiditate liberandæ patriæ inflammavit. Cujus rei cum indicium ad tyrannum manasset, convocato in forum populo, torquere eum vario cruciatus genere coepit: subinde quærens quosnam consilii participes haberet: At ille nec eorum quempiam nominavit, sed proximum quemque ac fidissimum tyranno suspectum reddidit: Increpitanque Agrigentinis ignaviam ac timiditatem, effecit ut subito mentis impulsu concitati, Phalarin lapidibus prosternerent. Senis ergo unius eculeo impositi, non supplex vox, nec miserabilis ejulatus; sed fortis cohortatio totius urbis animum, fortunamque mutavit.

3. **E I V S D E M** nominis philosophus, cum à Ne- archo tyranno, de cujus nece consilium inierat, torque- retur, supplicii pariter atque indicandorum consciorum gratia; doloris victor, sed ultionis cupidus, esse dixit quod eum secreto audire admodum expediret: laxato- que eculeo postquam insidiis opportunum tempus anim- advertit, aurem ejus morfu corripuit, nec autem dimisit quam & ipse vita, & ille corporis parte privaretur.

4. **T A L I S** patientiæ æmulus Anaxarchus, cum à tyranno Cypriorum Nicocreonte torqueretur, nec ul- la vi inhiberi posset, quo minus amarissimorum eum  
malor

maledictorum verberibus invicem ipse torqueret: ad ultimum amputationem linguæ minitanti, Non erit, inquit, effeminate adolescens, hæc quoque pars corporis mei tuæ ditionis: protinusque dentibus abscisam, & commanducatam linguam, in os ejus ira pateus expuit. Multorum aures illa lingua, & in primis Alexandri regis admiratione sui auctoritas habuerat, dum terræ conditionem, habitum maris, siderum motus, totiusque denique mundi naturam prudentissime & facundissime exprompsit. Pene tamen occidit gloriosius, quam vixit; quia tam forti sine illustrem professionis actum comprobavit, Anaxarchusque vitam non modo non deseruit, sed mortem reddidit clariorem.

5. IN Theodoro quoque viro gravissimo Hieronymus tyrannus frustra tortorum manus fatigavit. Rupit enim verbera, fiducias laxavit, solvit eculeum, laminas extinxit prius, quam efficere potuit, ut tyrannicidii conscios indicaret. Quinetiam satellitem, in quo totius dominationis summa, quasi quodam cardine, versabatur, falsa criminatione inquinando, fidum lateri ejus custodem eripuit; beneficioque patientiæ, non solum quæ occulta fuerunt, texit, sed etiam tormenta sua ultus est: quibus Hieronymus dum inimicum cupide lacerat amicum temere perdidit.

6. APUD Indos vero patientiæ meditatio tam obstinate usurpari creditur, ut sint qui omne vitæ tempus nudi exigant, modo Caucasi montis glaciali rigore corpora sua durantes, modo flammis sine ullo gemitu objicientes: Atque haud parva his gloria contemptu doloris acquiritur, ritulus nanque sapientiæ datur.

7. Hæc est pectoribus altis & eruditis orta sunt: Illud tamen non minus admirabile, quod servilis animus cepit.

Servus barbarus Asdrubalem, quod dominum suum occidisset, graviter ferens, subito aggressus interemit. Cumque comprehensus omni modo cruciaretur, lætitiâ tamen quam ex vindictâ ceperat, in ore constantissime retinuit. Non ergo fastidioso aditu virtus excitata, ingenia vivida ad se penetrare patitur, neque haustum sui cum aliquo personarum discrimine largum, malignumve præbet; sed omnibus æqualiter exposita, quid cupiditatis potius, quam quid dignitatis atuleris, æstimat: Inque capti bonorum suorum tibi ipsi pondus examinandum relinquit, ut quantum subire animo sustinueris tantum tecum auferas.

## CAPVT IV.

DE HUMILI LOCO NATIS QUI  
CLARI EVASERVNT.APVD ROMA-  
NOS.

- 1 Tullus Hostilius rex.
- 2 L. Tarquinius Priscus  
rex.
- 3 Ser. Tullius rex.
- 4 C. Terentius Varrus.

5 M. Perperna.

6 M. Porcius Cato.

APVD EXTE-  
ROS.

- 1 Socrates Atheniensis.
- 2 Euripides & Demosthe-  
nes.

**Q**VO sæpe evenit, ut & humili loco nati ad summam dignitatem consurgant, & generosissimarum imaginum foetus, in aliquod devoluti dedecus acceptam à majoribus lucem, in tenebras convertant. Quæ quidem plaujora suis exemplis reddentur: ut primum de iis ordiar, quorum in meliorem statum facta mutatio splendidam relatu præbet materiam.

1. Incunabula Tullii Hostilii agreste tugurium cepit: ejusdem adolescentia in pecore pascendo fuit occupata: validior ætas imperium Romanum rexit, & duplicavit: senectus excellentissimis ornamentis detozata, in altissimo majestatis fastigio fulsit.

2. VERVM Tullus etsi magnus, & admirabilis incrementi; domesticum tamen exemplum est. Tarquinius autem Priscus ad Romanum imperium occupandum fortuna in urbem nostram advexit: alienum, quod ortum Corintho: fastidiendum, quod mercatore Damarato genitum: erubescendum, quod etiam exule. Cæterum tam prospero conditionis suæ eventu, industrius pro ignominioso, pro invisio gloriosum reddidit: Dilatavit enim imperii fines, cultum deorum novis sacerdotiis auxit, numerum senatus amplificavit, æqualem ordinem uberiolem reliquit: Quæque laudum ejus consuminatio est, præclaris virtutibus effecit, ne hæc civitas poenitentiam ageret, quod regem à finitimis potius mutuasset, quam de suis legisset.

3. IN Ser. autem Tullio fortuna præcipue vires suas ostendit: vernam huic urbi natum, regem dando: Cui quidem divitissime imperium obtinere, quater lustrum condere, ter triumphare contigit: Ad summam, aut unde processerit, aut quo pervenerit; statim ipsius simul abunde testatur, servili cognominis, & regia appellatione perplexus.

4. MIRO



4. M I R O quoque gradu Varro ad consulatum ex macellaria patris taberna conscendit: Et quidem fortuna parum duxit sordidissimæ mercis capturis alito, 12 falces largiri; nisi etiam L. Æmilium Paulsum dedisset collegam: Atque ita se in ejus sinum infudit, ut cum apud Cauuas culpa sua vires populi Rom. exhausisset, Paulsum, qui prælium committere uoluerat, occidere pateretur, illum in urbem incolumem reduceret. Quinetiam senatum gratias ei agentem quod redire uoluisset, ante portas eduxit: extuditque ut gravissimæ cladis auctori etiam Dictatura deferretur.

5. N O N parvus consulatus rubor M. Perperna, utpote qui consul ante quam civis; sed in bello gerendo utilior aliquanto reipub. Varrone imperatore. Regem enim Aristonicum cepit, Crassianæque stragis punitor extitit. Cum interim cujus vita triumphavit, mors Papia lege damnata est. Namque patrem illius, nihil ad se pertinentia civis Romani jura complexum, Sabellis judicio peritum, redire in pristinas sedes coegerunt. Ita M. Perpernae nomen adumbratum, falsus consulatus, caliginis simile imperium, caducus triumphus, aliena in urbe improbe peregrinatus est.

6. M. V E R O Porcii Catonis incrementa publicis votis expetenda fuerunt: qui nomen suum Tusculi ignobile, Romæ nobilissimum reddidit. Ornata sunt enim ab eo literarum Latinarum monumenta, adjuncta disciplina militaris, aucta majestas senatus, prorogata familia, in qua maximum decus posterior est ortus Cato.

### EXTERNA.

1. S E D ut Romanis externa judicamus: Socrates non solum hominum consensu, verumetiam Apollinis oraculo sapientissimus judicatus, Phanarete matre obstrictæ, & Sophornisco patre marmorario genitus, ad clarissimum lumen gloriæ excessit, neque immerito. Nam cum eruditissimorum virorum ingenia in disputatione cæca vagarentur, mensurasque Solis & Lunæ, & cæterorum siderum loquacibus magis quam certis argumentis explicare conarentur, totius etiam mundi ambitum complecti audent; primus ab his doctis erroribus abductum animum, intima conditionis humanæ, ac in secessu pectoris repositos affectus scrutari coegit; si virtus per seipsam æstimeretur, vitæ magister optimus.

2. Quam matrem Euripides, aut quem patrem Demosthenes habuerit, ipsorum quoque seculo ignotum fuit; alterius autem matrem olera: alterius patrem cultellos

culxellos venditasse omnium pene doctorum literæ loquuntur : Sed quid aut illius tragica, aut hujus oratoria vi clarior ?

## CAPUT V.

QVI A PRÆCLARIS PARENTIBVS  
DEGENERARVNT.

- 1 *Cn. Scipio<sup>3</sup> Africani majoris filius.*    3 *P. Clodii & Fulviae F.*  
2 *Q. Fabius Allobrogici F.*    4 *M. Hortensius Corbicus.*

**S**EQVITVR duplicis promissi pars ad opertis illustrium virorum inaginibus reddenda : quoniam quidem sunt referenda, quæ ab earum splendore degeneraverunt, terribilissimis ignaviae ac nequitiae sordibus imbuta nobilia portenta.

1. **Q**UID enim monstro similis, quam superioris Africani filius Scipio ? Qui in tanta domestica gloria ortus, à parvulo admodum regis Antiochi praesidio capi sustinuit : cum ei voluntaria morte absumi satius fuerit, quam inter duo fulgentissima cognomina patris & patris, altero oppressa Africa jam parto, altero jam majore ex parte recuperata Asia surgere incipiente, manus vincendas hosti tradere, ejusque beneficio precarium spiritum obtinere : de quo mox L. Scipio speciosissimum deorum hominumque oculis subjecturus erat triumphum.

Idem praeturae petitor candidam togam adeo turpitudinis maculis obsolefactam in campum detulit, ut nisi gratia Cicerei, qui patris ejus scriba fuerat, adjutus esset, honorem à populo impetraturus non videretur. Quanquam quid interfuit utrum repulsam, an sic adeptam praeturam domum referret ? quam cum propinqui ab eo pollui animadverterent, id egerunt ne aut selesam ponere, aut jus dicere auderet. Insuperque è manu ejus anulum in quo caput Africani sculptum erat detraxerunt. Di boni quas tenebras ex quo fulmine nasci passi estis !

2. **A**GE Q. Fabii Max. Allobrogici & civis, & imperatoris clarissimi filius Q. Fabius Max. quam perditam luxuria vitam egit ? cujus ut caetera flagitia obliterentur, tamen abunde illo dedecore mores nudari possunt, quod ei Q. Pompejus praetor urbanus paternis bonis interdixit : neque in tanta civitate, qui illud de-

cre.

CAP. VI. DE LICENTIA CVLTVS. 87

cretum reprehenderet, inventus est: Dolenter enim homines ferebant, pecuniam quæ Fabiæ gentis splendori servire debebat, flagitiis diffici. Quem ergo nimia patris indulgentia hæredem reliquerat, publica severitas exhæredavit.

3. POSSE DIT favorem plebis Clodius Pulcher, adhærensque Fulviæ stolæ pugio, militare decus muliebri imperio subjectum habuit: quorum filius Pulcher, præterquam quod enervem & frigidam juventam egit, perditio etiam amore vulgatissimæ meretricis infamis fuit, mortisque erubescendo genere consumptus est: Abdomine enim avide devorato, fœdæ ac fordidæ intemperantiæ spiritum reddidit.

4. IAM Quidem Hortensii, qui in maximo & ingeniorum civium, & amplissimorum proventu, summum auctoritatis atque eloquentiæ gradum obtinuit, nepos Hortensius Corbio omnibus scortis abjectiorem & obscœniorem vitam exegit: ad ultimamque lingua ejus tam libidini cunctorum inter lupanaria prostitit, quam avi pro salute civium in foro excubuerat.

CAPVT VI.

DE ILLVSTRIBVS QVI IN VESTE  
AVT CETERO CVLTV LICENTI-  
VS SIBI INDVLSERVNT.

- |                        |                      |
|------------------------|----------------------|
| 1 P. Scipio major.     | 5 C. Papius Mase.    |
| 2 L. Scipio Asiaticus. | 6 C. Marius.         |
| 3 L. Cornelius Sylla.  | 7 M. Cato Uticensis. |
| 4 C. Duilius.          |                      |

**A** Nimadverto in quam periculosum iter processerim. Itaque meiple revocabo, ne si reliqua ejusdem generis naufragia consecrari perseveravero, aliqua inutili relatione implicer. Referam igitur pedem, deformesque umbras in imo gurgite turpitudinis suæ jacere patiar. Satius est enim narrare qui illustres viri in cultu, ceteroque ritu, aliqua ex parte novando, sibi indulserint.

1. P. Scipio, cum in Sicilia angendo, trajiciendoque in Africam exercitu opportunum quarendo gradum, Carthaginiæ ruinam animo volveret: inter consilia ac molitiones hujus tantæ rei operam gymnasio dedit, pallioque & crepidis usus est. Nec hac re segniore Poeniciæ exercitiis manus insulit: sed nescio an ideo alacri-

ores, quia vegeta & strenua ingenia quo plus recessus  
sumunt, hoc vehementiores impetus edunt. Crediderim  
etiam favorem eum sociorum uberiores se adepturum  
existimasse, si victum eorum & solennes exercitationes  
comprobasset: Ad quas tum veniebat, cum multum ac  
diu fatigasset humeros, & cætera membra militati agi-  
tatione firmitatem suam probare coegisset: consistebatq;  
in his labor ejus, in illis remissio laboris.

2. L. vero Scipionis statuam chlamydatam, & cre-  
pidatam in Capitolio ceruimus: Quo habitu videlicet,  
quia aliquando usus erat; effigiem suam formatam po-  
si voluit.

3. L. quoque Sylla, cum imperator esset, chlamy-  
dato sibi & crepidato Neapoli ambulare deforme non  
duxit.

4. C. autem Duilius, qui primus navalem tri-  
umphum ex Pœnis retulit, quotiescunque epulatu-  
rus erat, ad funalem cereum præeunte tibicine, & fi-  
dicine, a coena domum reverti solitus est, insignem  
bellicæ rei successum nocturna celebratione testando.

5. P A P I R I V S quidem Maso, cum bene gesta  
Reipublica triumphum à Senatu non impetrasset, in Al-  
bano monte triumphandi & ipse initium fecit, & cete-  
ris postea exemplum præbuit: proque laurea coronæ,  
cum alicui spectaculo interesset, myrtea semper usus  
est.

6. I A M C. Marii petie insolens factum: nam post  
Ingurthinum, Cimbricumque & Teutonicum trium-  
phum cantharo semper potavit: quod Liber Pater  
clypeum ex Asia ducens triumphum, hoc usus poculi  
nere ferebatur; ut inter ipsum haustum vini, victorie  
ejus suas victorias compararet.

7. M. autem Cato Prætor, M. Scauri, ceterorum-  
que reorum judicium, nulla indutus tunica, sed tantum  
modo prætexta amictus egit.

## CAPVT VII.

## DE FIDV CIA SVI.

QVÆ IN ROMA-  
NIS.

- 1 P. Scipione majore.
- 2 P. Scipione Amiliano  
Cof. 2.
- 3 P. Nasica Serapiens  
Cof.

4 M. Livio Salinatore  
Cof.

- 5 P. Furio Philo Cof.
- 6 L. Licinio Crasso procos.
- 7 M. Cato majore reo.
- 8 M. Emilio Scauro reo.
- 9 M. Antonio oratore.

☞

10 SENATA

CAP. VII. DE FIDUCIA SVI. 29

- |                               |                               |
|-------------------------------|-------------------------------|
| 10 <i>Senatu Romano.</i>      | 4 <i>Phidia sculptore.</i>    |
| 11 <i>L. Accio poeta.</i>     | 5 <i>Epaminonda Theba-</i>    |
| QVÆ IN EXTER-                 | no.                           |
| NIS.                          | 6 <i>Annibale Pœno.</i>       |
| 1 <i>Euripide poeta.</i>      | 7 <i>Cotye Thracum rege.</i>  |
| 2 <i>Antigenida tibicine.</i> | 8 <i>Antroclida, Leonida,</i> |
| 3 <i>Zeuxe pictore.</i>       | & <i>Agide Sparsanis.</i>     |

**S**ED hæc, atque his similia, virtutis aliquam sibi in consuetudine novanda licentiæ sumentis indicia sunt. Illis autem quæ deinceps subnectam, quantum sui fiduciam habere soleat, cognoscetur.

1. P. & Cn. Scipionibus in Hispania cum maiore parte exercitus ab acie Punica oppressis, omnibusque provinciæ ejus nationibus Carthaginensium amicitiam secutis, nullo ducum nostrorum illuc ad corrigendam rem proficisci audente, P. Scipio quartum & vigesimum annum agens iurum se pollicitus est. Quæ quidem fiducia populo Romano salutis ac victoriæ spem dedit. Eademque in ipsa Hispania usus est. Nam cum oppidum Badiam circumfederet, tribunal suum adentes in ædem, quæ intra moenia hostium erat, vadimonia in posterum diem facere jussit: continuoque urbe positus, & tempore & loco, quo prædixerat, sella posita, jus eis dixit. Nihil hac fiducia generosius, nihil prædictione verius, nihil celeritate efficacius, nihil etiã dignitate dignius. Nec minus animosus, minusve prosperus illius in Africam transitus, in quam ex Sicilia exercitum senatu verante traduxit; quia nisi plus in ea resuo, quam patrum conscriptorum consilio credidisset; secundi Punici belli finis inventus non esset. Cui facta par illa fiducia, quod postquam Africam attigit, speculatores Annibalis in castris deprehensos, & ad se perductos, nec supplicio affecit, nec de consiliis ac viribus Pœnorum percunctatus est. Sed circa omnes manipulos diligentissime deducendos curavit. Interrogatosque an satis ea considerassent, quæ speculari jussi erant, prandio dato ipsis, jumentisque eorum, incolumes dimisit. Quo tam pleno fiduciæ spiritu prius animos hostium, quam arma contudit. Verum ut ad domestica eximia ejus fiduciæ acta veniamus: cum a L. Scipione ex Antiochensi pecunia H. S. quadragies ratio in curia repõderetur, prolatum ab eo librum, quo acceptæ & expensæ summæ continebantur, & refelli inimicorum accusatio poterat, discerpit: indignatus de ea re dubitari; quæ sub ipso legato administrata fuerat. Quinetiam in hunc modum egit: Non reddo patres

conscripti ærario vestro H. S. quadragies rationem, alieni imperii minister, quod meo ductu, meisque auspiciis bismillies H. S. uberius feci. Neque enim huc puto malignitatis ventum, ut de mea innocentia quærendum sit. Nam cum Africam totam potestati vestræ subjecerim, nihil ex ea quod meum diceretur, præter cognomen, retuli. Non igitur me Punicæ, non fratrem meum Asiaticæ gazæ avarum reddiderunt: sed interque nostrum magis invidia, quam pecunia locupletior est. Tam constantem defensionem Scipionis universus senatus comprobavit.

Sicut & illud factum: quod cum ad necessarium Reip. usum pecuniam ex ærario promi opus esset; idque Quæstores, quia lex obstare videretur, aperire non auderent, privatus claves poposcit, patefactoque ærario, legem utilitati cedere coegit. Quam quidem ei fiduciam conscientia illa dedit, quia meminerat omnes leges à se esse servatas. Non fatigabor ejusdem facta identidem referendo, quoniam nec ille quidem in consimili genere virtutis edendo fatigatus est. Diem illi ad populum M. Nævius tribunus pleb. aut (ut quidam memorant) duo Petilij dixerant: quo iugenti frequentia in forum deductus, rostra conscendit, capiti que suo corona triumphali imposita, Hac, inquit, Quirites, die, Carthaginem magna sperantem, leges vestras accipere jussi: proinde æquum est vos mecum ire in Capitolium supplicatum. Speciosissimam ejus deinde vocem æque clarus eventus securus est: siquidem & senatum totum, & universum equestrem ordinem, & cunctam plebem Jovis Optimi Maximi pulvinaria petens, comitè habuit. Restabat ut tribunus apud populum sine populo ageret, desertusque in foro cum magno calumniæ suæ ludibrio, solus moraretur: Cujus devitandi ruboris causa, in Capitolium processit, deque accusatore Scipionis venerator est factus.

2. AVITI spiritus egregius successor Scipio Æmilianus, cum urbem prævalidam obsideret, suadentibus quibusdam, ut circa moenia ejus ferreos murices spargeret, omniæque vada tabulis plumbatis consterneret, habentibus clavorum cacumina, ne subita eruptione hostes in præsidia nostra imperum facere possent: respondit, non esse ejusdem, & capere aliquos velle & timere.

3. IN quamcunque memorabilium partem exemplorum convertar, velim nolim, in cognomine Scipionum hæream necesse est. Qui enim licet hoc loci Nasticam præterire fidentis animi, dictique clarissimum auctorem

auctorem? Annonæ caritate increbrescente, C. Curatius Tribunus pleb. productos in concionem Coll. compellebat, ut de frumento emendo, atque ad id negotium explicandum mittendis legatis in curiam referrent. Cujus instituti minime utilis interpellandi gratia Nasica contrariam actionem ordiri cœpit. Obstrepente deinde plebe, tacete quæso Quirites, inquit. plus enim ego, quam vos quid reipubl. expediat, intelligo. Qua voce audita, omnes pleno venerationis silentio, majorem ejus auctoritatis, quam suorum alimentorum respectum egerunt.

4. LIVII quoque Salinatoris æternæ memoriæ tradendus animus: qui cum Asdrubatem, exercitumq; Pœnorum in Umbria delesset, & ei diceretur, Gallos ac Ligures ex acie sine ducibus & signis, sparfos ac palantes parva manu opprimi posse; respondit, Parci eis oportere ne hostibus tantæ cladis domestici nuntii deessent.

5. BELLICA hæc præsentia animi; togata illa, sed non minus laudabilis, quam P. Furius Philus consul in senatu exhibuit. Quæ enim Metellum, Quæ Pompejum consulares viros vehementes inimicos suos, cupitam sibi protectionem in provinciam Hispaniam, quam sortitus erat, identidem exprobrantes, legatos secum illuc ire coegit. O fiduciam non solum fortem, sed pene etiam temerariam, qua nobis acerrimis odiis latera sua cingere est ausus, usumque ministerii vix tutum in amicis, è sinu inimicorum petere sustinuit.

6. HVIVS factum, si cui placet; necesse est L. etiam Crassi, qui aptud majores eloquentia clarissimus fuit, propositum non displiceat: nam cum ex consulatu provinciam Galliam oblineret, atque in eam C. Carbo, cujus patrem damnaverat, ad speculanda acta sua venisset; non solum eum inde non summovit, sed insuper locum ei in tribunali assignavit, nec ulla de re, nisi eo in consilium adhibito, cognovit. Itaque acer & vehementer Carbo nihil aliud Gallica peregrinatione consecutus est, quam ut animadverteret fontem patrem suum ab integerrimo viro in exilium missum.

7. CATO vero superior sæpenuero ab inimicis ad causæ dictionem vocatus, nec ullo unquam crimine convictus: ad ultimum tantum fiduciæ in sua innocentia reposuit, ut ab his in quæstionem publicam deductus, Ti. Gracchus, a quo in administratione reip. ad multum odium dissidebat, judicem deposceret. Quæ quidem animi præstantia pertinaciâ eorû insectandi se inhibuit.

8. E A D E M M. Scauri fortuna, æque senectus  
longe

gias aures exasperaret. Rex quoque patientia pueri magis delectatus, hoc certius perseverantiæ experimentum fumere voluit : consulto enim sacrificavit diutius, nec hac re eum a proposito repulit. Si huic miraculo Darius inferuisset oculos, scisset ejus stirpis milites vinci non posse, cujus infirmam ætatem tanto robore præditam animadvertisset.

**E S T** & illa vehemens & constans animi militia, literis pollens venerabilium doctrinæ sacrorum antistes philosophia, quæ ubi pectore recepta est hominum, inhonesto atque inutili affectu dispulso, totos in solido virtutis munimento confirmat, potentiores metu ac dolore faciens.

2. **I N C I P I A M** autem a Zenone Eleate: qui cum esset in dispicienda rerum natura maximæ prudentiæ, inque exciraudis ad vigorem juvenum animis promptissimus, præceptorum fidem exemplo virtutis suæ publicavit. Patriam enim egressus, in qua frui secura libertate poterat, Agrigentum miserabili servitute obrutum petiit, tanta fiducia ingenii ac morum suorum fretus, ut speraverit & tyranno & Phalari vesanæ mentis feritatem a se diripi posse. Postquam deinde apud illum plus consuetudinem dominationis, quam consilii salubritatem valere animadvertit; nobilissimos ejus civitatis adolescentes cupiditate liberandæ patriæ inflammavit. Cujus rei cum indicium ad tyrannum manasset, convocato in forum populo, torquere eum vario cruciatus genere cœpit: subinde quærens quosnam consilii participes haberet: At ille nec eorum quempiam nominavit, sed proximum quemque ac fidissimum tyranno suspectum reddidit: Increpitanque Agrigentinis ignaviam ac timiditatem, effecit ut subito mentis impulsu concitati, Phalarim lapidibus prosternerent. Senis ergo unius eculeo impositi, non supplex vox, nec miserabilis ejulatus; sed fortis cohortatio totius urbis animum, fortunamque mutavit.

3. **E I V S D E M** nominis philosophus, cum à Nearco tyranno, de cuius nece consilium inierat, torqueretur, supplicii pariter atque indicandorum consciorum gratia; doloris victor, sed ultionis cupidus, esse dixit quod eum secreto audire admodum expediret: laxatoque eculeo postquam insidiis opportunum tempus animadvertit, aurem ejus morso corripuit, nec autem dimisit quam & ipse vita, & ille corporis parte privaretur.

4. **T A L I S** patientiæ æmulus Anaxarchus, cum à tyranno Cypriorum Nicocreonte torqueretur, nec ulla vi inhiberi posset, quo minus avarissimorum eum male-



maledictorum verberibus invicem ipse torqueret: ad ultimum amputationem linguæ minitanti, Non erit, inquit, effeminate adolescens, hæc quoque pars corporis mei tuæ ditionis: protinusque dentibus abscisam, & commanducaram linguam, in os ejus ira pateus expuit. Multorum aures illa lingua, & in primis Alexandri regis admiratione sui auronitas habuerat, dum terræ conditionem, habitum maris, siderum motus, totiusque denique mundi naturam prudentissime & facundissime exprompsit. Pene tamen occidit gloriosius, quam vixit; quia tam forti sine illustrem professionis actum comprobavit, Anaxarchusque vitam non modo non deseruit, sed mortem reddidit claricem.

5. IN Theodoro quoque viro gravissimo Hieronymus tyrannus frustra tortorum manus fatigavit. Rupit enim verbera, fidiculas laxavit, solvit eculeum, laminas extinxit prius, quam efficere potuit, ut tyrannicidii confcios indicaret. Quinetiam satellitem, in quo totius dominationis summa, quasi quodam cardine, versabatur, falsa criminatione inquinando, fidum lateri ejus custodem eripuit; beneficioque patientiæ, non solum quæ occulta fuerunt, texit, sed etiam tormenta sua ultus est: quibus Hieronymus dum inimicum cupide lacerat amicum temere perdidit.

6. APVD Indos vero patientiæ meditatio tam obstinate usurpari creditur, ut sint qui omne vitæ tempus nudi exigant, modo Caucafi montis glaciali rigore corpora sua durantes, modo flammis sine nullo gemitu objicientes: Atque haud parva his gloria contemptus doloris acquiritur, titulus nanque sapientiæ datur.

7. Hæc è pectoribus altis & eruditis orta sunt: Illud tamen non minus admirabile, quod servilis animus cepit.

Servus barbarus Asdrubalem, quod dominum suum occidisset, graviter ferens, subito aggressus interemit. Cumque comprehensus omni modo cruciaretur, lætitiâ tamen quam ex vindictâ ceperat, in ore constantissime retinuit. Non ergo fastidioso aditu virtus excitata, ingenia vivida ad se penetrare patitur, neque haustum sui cum aliquo personarum discrimine largum, malignumve præbet; sed omnibus æqualiter exposita, quid cupiditatis potius, quam quid dignitatis atuleris, æstimat: Inque captu bonorum suorum tibi ipsi pondus examinandum relinquit, ut quantum subire animo sustinueris tantum tecum auferas.

## CAPVT IV.

DE HUMILI LOCO NATIS QUI  
CLARI EVASERVNT.APVD ROMA-  
NOS.

- 1 *Tullus Hostilius rex.*
- 2 *L. Tarquinius Priscus rex.*
- 3 *Ser. Tullius rex.*
- 4 *C. Terentius Varro.*

5 *M. Perperna.*6 *M. Porcius Cato.*APVD EXTE-  
ROS.

- 1 *Socrates Atheniensis.*
- 2 *Euripides & Demosthe-  
nes.*

**Q**VO sæpe evenit, ut & humili loco nati ad summam dignitatem confurgant, & generosissimarum imaginum factus, in aliquod devoluti dedecus acceptam à maioribus lucem, in tenebras convertant. Quæ quidem planiora suis exemplis reddentur: ut primum de iis ordiar, quorum in meliorem statum facta mutatio splendidam relatam præbet materiam.

1. Incunabula Tullii Hostilii agreste tugurium cepit: ejusdem adolescentia in pecore pascendo fuit occupata: validior ætas imperium Romanum rexit, & duplicavit: senectus excellentissimis ornamentis decorata, in altissimo majestatis fastigio fulsit.

2. **VERVM** Tullus etsi magnus, & admirabilis incrementi; domesticum tamen exemplum est. Tarquinius autem Priscum ad Romanum imperium occupandum fortuna in urbem nostram advexit: alienum, quod ortum Corintho: fastidiendum, quod mercatore Damarato genitum: erubescendum, quod etiam exule. Cæterum tam prospero conditionis suæ eventu, industriose pro ignominioso, pro invisio gloriosum reddidit: Dilatavit enim imperii foveis, cultum deorum novis sacerdotiis auxit, numerum senatus amplificavit, æqualem ordinem uberiolem reliquit: Quæque laudum ejus consummatio est, præclaris virtutibus effecit, ne hæc civitas poenitentiam ageret, quod regem à finitimis potius mutuasset, quam de suis legisset.

3. **IN** Ser. autem Tullio fortuna præcipue vires suas ostendit: vernam huic urbi natum, regem dando: Cui quidem diutissime imperium obtinere, quater lustrum condere, ter triumphare contigit: Ad summam, aut unde processerit, aut quo pervenerit; statuarum ipsius titulus abunde testatur, servili cognomine, & regia appellatione perplexus.

4. **MIRO**

4. M I R O quoque gradu Varro ad consulatum ex macellaria patris taberna conscendit: Et quidem fortuna parum duxit fordidissimæ mercis capturis alito, 12 falces largiri; nisi etiam L. Æmilium Paullum dedisset collegam: Atque ita se in ejus sinum infudit, ut cum apud Cannas culpa sua vires populi Rom. exhausisset, Paullum, qui proelium committere uoluerat, occidere pateretur, illum in urbem incolumem reduceret. Quin etiam senatum gratias ei agentem quod redire voluisset, ante portas eduxit: extruditque ut gravissimæ cladis auctori etiam Dictatura deferretur.

5. N O N parvus consulatus rubor M. Perperna, utpote qui consul ante quam civis; sed in bello gerendo villior aliquanto reipub. Varrone imperatore. Regem enim Aristonicum cepit, Crassianæque stragis punitor extitit. Cum iuterim ejus vita triumphavit, mors Papiæ lege damnata est. Namque patrem illius, nihil ad se pertinentia civis Romani jura complexum, Sabellæ judicio petitum, redire in pristinas sedes coegerunt. Ita M. Perpernæ nomen adumbratum, falsus consulatus, caliginis simile imperium, caducus triumphus, aliena in urbe improbe peregrinatus est.

6. M. V E R O Porcii Catonis incrementa publicis votis expetenda fuerunt: qui nomen suum Tusculi ignobile, Romæ nobilissimum reddidit. Ornata sunt enim ab eo literarum Latinarum monumenta, adjuncta disciplina militaris, aucta majestas senatus, prorogata familiaria, in qua maximum decus posterior est ortus Cato,

### EXTERNA.

1. S E D ut Romanis externa iungamus: Socrates non solum hominum consensu, verum etiam Apollinis oraculo sapientissimus judicatus, Phanarete matre obstetricæ, & Sophornisco patre marmorario genitus, ad clarissimum lumen gloriæ excessit, neque immerito. Nam cum eruditissimorum virorum ingenia in disputatione cæca vagarentur, mensurasque Solis & Lunæ, & cæterorum siderum loquacibus magis quam certis argumentis explicare conarentur, totius etiam mundi ambitum complecti auderent; primus ab his doctis erroribus abductum animum, intima conditionis humanæ, ac in secellu pectoris repositos affectus scrutari coegit: si virtus per seipsam æstimeretur, vitæ magister optinuit.

2. Quam matrem Euripides, aut quem patrem Demosthenes habuerit, ipsorum quoque seculo ignotum fuit: alterius autem matrem olera: alterius patrem cultellos

cuttellos venditasse omnium pene doctorum literæ loquuntur : Sed quid aut illius tragica, aut hujus oratoria vi clarius ?

## CAPUT V.

QUI A PRÆCLARIS PARENTIBVS  
DEGENERARVNT.

1. *Cn. Scipio Africanus majoris filius.*      3. *P. Clodii Fulvia F.*  
2. *Q. Fabius Allobrogici F.*      4. *M. Hortensius Corbicus.*

**S**EQVITVR duplicis promissi pars ad optatis illustrium viroꝝ imaginibus reddenda : quoniam quidem sunt referenda, quæ ab earum splendore degeneraverunt, teterrimis ignaviæ ac nequitie sordibus imbuta nobilia portenta.

1. QUID enim monstro similis, quam superioris Africani filius Scipio ? Qui in tanta domestica gloria ortus, à parvulo admodum regis Antiochi præsidio capi sustinuit : cum ei voluntaria morte absumi satius fuerit, quam inter duo fulgentissima cognomina patris & patrui, altero oppressa Africa jam parto, altero jam majore ex parte recuperata Asia, surgere incipiente, manus vincendas hosti tradere, ejusque beneficio precarium spiritum obtinere : de quo mox L. Scipio speciosissimum deorum hominumque oculis subjecturus erat triumphum.

Idem præturæ petitor candidam togam adeo turpitudinis maculis obsolescentiam in campum detulit, ut nisi gratia Cicerei, qui patris ejus scriba fuerat, adjutus esset, honorem à populo impetraturus non videretur. Quamquam quid interfuit utrum repulsam, an sic adeptam præturam domum referret ? quam cum propinqui ab eo pollui animadvertent, id egerunt ne aut seculam ponere, aut jus dicere auderet. Insuperque è manu ejus annulum in quo caput Africani sculptum erat detraxerunt. Di boni quas tenebras ex quo fulmine nasci passi estis !

2. AGE Q. Fabii Max. Allobrogici & civis, & imperatoris clarissimi filius Q. Fabius Max. quam perditam luxuria vitam egit ? cujus ut cætera flagitia obliterentur, tamen abunde illo dedecore mores nudari possunt, quod ei Q. Pompejus prætor urbanus paternis bonis interdixit : neque in tanta civitate, qui illud de-

cre.

## CAP. VI. DE LICENTIA CVLTVS. 87

cretum reprehenderet, inventus est: Dolenter enim homines ferebant, pecuniam quæ Fabiæ gentis splendori servire debebat, flagitiis diffici. Quem ergo nimia patris indulgentia hæredem reliquerat, publica severitas exhæredavit.

3. **POSSE DIT** favorem plebis Clodius Pulcher, adhærensque Fulviæ stolæ pugio, militare decus muliebri imperio subjectum habuit: quorum filius Pulcher, præterquam quod enervem & frigidam juventam egit, perditio etiam amore vulgarissimæ meretricis infamis fuit, mortisque erubescendo genere consumptus est: Abdomine enim avide devorato, foedæ ac sordidæ intemperantiæ spiritum reddidit.

4. **IAM** Quidem Hortensii, qui in maximo & iuvenorum civium, & amplissimorum proventus, summum auctoritatis atque eloquentiæ gradum obtinuit, nepos Hortensius Corbio omnibus scortis abjectiorem & obscœniorem vitam exegit: ad ultimumque lingua ejus tam libidini cunctorum inter lupanaria prostitit, quam avi pro salute civium in foro excubuerat.

### CAPVT VI.

#### DE ILLVSTRIBVS QVI IN VESTE AVT CETERO CVLTV LICENTI- YS SIBI INDVLSERVNT.

- |                        |                     |
|------------------------|---------------------|
| 1 P. Scipio major.     | 5 C. Papius Mase.   |
| 2 L. Scipio Asiaticus. | 6 C. Marins.        |
| 3 L. Cornelius Sylla.  | 7 M. Cato Uicensis. |
| 4 C. Duilius.          |                     |

**A** Nimadverto in quam periculosum iter processerim. Itaque meipse revocabo, ne si reliqua ejusdem generis naufragia consecrari perseveraero, aliqua inuili relatione implicer. Referam igitur pedem, deformesque umbras in imo gurgite turpitudinis inæ jacere patiar. Satius est enim narrare qui illustres viri in cultu, ceteroque ritu, aliqua ex parte novando, sibi indulserint.

1. P. Scipio, cum in Sicilia augendo, trajiciendoque in Africam exercitu opportunum querendo gradum, Carthaginis ruinam animo voveret: inter consilia ac molitiones hujus tantæ rei operam gymnasio dedit, pallioque & crepidis usus est. Nec hac re segniores Pœnicæ exercitiis manus intulit: sed nescio an ideo alacri

ores, quia vegeta & strenua ingenia quo plus recessus  
sumunt, hoc vehementiores impetus edunt. Crediderim  
etiam favorem eum sociorum uberiores se adepturum  
existimasse, si victum eorum & solennes exercitationes  
comprobasset: Ad quas tum veniebat, cum multum ac  
ritu fatigasset humeros, & cætera membra militari agi-  
tatione firmitatem suam probare coegisset: consistebatq;  
in his labor ejus, in illis remissio laboris.

2. L. vero Scipionis statuum chlamydatam, & cre-  
pidatam in Capitolio ceruimus: Quo habitu videlicet,  
quia aliquando usus erat; effigiem suam formatam po-  
si voluit.

3. L. quoque Sylla, cum imperator esset, chlamy-  
dato sibi & crepidato Neapoli ambulare deforme non  
duxit.

4. C. autem Duilius, qui primus navalem tri-  
umphum ex Pœnis retulit, quotiescunque epulatu-  
rus erat, ad funalem cereum præente tibicine, & fi-  
dicine, a coena domum reverti solitus est, insignem  
bellicæ rei successum nocturna celebratione testando.

5. P A P I R I V S quidem Maso, cum bene gesta  
Republica triumphum à Senatu non imperrasset, in Al-  
bano monte triumphandi & ipse initium fecit, & cete-  
ris postea exemplum præbuit: proque laurea coronâ,  
cum alicui spectaculo interesset, myrtea semper usus  
est.

6. I A M C. Marii petie insolens factum: nam post  
Iugurthinum, Cimbricumque & Teutonicum trium-  
phum cantharo semper potavit: quod Liber Pater in-  
clytum ex Asia ducens triumphum, hoc usus poculi ge-  
nere ferebatur; ut inter ipsum haustum vini, victoria  
ejus suas victorias compararet.

7. M. autem Cato Prætor, M. Scauri, ceterorum-  
que reorum judicia, nulla indutus tunica, sed tantum  
modo prætexta amictus egit.

## CAPVT VII.

### DE FIDV CIA SVI.

#### QVÆ IN ROMA- NIS.

1 P. Scipione majore.

2 P. Scipione Amiliano  
Cof. 2.

3 P. Nasica Serapione  
Cof.

4 M. Livie Salinatoris  
Cof.

5 P. Furio Philo Cof.

6 L. Licinio Crasso procos.

7 M. Catone majore reo.

8 M. Emilio Scauro reo.

9 M. Anthonio oratore.

10

10 SENATA

- |                               |                               |
|-------------------------------|-------------------------------|
| 10 <i>Senatu Romano.</i>      | 4 <i>Phidia sculptore.</i>    |
| 11 <i>L. Accio poeta.</i>     | 5 <i>Epaminonda Theba-</i>    |
| QVÆ IN EXTER-                 | no.                           |
| NIS.                          | 6 <i>Annibale Pæno.</i>       |
| 1 <i>Euripide poeta.</i>      | 7 <i>Cotye Thracum rege.</i>  |
| 2 <i>Antigenida tibicine.</i> | 8 <i>Antroclida, Leonida,</i> |
| 3 <i>Zenxe pictore.</i>       | & <i>Agide Spartanis.</i>     |

**S**ED hæc, atque his similia, virtutis aliquam sibi in consuetudine novanda licentiæ fumentis indicia sunt. Illis autem quæ deinceps subnectam, quantum sui fiduciam habere soleat, cognoscetur.

1. P. & Cn. Scipionibus in Hispania cum majora parte exercitus ab acie Punica oppressis, omnibusque provinciæ ejus nationibus Carthaginensium amicitiam secutis, nullo ducum nostrorum illuc ad corrigendam rem proficisci audente, P. Scipio quartum & vigesimum annum ægis iturum se pollicitus est. Quæ quidem fiducia populo Romano salutis ac victoriæ spem dedit. Eademque in ipsa Hispania usus est. Nam cum oppidum Badiam circumfederet, tribunal suum adentes in ædem, quæ intra moenia hostium erat, vadit nonia in posterum diem facere jussit: continuoque urbe potitus, & tempore & loco, quo prædixerat, sella posita, jus eis dixit. Nihil hac fiducia generosius, nihil prædictione verius, nihil celeritate efficacius, nihil etiã dignitate dignius. Nec minus animosus, minusve prosperus illius in Africam transitus, in quam ex Sicilia exercitum senatu verante traduxit; quia nisi plus in ea re suo, quam patrum conscriptorum consilio credidisset; secundi Punici belli finis inventus non esset. Cui facto par illa fiducia, quod postquam Africam attigit, speculatores Annibalis in castris deprehensos, & ad se perductos, nec supplicio affecti, nec de consiliis ac viribus Pœnorum percunctatus est. Sed circa omnes manipulos diligentissime deducendos curavit. Interrogatosque an satis ea considerassent, quæ speculari iussi erant, prandio dato ipsis, jumentisque eorum, incolumes dimisit. Quo tam pleno fiduciæ spiritu prius animos hostium, quam arma contudit. Verum ut ad domestica exiniæ ejus fiduciæ acta veniamus: cum a L. Scipione ex Antiocheni pecunia H. S. quadragies ratio in curia repõsceretur, prolatum ab eo librum, quo acceptæ & expensæ summæ continebantur, & reselli inimicorum accusatio poterat, discerpit; indignatus de ea re dubitari; quæ sub ipso legato administrata fuerat. Quinetiam in huic modum egit: Non reddo partes

conscripti ærario vestro H. S. quadragies rationem, alieni imperii minister, quod meo ductu, meisque auspiciis bismillies H. S. uberius feci. Neque enim huc puto malignitatis ventum, ut de mea innocencia quærendum sit. Nam cum Africanam totam potestati vestræ subjecerim, nihil ex ea quod meum diceretur, præter cognomen, retuli. Non igitur me Punicæ, non fratrem meum Asiaticæ gazæ avarum reddiderunt: sed uterque nostrum magis invidia, quam pecunia locupletior est. Tam constantem defensionem Scipionis universus senatus comprobavit.

Sicut & illud factum: quod cum ad necessarium Reip. usum pecuniam ex ærario promi opus esset; idque Quæstores, quia lex obstare videretur, aperire non audent, privatus claves poposcit, patefactoque ærario, legem utilitati cedere coegit. Quam quidem ei fiduciam conscientia illa dedit, quia meminerat omnes leges à se esse servatas. Non fatigabor ejusdem facta identidem referendo, quoniam nec ille quidem in consimili genere virtutis edendo fatigatus est. Diem illi ad populum M. Nævius tribunus pleb. aut (ut quidam memorant) duo Petilij dixerant: quo iugenti frequentia in forum deductus, rostra conscendit, capitique suo corona triumphali imposita, Hac, inquit, Quirites, die, Carthaginem magna sperantem, leges vestras accipere jussi: proinde æquum est vos mecum ire in Capitolium supplicatum. Speciosissimam ejus deinde vocem æque clarus eventus secutus est: siquidem & senatum totum, & universum equestrem ordinem, & cunctam plebem Jovis Optimi Maximi pulvinaria petens, comitè habuit. Restabat ut tribunus apud populum sine populo ageret, desertusque in foro cum magno calumniæ suæ ludibrio, solus moraretur: Cujus devitandi ruboris causa, in Capitolium processit, deque accusatore Scipionis venerator est factus.

2. AVITI spiritus egregius successor Scipio Æmilianus, cum urbem prævalidam obsideret, suadentibus quibusdam, ut circa moenia ejus ferreos murices spargeret, omniaque vada tabulis plumbatis consterneret, habentibus clavorum cacumina, ne subita eruptione hostes in præsidia nostra impetum facere possent: respondit, non esse ejusdem, & capere aliquos velle & timere.

3. IN quamcunque memorabilem partem exemplorum convertar, velim nolim, in cognomine Scipionum hæream necesse est. Qui enim licet hoc loci Naticam præterire fidentis animi, dictique clarissimum auctorem



auctorem? Annonæ caritate increbescente, C. Curatius Tribunus pleb. productus in concionem Coll. compellebat, ut de frumento emendo, atque ad id negotium explicandum mittendis legatis in curiam referrent. Cujus instituti minime utilis interpellandi gratia Nasica contrariam actionem ordiri cœpit. Obsrepente deinde plebe, tacete quæso Quirites, inquit. plus enim ego, quam vos quid reipubl. expediat, intelligo. Qua voce audita, omnes pleno venerationis silentio, majorem ejus auctoritatis, quam suorum alimentorum respectum egerunt.

4. LIVII quoque Salinatoris æternæ memoriæ tradendus animus: qui cum Asdrubalem, exercitumque Pœnorum in Umbria delesset, & ei diceretur, Gallos ac Ligures ex acie sine ducibus & signis, sparfos ac palantes parva manu opprimi posse; respondit, Parci eis oportere ut hostibus tantæ cladis domestici nuntii deessent.

5. BELLICA hæc præsentia animi: togata illa, sed non minus laudabilis, quam P. Furius Philus consul in senatu exhibuit. Quem Metellum, Q. que Pompejum consulares viros vehementes inimicos suos, cupitam sibi protectionem in provinciam Hispaniam, quam sortitus erat, identidem exprobrantes, legatos secum illuc ire coegit. O fiduciam non solum fortem, sed pene etiam temerariam, qua duobus acerrimis odiis latera sua cingere est ausus, usumque ministerii vix tutum in amicis, è sinu inimicorum petere sustinuit.

6. HVIVS factum, si cui placet; necesse est L. etiam Crassi, qui apud majores eloquentia clarissimus fuit, propositum non displiceat: nam cum ex consulatu provinciam Galliam obtineret, atque in eam C. Carbo, cujus patrem damnaverat, ad spectanda acta sua venisset; non solum enim inde non summovit, sed insuper locum ei in tribunali assignavit, nec ulla de re, nisi eo in consilium adhibito, cognovit. Itaque acer & vehementer Carbo nihil aliud Gallica peregrinatione consecutus est, quam ut animadverteret fontem patrem suum ab iniegrissimo viro in exilium missum.

7. CATO vero sæpenumero ab inimicis ad causæ dictionem vocatus, nec ullo unquam crimine convictus: ad ultimum tantum fiduciæ in sua innocentia reposuit, ut ab his in quæstionem publicam deductus, Ti. Gracchum, a quo in administratione reip. ad multum odium dissidebat, judicem deposceret. Qua quidem animi præstantia pertinaciâ eorû insectandi se inhibuit.

8. E A D E M M. Scauri fortuna, æque senectus  
longa

longa ac robusta, idem animus. Qui cū pro rostris accensarentur; quod a rege Mithridate ob rempublicam prodendam pecuniam accepisset, causam suam ita egit: Est quidem iniquum Quirites, cum inter alios vixerim, apud alios me rationem vitæ reddere. Sed tamen audebo vos, quorum major pars honoribus & actis meis interesse non potuit, interrogare: Varius Sucrouenis Æmilium Scaurum regia mercede corruptum imperium populi Rom. prodidisse ait: Æmilius Scaurus huic se assuem esse culpæ negat: Vtri creditis? Cujus dicti admiratione populus commotus, Varium ab illa demen-tissima actione pertinaci clamore depulit.

9. CONTRA M. Antonius ille disertus, non enim respuendo, sed amplectendo causæ dictionem, quæ innocens esset, testatus est. Quæstor proficiscens in Asiam, Brundisium jam pervenerat: ubi literis certior factus incesti se postulatam apud L. Cassium Præto-rem; cujus tribunal propter nimiam severitatem scopu-lus reorum dicebatur: cum id vitare beneficio legis Menmæ liceret, quæ eorum, qui reip. causa abessent, recipi nomina vetabat: in urbem tamen recurrit: Quo tam pleno fiduciæ bonæ consilio, cum absolutionem celerem tum profectionem honestiorem consecutus est.

10. SVNT & illa speciosæ fiduciæ publica exem-pla. Nam eo bello, quod adversus Pyrrhum gerebatur, Carthaginenses 100, ac 30 navium classem in præsidium Romanis Ostiam ultro cum misissent; senatui placuit legatos ad ducem eorum ire, qui dicerent populum Rom. bella suscipere solere, quæ suo milite gerere posset: proinde classem Carthaginem reducerent. Idem post aliquot annos Cannensi clade exhaustis Romani imperii viribus, supplementum exercitus in Hispaniam mittere ausus, fecit ne hostilium locus castrorum, tum maxime Capenam portam armis Annibale pulsante, minoris veniret, quam si Pœni illum non obtinerent. Ita se gerere in adversis rebus quid aliud est, quam sævien-tem fortunam, in adiutorium sui, pudore victam con-vertere?

11. MAGNO spacio divisus est à senatu ad poetam Accium transitus. Ceterum ut ab eo decentius ad externa transeamus, producat in medium. Is Julio Cæsari amplissimo & florentissimo viro in colle-gium poetarum venienti nunquam assurrexit: non ma-jestatis ejus immemor, sed quod in comparatione com-munium studiorum, aliquanto superiorem se esse con-sideret: Quapropter insolentiæ crimine caruit, quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur.

EX.

## EXTERNA.

1. NEC Enripides quidem Athenis arrogans visus est, cum postulante populo, ut ex tragœdia quandam sententiam tolleret, progressus in scenam dixit: Se ut eum doceret, non ut ab eo disceret, fabulas componere solere. Laudanda profecto fiducia est; quæ æstimationem sui certo pondere examinat, tantum sibi arrogans, quantum à contemptu & insolentia distare satis est.

Itaque etiam quod Alcestidi tragico poëtæ respondit, probabile: apud quem cum quæteretur, quod eo triduo non ultra tres versus maximo impenso labore deducere potuisset, atque is se centum perfacile scripsisse gloria-retur: Sed hoc, inquit, interest, quod tui in triduum tantummodo, mei vero in omne tempus sufficient. Alterius enim fecundi cursus scripta intra primas memorizæ metas corruerunt, alterius cunctante stylo elucubratum opus per omne ævi tempus plenis gloriæ velis feretur.

2. Adjiciam scenæ ejusdem exemplum. Antigénidas tibicen discipulo suo magni profectus, sed parum feliciter populo se approbanti, cunctis audientibus, dixit: Mihi cane, & Musis. Quia videlicet perfecta ars fortunæ lenocinio defecta, fiducia justa non exiit: quamque scit se laudem mereri, eam et si ab aliis non impetrat, domestico tamen acceptam iudicio refert.

3. ZEVXIS autem cum Helenam piuxisset, quid de eo opere homines censuri essent, expectandum non putavit: sed protinus hos versus adjecit:

Οὐ νέμισις πῶός τε, καὶ εὐκνήμιδος ἀρχαῖος  
Τεῖχ' οὐ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγος πᾶν

ἄνω.  
Αἰὼς ἀθανάτοισι θεῶν οὐδ' ἴσα ἴσκειν.

Adeone dextræ suæ multum pictor arrogavit, ut eo tantum forma comprehensum crederet, quantum aut Læda cælesti partu edere, aut Homerus divino ingenio exprimere potuit?

4. PHIDIAS quoque Homeri versibus egregio dicto alludit. Simulacro enim Iovis Olympii perfecto, quo nullum præstantius, aut admirabilius humanæ fabricatæ sunt manus; interrogatus ab amico, quoniam mentem suam dirigens, vultum Iovis propemodum ex ipso coclo petrum eboris lineamentis esset amplexus: illis se versibus quasi magicis usum respondit:

Η, καὶ κυκνήστιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίον.  
 Ἀμάρροσι δ' ἄρα χαιῖται ἐπεβρώσωντο ἄννα! (C),  
 Κραίῳς ἴππ' ὀθανάτοιο μέλαι δ' ἐλάλιζεν ἔλυμπον.

5. NON patiuntur me tenuioribus exemplis diutius insistere fortissimi duces. Siquidem Epaminondas, cum ei cives irati, iteruendarum in oppido viarum contumeliæ causa curam mandarent (erat enim illud ministerium apud eos sordidissimum) sine ulla cunctatione id recepit, daturumque se operam ut brevi speciosissimum fieret, asseveravit : Mirifica deinde procuratione, abjectissimum negocium pro amplissimo ornamento expetendum Thebis reddidit.

6. ANNIBAL vero cum apud regem Prusiam exularet, auctorque ei committendi prælii esset, atque is non idem sibi extis portendi diceret? An tu, inquit, vitulinæ carunculæ, quam imperatori veteri magis credere? Si verba numeres, breviter, & abscise, si sensum æstimes, copiose & valenter. Hispanias enim ereptas populo Rom. Galliarum ac Liguriæ vires in suam redactas potestatem, & novo transitu Alpium juga patefacta, & Trasimenum lacum dira inustum memoria, & Cannas Pœnicæ victoriæ clarissimum monumentum, & Capuam possessam, & Italiam laceratam, ante pedes hominis effudit; uniusque hostiæ jocinori, longo experimento testatam gloriam suam, postponi æquo animo non tulit; & sane, quod ad exploranda bēlica sacrificia, æstimandosque militares ductus attinebat; omnes foculos, omnes aras Bithyniæ, Marte ipso iudice, pectus Annibalis prægravasset.

7. CAPAX generosi spiritus illud quoque dictum regis Cotys : ut enim ab Atheniensibus civitatem sibi datam cognovit, Et ego, inquit, illis meæ gentis jus dabo. Æquavit Athenis Thraciam ne vicissitudinæ talis beneficii imparem se iudicando, humilius de origine sua sentire existimaretur.

8. NOBILITER etiam interque Spartanus, & qui increpitus à quodam, quod in aciem claudus descenderet : pugnare, non fugere propositum sibi esse respondit. Et qui referente quodam, sagittis Persarum solem obscurari solere : Bene narras, inquit, in umbra enim melius proeliabimur. Eiusdem vir urbis atque animi, hospiti suo patriæ muros excelsos latosque ostendenti, dixit : Si mulieribus istos comparassis, recte : si viris, turpiter.

## CAPVT VIII.

## DE CONSTANTIA.

- |                                 |                          |
|---------------------------------|--------------------------|
| 1 Q. Fulvii Flacci praetor,     | 7 Pontii centurionis.    |
| 2 Q. Fabii Max. Verrucosii.     | 8 C. Merii centurionis.  |
| 3 C. Calpurnii Pisonis Cos.     | EXTERNORVM.              |
| 4 Q. Metelli Numidici.          | 1 Blaffii Salapini.      |
| 5 Q. Scavola Auguris.           | 2 Phocionis Atheniensis. |
| 6 Sempronii Gracchorum sororis. | 3 Socratis Atheniensis.  |
|                                 | 4 Ephialtis Atheniensis. |
|                                 | 5 Dionis Syracusani.     |
|                                 | 6 Alexandri Magni.       |

**A**PERTVM & animum bonae fiduciae pectus amens quasi debitum superest opus constantiae. Natura enim comparatum est, ut quisquis se aliquid ordine, ac recte mente complexum confidit; vel iam gestum, si obtrectetur, acriter tueatur: vel nondum editum, si interpelletur, sine ulla cunctatione ad effectum perducat.

1. Sed dum exemplar propositae rei persequor, latius mihi circumspicienti ante omnia se Fulvii Flacci constantia offert. Capuam fallacibus Annibalis promissis Italiae regnum nefaria defectione pacisci persuasam, armis occupaverat: Tam deinde culpae hostium iustus aestimator, quam speciosus victor, Campanum senatum impii decreti auctorem funditus delere constituit. Itaque catenis onustum in duas custodias Theaniam, Caleuanque divisit: consilium executuris, cum ea peregrisset, quorum admiuistrandorum celerior esse necessitas videbatur. Rumore autem de mitiore senatus sententia orto, ne debitam poenam scelerati effugerent. nocte admissis equo, Theanam contendit; interfectisque qui ibi asservabantur, evestigio Cales transfregit, perseverantiae suae opus executus est: Et jam deligatis ad palum hostibus, literas à P. C. ne quicquam Campanis salutare accepit. In sinistra enim eas manus, sicut erant traditae, retinuit: ac iussu lictore lege agere, tum demum aperuit, postquam illis obtemperari non poterat. Qua constantia victoriae quoque gloriam antecellit: quia si eum intra seipsum partita laude aestimes: majorem punita Capua, quam capta reperies.

2. **A T Q V E** ista quidem severitatis, illa vero pietatis constantia admirabilis, quam Qu. Fabius Maximus insatigabilem patriae praestitit: Pecuniam pro captivis Annibali numeravit, fraudatus ea publice, tacuit. Dictatori

tori ei magistrum equitum Minucium jure imperii senatus æquaverat, silentiū egit. Compluribus præterea injuriis laceffitus, in eodem anuni habitu permansit, nec unquam sibi reipub. permisit irasci, tam perseverans in amore civium fuit. Quid in bello gerendo; nonne par ejus constantia? Imperium Romanum Cannenti proelio pene destructum vix sufficere ad exercitus comparandos videbat. Itaq; frustrari & eludere Pœnorum impetus, quam manum cum his tota acie conferere melius ratus, pluribus cōminationibus Annibalis irritatus sæpe etiam specie bene gerendæ rei oblata; nunquam à consilii salubritate, ne parvi quidē certaminis discrimine, recessit. Quodq; est difficillimū, ubiq; ira ac spe superior apparuit. Ergo ut Scipio pugnando, ita hic non dunicando, maxime civitati nostræ succurrit. Alter enim celeritate sua Carthaginem oppressit: alter cunctatione id egit, ne Roma opprimi posset.

3. C. etiam Pisonem mirifice & constanter turbulento reipublicæ statu egisse consulem narratione insequenti patebit. M. Palicani seditiosissimi hominis petiferis blanditiis præreptus populi favor, consularibus comitiis summum dedecus admittere conabatur, amplissimum ei imperium deferre cupiens, cujus teterrimis actis exquisitum potius supplicium, quam ullus honor debebatur. Nec deerat consternatæ multitudini furialis fax tribunitia, quæ temeritatem ejus & ruentem committaretur, & languentem actionibus suis inflammaret. In hoc miserando pariter & erubescendo statu civitatis, tantum non manibus tribunorum pro rostris Pisco collocatus, cum hinc atque illinc eum ambitissent, & an Palicanum suffragiis populi consulem creatum, renuntiaturus esset, interrogaretur: primo respondit. Non existinare se tantis tenebris offusam esse rempublicam ut huc indignitatis veniretur. Deinde cum perseveranter instarent, ac dicerent: Age, si ventum fuerit: Non renuntiabo, inquit. Quo quidem tam absciso responso consulatum Palicano, prius quam illum adpisceretur, eripuit. Multa & terribilia Pisco contempsit, dum speciosum mentis suæ flecti non vult rigorem.

4. Metellus autem Numidicus, propter consimile perseverantiæ genus, excepit quoque indignam maiestate ac moribus suis procellam. Cum enim animadverteret, quo tenderent Saturnini tribuni plebis funesti conatus, quantoque malo Reipublicæ nisi hoc occurreretur, erupturi essent, in exilium, quam in legem ejus ire maluit. Potest aliquis hoc viro dici constantior? qui ne sententia sua pelleretur, patria, in qua summum dignitatis

dignitatis gradum obtinebat, carere sustinuit.

5. **CETERVM** ut neminem ei præulerim, ita Qu. Scævola Angurem merito comparaverim. Depulsis prostratisque inimicorum partibus, Sylla occupata urbe senatum armatus coegerat, ac summa cupiditate ferebatur, ut C. Marius quam celerrime hostis judicaretur: Cujus voluntati nullo obviam ire audente, solus Scævola interrogatus de hac re, sententiam dicere noluit. Quinetiam triculentius sibi militanti Syllæ, licet, inquit, mihi agmina militum, quibus Curiam circumfediti, ostentes: licet mortem identidem minueris, nunquam tamen efficias, ut propter exiguum sententique sanguinem meum, Marium, à quo Urbs & Italia conservata est, hostem judicem.

6. **QVID** feminæ cum concione? si patrius mos servetur, nihil. Sed ubi domestica quies seditionum agitata fluctibus est, priscae consuetudinis auctoritas convellitur: plusque valet quod violentia cogit, quam quod suadet & præcipit verecundia. Itaque & Sempronia T. & C. Gracchorum soror, uxor Scipionis Amiliani, non ut absurde gravissimis virorum operibus inferens, maligna relatione comprehendam; sed quia à tribuno plebis producta ad populum, in maxima confusione nihil a morum amplitudine degenerasti, honorata memoria prosequar. Coacta es eo loci consistere, ubi principum civitatis perturbari fons solebat: Instabat tibi torvo vultu minas profundens amplissima potestas, clamore imperitæ multitudinis obstrepens, totum forum acerimo studio nitebatur, ut Equitio, cui Sempronæ gentis falsum jus quærebatur, tanquam filio Tiberij fratris tui osculum dares: tu tamen illum, nescio quibus tenebris protractum, portentum execrabilis audacia, ad usurpandam alienam propinquitatem tendentem, repulisti.

7. **NON** indignabuntur Urbis nostræ lumina, si inter eorum eximium fulgorem, centurionum quoque virtus spectandam se obtulerit. Nam ut humilitas amplitudinem venerari debet; ita nobilitati fovenda magis, quam spernenda bonæ indolis novitas est. An abigi debet T. Pontius ab horum exemplorum contextu? qui pro Cæsaris partibus excubans, Scipionis præsidio interceptus, cum uno modo salus ab eo daretur, si se futurum Cn. Pompeji generi ipsius militem affirmasset, ita respondere non dubitavit: Tibi quidem Scipio gratias ago: sed mihi uti ista conditione vitæ non est opus.

8. **SINE** ullis imaginibus nobilem animum, &

& idem constantiæ propositum secutus C. Mevius centurio divi Augusti, cum Antoniano bello sæpenumero excellentes pugnas edidisset, improvisus hostium insidiis circumventus, & ad Antonium Alexandriam perductus, interrogatusque quid nam de eo statui deberet: Iugulari me, inquit, jube: quia nec salutis beneficio, neque mortis supplicio adduci possum, ut Cæsaris miles esse desinam, & tuus esse iucipiam. Ceterum quo constantius vitam contempnit, eo facilius impetravit. Antonius enim virtuti ejus incolumitatem tribuit.

## EXTERNÆ.

1. **COMPLURA** hujus notæ Romana exempla superant, sed satietas modo vitanda est. Itaque stylum meum ad externa jam delabi permittam, quorum principatum teneat Blaffius, cujus constantia nihil pertinacius. Salapiam enim patriam suam præsidio Punico occupatam, Romanis cupiens restituere, Dasium acerrimo studio secum in administratione reipublicæ dissidentem, & animo toto Annibalis amicitia vacare, siue quo propositum consilium peragi non poterat, ad idem opus aggrediendum majore cupiditate, quam spe certiore, tentare ausus est: qui proinus sermonem ejus, adjectis quæ se commendatiorem, & inimicum invisiorem factura videbantur, Annibali retulit: A quo adesse jussi sunt, ut alter crimen probaret, alter defenderet. Ceterum pro tribunali cum res gerebatur, & quæstioni illi omnium oculi essent intenti, dum aliud forte citioris curæ negotium tractatur, Blaffius vultu dissimulante, & voce summissa, monere Dasium coepit, ut Romanorum potius quam Carthaginiensium partes foveret. Enimvero tunc ille proclamavit, se in conspectu ducis adversus eum sollicitari: quod quia & incredibile videbatur, & ad unius tantum aures pervenerat, & dictabatur ab inimico, veritas fide caruit: Sed non ita multo post Blaffii constantia Dasium ad se traxit, Marcelioque Salapiam, & quingentos Numidas, qui in ea custodia causa erant, tradidit.

2. **PHOCION** vero, cum Athenienses rem aliter atque ipse suaserat, prospere administrassent, adeo perseverans sententiæ suæ propugnator extitit, ut in concione lætari quidem se successu eorum, sed consilium tamen suum aliquanto melius fuisse diceret. Non enim damnavit, quod recte viderat: quia quod a se male consulerat, bene cesserat; feliciter hoc existimans



CAP. VIII. DE CONSTANTIA. 93

existimans, illud etiam sapientius. Blandum animum sane temeritati casus facit, ubi pravo consilio propitius aspirat: & quo vehementius noceat, insperatus prodest. Placidi & misericordes, & liberales, omnique suavitate temperati mores Phocionis, quos optime profecto consensus omnium bonitatis cognomine decorandos censuit. Itaque constantia, quæ natura rigidior videbatur; lenis è mansueto pectore fluxit.


3. **SOCRATIS** autem virilitatis robore palliatus animus aliquanto præfractius perseverantiæ exemplum edidit. Univerſa civitas Atheniensium iniquissimo ac truculentissimo errore iuncta, de capite decem Prætorum, qui apud Arginusas Lacedæmoniam classem deleverant, tristem sententiam tulerrat. Forte tunc ejus potestatis Socrates, cujus arbitrio plebiscita ordinarentur, indignum judicans tot, & tam beue meritos ex indigna causa impetu invidiæ abripi, temeritati multitudinis constantiam suam objecit, maximoque concionis fragore, & jocitatissimis minis compulsus non est, ut se publicæ demeritiæ auctorem adscriberet: Quæ oppositu ejus legitima grassari via prohibita, injulto prætorum cruore manus suas contaminare perseveravit: nec timuit Socrates, ne consternatæ patriæ, undecimus furor mors ipsius existeret.

4. **PROXIMUM**, etsi non ejusdem splendoris est, tamen adeo certum constantiæ haberi potest experimentum, cum efficacis operæ forensis, tum fidei non latentis. Athenis Ephialtes accusare publice justus, & inter ceteros, Demonstrati nomen deferre coactus est, cujus filius erat Demochares, excellentis formæ puer, animo ejus flagrantissimo inhærens amore. Itaque communis officii forte truculentus accusator, privati affectus conditione miserabilis reus, puerum ad se exorandum, quo parcius patris criminibus insisteret, venientem, neque repellere, neque supplicem genibus suis advolutum intueri sustinuit. Sed aperto capite flens & gemens, preces exprömere passus est. Nihiloque minus sincera fide accusatum Demonstratum damnavit: victoriam nescio laude, an tormento majore consecutus: quoniam prius quam fontem opprimeret, seipsum vicit.

6. **QUEM** Syracusanus Dion diversitate exempli prægravat, qui quibusdam inonentibus ut adversus Heraclidem, & Calippum, quorum fidei plurimum credebat, tanquam insidias ei nocturnes caucior esset;

respondit, se vita malle excedere, quam metu violentæ mortis amicos inimicosque juxta ponere.

6. QVOD sequitur, & rei ipsius admiratione, & claritate auctoris illustre. Alexander Macedonum rex incluta jam pugna, excellentissimis opibus Darii confusus; æstu & itineris fervore in Cilicia percalefactus, Cydno, qui aquæ liquore conspicuus, Tarsum interfuit, corpus suum immerisit: Subito deinde ex nimio haustu rigoris obstupefactis nervis, ac torpore hebetatis artubus, maxima cum exauimatione totius exercitus, in oppidum castris propinquum defertur. Iacebat æger Tarsu, inque valitudine ejus adversa, instantis victoriæ spes fluctuabat. Itaque convocati medici, attentissimo consilio salutis remedia circumspiciebant. Qui cum ad unam potionem sententiam dirèxissent, atque eam Philippus medicus suis manibus temperatam Alexandro (erat autem ipsius amicus & comes) porrexisset, à Parmenione missæ literæ superveniunt, admonentes, ut rex insidias Philippi, perinde ac pecunia corrupti à Dario, caveret. Quas cum legisset, sine ulla cunctatione medicamentum hausit, ac tunc legendas Philippo tradidit: Pro quo tam constanti erga amicum iudicio, dignissimam à diis immortalibus mercedem recepit: qui incolumitatis ejus præsidium falso interpellati iudicio noluerunt,



VALE-

## VALERII MAXIMI

## LIBER QVARTVS.

## CAPVT I.

## DE ANIMI MODERATIONE.

- Quæ in Romanis.
- |                                      |                                      |
|--------------------------------------|--------------------------------------|
| 1 P. Valerio Poplicola<br>Cos.       | 12 Q. Metello Macedonico.            |
| 2 M. Furio Camillo exule.            | 13 Q. Metello Numidico<br>exule.     |
| 3 C. Marcio Rutilo cens. 2           | 14 M. Catone Uticensi.               |
| 4 L. Quinctio Cincinnato<br>Cos.     | 15 M. Calpurnio Bibulo<br>procos.    |
| 5 Q. Fabio Max. Rulliano.            | Quæ in externis.                     |
| 6 P. Africano majore.                | 1 Archita Tarentino.                 |
| 7 M. Claudio Marcello<br>Cos. 4.     | 2 Platone Atheniensi.                |
| 8 Ti. Sempronio Graccho<br>trib. pl. | 3 Dione Syracusano.                  |
| 9 C. Claudio Nerone Cos.             | 4 Thrasybulo Atheniensi.             |
| 10 P. Scipione Emiliano<br>cens.     | 5 Scaippo Tegeate.                   |
| 11 Q. Mucio Scauola.                 | 6 Pittaco Mitylæno.                  |
|                                      | 7 Septem sapientibus.                |
|                                      | 8 Theopompo Spartano-<br>rum rege. □ |
|                                      | 9 Antiochorege Syria.                |

**T**RANSGREDIAR ad saluberrimam partem animi moderationem, quæ mentes nostras impotentî temeritatis incurſu tranſverſas ferri non patitur. Quo evenit, ut reprehentionis morſu ſit vacua, & laudis quæſtu opulentiffima: itaque effectus ſuos in claris viris recognoſcat.

1. ATQVE ut ab incunabilis ſummi honoris incipiam, P. Valerius, qui populi majeltatem venerando, Poplicolæ nomen aſſecutus eſt, cum, exactis regibus, imperii eorum vim univerſam, omniaque inſignia ſub titulo conſulatus in ſe tranſlata cerueret, invidioſum magiſtratus ſtigium moderatione ad rolerabilem habitum deduxit: faſces ſecuribus vacuefaciendo, & in concione populo ſummirrendo, utrumque quoque eorum dimidia ex parte minuit, ultro Sp. Lucretio collega aſſumpto: ad quem, quia major natu erat, priores

fasces transferri iussit. Legem etiam comitiis centuriatis tulit, nequis magistratus civem Romanum adversus provocationem verberare, aut necare vellet. Ita quo civitatis conditio liberior esset, imperium suum paulatim destruxit. Quid, quod ædes suas diruit, quia excelssiore loco positæ, instar arcis habere videbantur: nonne quantum domo inferior, tantum gloria superior evasit?

2. **VIX** juvat abire à Poplicola, sed venire ad Furium Camillum liber, cujus tam moderatus ex magna ignominia ad summum imperium transitus fuit; ut cum præsidium ejus cives capta à Gallis urbe Ardeæ exulantis petissent, non prius Vejos ad accipiendum exercitum iret, quàm de Dictatura sua omnia solenni jure acta comperisset. Magnificus Camilli Vejentanus triumphus, egregia Gallica victoria; sed ista cunctatio longe admirabilior. Multo enim, multoque seipsum quam hostem superare operosius est: nec adversa præpropera festinatione fugientem, nec secunda effuso gaudio apprehendentem.

3. **P A R** Furio moderatione Marcius Rutilus Cenforinus. Iterum enim censor creatus, ad concionem populum vocarum quàm potuit gravissima oratione corripuit, quod eam potestatem bis sibi derulisset; cujus majores, quia nimis magna videretur, tempus coarctandum judicassent. Uterque recte, & Cenforinus, & populus: alter enim ut moderate honores crederent, præcepit; alter se moderato credidit.

4. **A G E**, **L.** Quintius Cincinnatus qualem consulem egit & cum honorem ejus Patres conscripti continuare vellent, non solum propter illius egregia opera, sed etiam quod populus eosdem tribunos in proximum annum creare conabatur, quorum ventrum jure fieri poterat: utrumque discussit, senatus simul studium inhibendo, & tribunos verecundia suæ exemplum sequi cogendo. Ita unus in causa fuit, ut amplissimus ordo, populusque tutus esset ab injusti facti reprehensione.

5. **F A B I V S** vero Maximus cum à se quinq̄ies, & à patre, avo, proavo, majoribusque suis sæpe numero consulatum gestum animadverteret: comitiis, quibus filius ejus summo consensu consul creabatur, quam potuit constanter cum populo egit, ut vacationem aliquando hujus honoris Fabiæ genti daret: non quod filii virtutibus diffideret (erat enim illustris) sed ne maximum imperium in una familia continuaretur. Quid hac moderatione valentius, aut  
 effica-

efficacius; quæ etiam patrios affectus, qui potentissimi habentur, superavit?

6. NON defuit majoribus grata mens ad præmia superiori Africano exolvenda; siquidem maxima ejus merita patibus ornamentis decorare conati sunt. Voluerunt illi statuas in comitio, in rostris, in curia, in ipsa denique Jovis Opt. Max. cella ponere: voluerunt imaginem ejus triumphali ornatu indutam, Capitolinis pulvinaribus applicare; voluerunt ei continuum per omnes vitæ annos consulatum, perpetuamque dictaturam tribuere. Quorum sibi nullum; neque plebiscito dari, neque senatusconsulto decerni patiundo, pene tantum in recusandis honoribus se gessit, quantum gesserat in emerendis.

Eodem robore mentis causam Annibalis in senatu protexit, cum eum cives sui missis legatis tanquam seditiones apud eos moventem accusarent: Adjecit quoque non oportere Patres conscriptos se reip. Carthaginensium interponere; altissimæque moderatione alterius saluti consuluit, alterius dignitati; victoria tenus, utrinque hostem egisse contentus.

7. AT M. Marcellus, qui primus & Annibalem vinci, & Syracusas capi posse docuit: cum in consulatu ejus Siculi de eo questum in urbem venissent, nec senatum ulla de re habuit, quia collega Valerius Lavinius forte aberat, ne ob id Siculi in querendo timidiore essent. At ut is rediit ultro de his admittendis retulit, querentesque de se patienter sustinuit. Iustos etiam à Lavino discedere; remanere, ut suæ defensionis interessent, coegit: Ac deinde utraque parte perorata, etiam excedentes curia, subsecutus est: quo liberius senatus sententiam ferret. Improbatis quoque eorum querelis, supplices & orantes ut ab eo in clientelam reciperentur, clementer excepit: Super hæc Siciliam sortitus, eam provinciam collegæ cessit. Toties laudatio Marcelli variari potest, quoties novis ipse gradibus moderationis adversus socios usus est.

8. QUAM Ti. etiam Gracchus admirabilem se exhibuit! Tribunus enim plebis, cum ex professio inimiticitias cum Africano, & Asiatico, Scipionibus pereret, & Asiaticus judicatæ pecuniæ satisfacere non posset, atque ideo à consule in vincula publica duci iustus esset, appellassetque collegium tribunorum, nullo volente intercedere, secessit à collegis, decretumque composuit: Nec quisquam dubitavit, quin eo scribendo. trahi hostis adversus Asiaticum verbis usus esset, At is primum juravit se cum Scipionibus in gratiam

non regisse; deinde tale decretum recitavit: Cum L. Cornelius Scipio die triumphi sui ante currum actos hostium duces in carcerem conjecerit; indignum & alienum à majestate populi Rom. videri eodem ipsum duci. Itaque id non se passurum fieri. Libenter tunc opinionem suam populus Rom. à Graccho deceptam cognovit, moderationemque ejus debita laude prosecutus est.

9. C. quoque Claudius Nero inter cetera præcipue moderationis exempla numerandus est. Livii Salinatoris in Asdrubale opprimendo gloriæ particeps fuerat: attamen eum triumphantem equo sequi, quam triumpho quem ei senatus æque decreverat, uri maluit; quia res in provincia Salinatoris gesta fuerat. Sine curru ergo triumphavit, eo quidem clarius, quod illius victoria tantummodo laudabatur, hujus etiam moderatio.

10. NE Africanus quidem posterior nos de se tacere patitur: Qui censor, cum lustrum conderet, inque Solitaurili sacrificio scriba ex publicis tabulis solemne ei precationis carmen præiret, quo dii immortales ut populi Romani res meliores amplioresque facerent, rogabantur: Satis, inquit, bonæ ac magnæ sunt. itaque precor ut eas perpetuo incolumes servant. Ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendari jussit. Qua votorum verecundia deiuceps censes in condendis lustris usi sunt. Prudenter enim sensit tunc incrementum Romano imperio petendum fuisse, cum intra septimum lapidem triumphi quærebantur: Majorem autem totius terrarum orbis partem possidentem, ut avidum esset quicquam ultra appetere; ita abunde felix, si nihil ex eo quod obtinebat, amitteret. Neque alia ejus in censura moderatio pro tribunali apparuit. Centurias recognoscens equitum, postquam C. Licinium Sacerdotem citatum processisse animadvertit: dixit se scire illum verbis conceptis pejerasse. Proinde si quis eum accusare vellet, usurum testimonio suo: sed nullo ad id negotium accedente, Traduc equum, inquit Sacerdos, ac lucrificac censoriam notam: ne ego in tuam personam, & accusatoris, & testis, & judicis partes egisse videar.

11. Quod animi temperamentum etiam in Q. Scævola excellentissimo viro adnotatum est. Testis namque in reum productus, cum id respondisset, quod salntem periclitantis magnopere læsurum videbatur, discedens adjecit, ita sibi credi oportere, si & alii idem asseverassent; quoniam unius testimonio aliquem credere pessimi

simi esset exempli: Et religioni igitur suæ debitam fidem & communi utilitati salubre consilium reddidit.

12. SENTIO quos cives, quæve facta eorum ac dicta quam incongruo ambitu orationis amplectar. Sed cum magna & multa breviter dicenda sint de claritate excellentibus viris: sermo insuavis personis, rebusque circumfusis, utrumque præstare non potest. Itaque propositi quoque nostri ratio non laudanda sibi omnia, sed recordanda sumpsit. Quapropter bona cum venia duo Metelli, Macedonicus, & Numidicus, maxima patriæ ornamenta strictim se narrari patientur: Accertime cum Scipione Africano Macedonicus discesserat, eorumque ab æmulatione virtutis profecta contentio, ad graves testatasque inimicitias progressa fuerat. Sed cum interemptum Scipionem conclamari audisset, in publicum se proripuit, mæstoque vultu & voce consula, Concurrite, concurrite, inquit, cives, inœnia Urbis nostræ eversa sunt: Scipioni enim Africano intra suos penates quiesceni uestaria vis illata est. O Rempub. pariter Africani morte miseram, & Macedonici tam humana, tamque civili lamentatione felicem! eodem enim tempore, & quantum amisisset principem, & qualem haberet, recognovit. Idem filios suos monuit ut funebri ejus lecto humeros subjicerent, atque huic exequiarum, illum honorem vocis adjecit, Non fore, ut postea id officium ab illis viro majori præstari posset. Vbi illa tot in curia jurgia? ubi tam multæ pro rostris altercationes? ubi maximorum ducum & civium tantum non togata proelia? Omnia nimirum ista præcipua veneratione prosequenda delevit moderatio.

13. NUMIDICVS autem Metellus populari factione patria pulsus in Asiam secessit: in qua, cum ei forte ludos Trallibus spectanti literæ redditæ essent, quibus scriptum erat, maximo senatus & populi consensu reditum illi in Urbem datum: non è theatro prius abiit, quam spectaculum ederetur: non lætitiâ suam proxime sedentibus ulla ex parte patefecit, sed summum gaudium intra se continuit. Eundem constat pari vultu, & exulem fuisse, & restitutum. adeo moderationis beneficio, mediis semper inter securas & adversas res animi firmitate versatus est.

14. TOT familiis in uno genere laudis enumeratis, Portium nomen velut expertus hujusce gloriæ silentio prætereundum? Negari fieri debere posterior Cato, non parvo summæ moderationis fisis indicio. Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia & sanctitate

in urbem deportaverat : cuius ministerii gratia, senatus relationem interponi iubebar, ut Prætoris comitiis extra ordinem ratio ejus haberetur. Sed ipse id fieri passus non est, iniquum esse affirmans, quod nulli alii tribueretur, sibi decerni. Ac ne quid in persona sua novaretur, campestem experiri temeritatem, quam curiæ beneficio uti, satius esse duxit.

15. AD externa jam mihi exempla transire conanti, M. Bibulus vir amplissimæ dignitatis, & summis honoribus functus, manus injicit: Qui cum in provincia Syria moraretur, duos egregiæ indolis filios suos à Gabinianis militibus occisos esse cognovit. Quorum interfectores ad eum vinctos, regina Cleopatra misit, ut gravissimæ cladis ultionem arbitrio suo exigeret: At ille oblato beneficio, quo nullum majus lugenti tribui potuerat, dolorem moderationi cedere cogit; carnificesque sanguinis sui, intactos evestigio ad Cleopatram reduci iussit: dicendo, potestatem hujus vindictæ non suam, sed senatus esse debere.

## EXTERNÆ.

1. TARENTINVS Architas, dum se Pythagoræ præceptis Metaponti penitus immergit, magno labore, longoque tempore solidum opus doctrinæ complexus; postquam in patriam revertitur, ac rura sua revifere cœpit, animadvertit negligentia villici corrupta & perdita: intuensque male meritum: Sumpsissem, inquit, à te supplicium, nisi tibi iratus essem: Maluit enim impunitum dimittere, quam propter iram gravius justo punire.

2. NIMIS liberalis Architæ moderatio, Platonis temperatior: nam cum adversus delictum servi vehementius exarsisset, veritus ne ipse modum vindictæ dispicere non posset, Spensippo amico castigationis arbitrium mandavit; deforme sibi futurum existimans, si commisitset, ut parem reprehensionem culpa servi, & animadversio Platonis mereretur. Quo minus miror, quod in Xenocrate discipulo suo tam constaret moderatus fuit. Audierat eum de se multa impie locutum: sine ulla cunctatione criminationem respuit. Instabat certo vultu index, causam quærens. cur sibi fides non haberetur: adjecit, non esse credibile, ut quem tantopere amaret, ab eo invicem non diligeretur. Postremo cum ad iurandum inimicitias ferentis maligniras confugisset; ne de perjurio ejus disputaret, affirmavit nunquam



quam Xenocratem illa dicturum fuisse, nisi ea dici expedire sibi iudicasset. Non in corpore mortali, sed in arce coelesti, & quidem armatum animum ejus, vitæ stationem putes peregrisse, humanorum vitiortum incursum à se invicta pugna repellentem, cunctosque virtutis numeros altitudinis suæ sinu clausos custodientem.

3. NEQVAQVAM Platoni literarum commendatione par Syracusanus Dion: sed quod ad præstandam moderationem attinet, vehementioris experimenti. Patria pulsus à Dionysio tyranno, Megaram petierat: ubi cum Theodorum principem ejus urbis domi convenire vellet, neque admitteretur, multum diuque ante fores retentus, comiti suo, Patienter hoc fereudum est, ait: forsitan enim & nos cum in gradu dignitatis nostræ essemus, aliquid tale fecimus. Qua tranquillitate consilii, ipse sibi conditionem exilii placidiorem reddidit.

4. THRASYBVLVS etiam hoc loci apprehendendus est; qui populum Atheniensem 30 tyrannorum sævitia sedes suas relinquere coactum, dispersamque & vagam vitam miserabiliter exigentem, animis pariter atque armis confirmatum, in patriam reduxit. Insignem deinde restitutione libertatis victoriam clariorem aliquanto moderationis laude fecit. Plebei enim scitum interposuit, nequa præteritarum rerum mentio fieret: hæc oblivio, quam Athenienses ἀμνηστικὴ vocant, concussum & labentem civitatis statum, in pristinum habitum revocavit.

5. NON minoris admirationis illud: Stasippus Tegeates, hortantibus amicis ut gravem in administratione reipublicæ æmulum, sed alioqui probum & ornatum virum, qualibet ratione vel tolleret vel summo moveret, ne gaviti se facturum, ne quem in tutela patriæ bonus civis locum obtineret, malus & improbus occuparet: seque potius vehementi adversario urgeri, quam patriam egregio advocato carere præoptavit.

6. PITTACI quoque moderatione pectus instructum, qui Alcæum poëtam, & amaritudine odii, & viribus ingenti adversus se pertinacissime usum, tyrannidem à civibus delatam adeptus, tantummodo quid in opprimendo posset admonuit.

7. HVIVS viri mentio subjicit ut de septem sapientium moderatione referam. A piscatoribus in Malesia regione verriculum trahentibus, quidam jactum emerat: Extracta deinde magni ponderis aurea mensa Delphica.

Delphica, orta controversia est: illis piscium se capturam vendidisse affirmantibus, hoc fortunam tractus se emisse dicente; Qua conditione propter novitatem rei, & magnitudinem pecuniæ, ad universum ejus civitatis populum delata, placuit Apollinem Delphicum consuli, cuinam adjudicari mensa deberet. Deus respondit illi esse dandam, qui sapientia ceteros præstaret, his verbis;

ὁς σοφίῃ πάντων πρώτος, τέτω τρίτος ἔν δῶ.

Tum Milesii consensu Taleti mensam dederunt; ille cessit eam Bianti, Bias Pittaco, is protinus alii; deincepsque per omnium septem sapientium orbem, ad ultimum, ad Solonem pervenit: Qui & titulum amplissimæ sapientiæ, & præmium ad ipsum Apollinem transulit.

8. ATQVIN Theopompo quoque Spartanorum regi moderationis testimonium reddamus: cum primus instituisset ut Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri regis potestati oppositi, quemadmodum Romæ consulari imperio trib. pl. sunt objecti: atque illi uxor dixisset, id egisse illum, ut filiis minorem potestatem relinqueret: Relinquam, inquit, sed diuturniorem. Optime quidem: ea enim demum tuta est potentia, quæ viribus suis modum imponit. Theopompus igitur legitimis regnum vinculis constringendo, quo longius à licentia retraxit, hoc propius ad benevolentiam civium admovit.

9. ANTIOCHVS autem à L. Scipione ultra Taurum montem imperii finibus summotus, cum Asiam provinciam, vicinasque ei gentes amisisset: gratias agere pop. Rom. non dissimulanter tulit, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur. Et sane nihil est tam præclarum, aut tam magnificum, quod non moderatione temperari desideret.

## CAPVT II.

### DE RECONCILIATIONE.

- |                                |                                 |
|--------------------------------|---------------------------------|
| 1 M. <i>Æmilii Lepidi,</i> &   | 3 P. <i>Africani majoris,</i>   |
| M. <i>Fulvii Flacci</i>        | & <i>Ti. Sempronii</i>          |
| <i>censozum.</i>               | <i>Gracchi.</i>                 |
| 2 M. <i>Livii Salinatoris,</i> | 4 M. <i>Tullii Ciceronis,</i> & |
| & <i>C. Claudii Ner-</i>       | A. <i>Gabinii.</i>              |
| <i>onis consulum.</i>          | 5 P. <i>Clodii Pulchri,</i> &   |
|                                | L. <i>Corne-</i>                |

L. Cornelii Len-  
tuli.

C. Antonii.

6 L. Caninii Galli, &amp;

7 M. Cælii Rufi, & Q.  
Pompeji.

**Q**UAE quoniam multis & claris auctoribus illustrata est, transgrediamur ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum; & quidem eum læto stylo prosequamur. Nam si placidum mare ex aspero, cœlumque ex nubilo serenum hilari aspectu sentitur, si bellum pace mutatum, plurimum gaudii affert: offensarum etiam acerbitas deposita caudida relatione celebranda est.

1. M. Æmilius Lepidus bis consul, & Pontifex Max. splendorique honorum par gravitate vitæ, diutinas ac vehementes inimicitias cum Fulvio Flacco ejusdem amplitudinis viro gessit. Quæ, ut simul censores renuntiati sunt, in campo deposuit: existimans non oportere eos privatis odiis disfidere, qui publice summa juncti essent potestate. Id judicium animi ejus & præfens ætas comprobavit, & nobis veteres Annalium scriptores laudandum tradiderunt.

2. **SICVTI** Livii quoque Salinatoris firmandarum simulta, nam illustre consilium ignotum posteritati esse noluerunt. Is namque etsi Nerontis odio ardens in exilium profectus fuerat, testimonio ejus præcipue afficitus; tamen postquam eum inde revocatum cives collegam illi in consulatu dederunt, & ingenii sui, quod erat acerrimum, & injuriæ, quam gravissimam acceperat, oblivisci sibi imperavit: Ne si dissidente animo cõfortionem imperii usurpare voluisset, pertinacem se exhibendo inimicum, malum consulem ageret: Quæ quidem mentis ad tranquilliores habitum inclinatio, in aspero ac difficili temporum articulo plurimum salvis Vrbi, atque Italiæ atulit: quia part virtutis impem conissi, terribiles Pœnicas vires contuderunt.

3. **CLARVM** etiam in Africano superiore ac Ti. Graccho depositarum inimiciarum exemplum. Siquidem ad cujus mensæ sacra, odio dissidentes venerant, ab ea & amicitia & affinitate juncti discesserunt: Non contentus enim Scipio auctore senatu, in Capitolio, Iovis epulo cum Graccho concordiam communicasse: filiam quoque ei Corneliam protinus ibi despondit.

Sed hujusce generis humanitas etiam in M. Cicero-  
ne præcipua apparuit: A. namque Gabinium repetun-  
darnum rem summo studio defendit, qui eum in consu-  
latu suo Vrbe expulerat. Idemque P. Vatinnium digni-

tati suæ semper infestum, duobus publicis judiciis notatus est, ut sine ullo crimine levitatis, ita cum aliqua laude. Quia speciosius aliquanto injuriæ beneficiis vivuntur, quam mutui odii pertinacia pensantur.

5. C I C E R O N I S autem factum adeo visum est probabile, ut imitari id ne inimicissimus quidem illi P. Pulcher dubitaverit : qui incesti crimine à tribus Lentulis accusatus, unum ex his ambitus rerum patrociniuo suo protexit. Atque in animum induxit, & judicem & Prætozem, & Vestæ ædem intueus, amicum Lentulo agere ; inter quæ ille salutem ejus fœdo crimine obruere cupiens, hostili voce peroraverat.

6. C A N I N I V S autem Gallus remm pariter atque accusatorem admirabilem egit, & C. Antonii, quem damnaverat, filiam in matrimonium ducendo, & M. Colonium à quo damnatus fuerat, rerum suarum procuratorem habendo.

7. C A B L I I vero Ruffi, ut vita inquinata, ita misericordia, quam Q. Pompejo præstitit, probanda; cui à se publica quæstione prostrato, cum mater Cornelia fidei commissa prædia non redderët, atque iste auxilium suum literis implorasset, pertinacissime absenti adfuit. Recitavit & ejus epistolam judicio ultimæ necessitatis indicem, qua impiam Cornelie avaritiam subvertit; factum propter eximiam humanitatem, ne sub Cælio quidem auctore repudiandum.

### CAPVT III.

#### DE ABSTINENTIA ET CONTINENTIA.

Cujus exempla  
Rom. sunt.

- 1 P. Scipio Africanus  
major procor.
- 2 M. Cato Uticensis  
propr.
- 3 Nero Claudius Drusus  
& Antonia.
- 4 Cn. Marcius Coriolanus.
- 5 N. Curius Dentat. cos.
- 6 C. Fabrici. Luscini. cos.
- 7 Q. Ælius Tubero Cæsis  
cos.

- 8 L. Æmil. Pauli. procor.
- 9 Legati Rom. Q. Fabius  
Gurges, C. & N. Fabii  
Pictores, & Q. O-  
gulnius.
- 10 L. Calpurnius Piso  
Frugi cos.
- 11 M. Cato senior cos.
- 12 M. Cato Uticensis.
- 13 P. Scipio Æmilianus.
- 14 P. Romanus.

Externa sunt.

- 1 Pericles Atheniensis.
- 2 Sopho

2 *Sophocles Aethenicus.**miscus.*3 *Xenocrates Academi-*4 *Diogenes Cynicus.*

**M**AGNA cura, præcipuoque studio referendum est, quantopere libidinis & avaritiæ furori similes impetus ab illustri virorû pectoribus, consilio ac ratione summoti sunt. Quia demum si penates, ea civitas, id regnum æterno in gradu facile steterit, ubi minimum vitium Veneris, pecunatæq; cupido sibi vendicaverit. Nã quò illæ generis humani ceruissimæ pestes penetraverint, ibi injuria dominatur, infamia flagrat. Quibus longius relictis, contrarios tam diris vitiis mores cõmemoremus.

1. **QVARTVM** & viceßimum annum agens Scipio, cum in Hispavia Carthagine oppressa, majoris Carthaginis capiendæ sumpsisset auspicia, multosque obsides, quos in ea urbe Pœni clausos habuerant in suam potestatem redegisset, eximiam inter eos formæ virginem, ætatis adultæ, & juvenis, & cælebs, & victor, postquam comperit illustri loco inter Celtiberos natam, nobilissimoque gentis ejus Indibili desponsam, accersitis parentibus, & sponso inviolatam tradidit. Aurum quoque quod pro redemptione puellæ allatum erat, summæ dotis adjecit. Qua continentia ac munificentia Indibilis obligatus, Celtiberorum animos Romanis applicando, meritis ejus gratiam debitam retulit.

2. **VERVM** ut hujus viri abstinentiæ testis Hispania, ita, M. Catonis Epirus, Achajæ, Cyclades insulæ, maritima pars Asiæ, provinciæ Cypros. Vnde cum pecunatæ deportandæ ministerium sustineret, tam aversum animum ab omni Venere, quam à lucro habuit, in maxima utriusq; intemperantiæ versatus materia: Nam & regiæ divitiæ potestate ipsius continebantur, & fertilissimæ deliciarum tot egregiæ urbes, necessaria totius navigationis diverticula erant. Arque id Minutius Rufus, Cypriacæ expeditionis fidus comes, scriptis suis significat: Cujus testimonium non amplector: proprio enim argumento laus ista vititur, quoniam ex eodem naturæ utero & continentia nata est, & Cato.

3. **DRVSVM** etiam Germanicum eximiam Claudicæ familiæ gloriam, patriæque rarum ornamentum, & quod super omnia est, operum suorum pro habitu, ætatis magnitudine, vitrico pariter ac fratri Augustis duobus reipub. divinis oculis mirifice respondentem, contulit usum Veneris intra conjugis charitatem clausum tenuisse. Antonia quoque femina laudibus virilem familiæ suæ claritatem supergressa, amorem mariti egregia fide pensavit: quæ post ejus excessum,

forma

forma & ætate florens, cubiculum socrus pro conjugio habuit: in eodemque toro alterius adolescentiæ vigor extinctus est, alterius viduitatis experientia consenuit. Hoc cubiculum talibus experimentis summam imparat.

4. **DEINCEPS** ex iis vocemus, quorum animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunquam vacavit. En. Marcius Patritiæ gentis adolescens, Anci regis clara progenies, cui Corioli Volscorum oppidum captum cognomen adjecit, cum editis conspicua fortitudinis operibus à Postumo Cominio consule, accurata oratione apud milites laudatus, omnibus donis militaribus, & agri C jugeribus, & decem captivorum electione, & totidem ornatis equis, centenario bouum grege, argentoque, quantum sustinere valuisset, donaretur: nihil ex his, præter unius hospitis captivi salutem, equumque quo in acie uteretur accipere voluit. Quam tam circumspecta animi moderatione, nescias utrum majore cum laude præmia meruerit, an rejecerit.

5. **N. V.** autem Curius exactissima norma Romanæ frugalitatis, idemque fortitudinis perfectissimum specimen, Samnitium legaris agresti se in scamno assidentem foco, atque ligneo carillo coesantem (quales epulas, apparatus indicio est) spectandum præbuit. Ille enim Samnitium divitias contempsit, Samuites ejus paupertatem mirati sunt. Nam cum ad eum magnum auripondus publice missum attulissent, benignis verbis invitatus, ut eo uti vellet, vultum risu solvit, protinusque, Supervacua, inquit, ne dicam ineptæ legationis ministri, narrate Samuitibus N. V. Curium malle locupletibus imperare, quam ipsum fieri locupletem: atque istud ut preciosum, ita malo hominum excogitatum munus referrote, & memento me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi posse.

Idem cum Italia Pyrrhum regem exegisset, nihil omnino ex præda regia, quæ exercitum Vrbemque ditaverat, attigit. Decretis etiam à senatu septenis jugeribus agri populo, sibi autem quinquaginta, popularis assignationis modum non excessit: parum idoneum reip. civem exillimans, qui eo quod reliquis tribueretur, contentus non esset.

6. **IDEM** sensit Fabricius Luscius, honoribus & auctoritate omni cive temporibus suis major, censu pauperrimo: qui à Samnitibus, quos universos in clientela habebat, decem aris, & quinque pondo argenti, totidemque servos sibi missos, in Samnium remisit, continentia suæ beneficio sine pecunia prædives,  
sic

sine usu familiæ abunde comitatus: quia locupletem illum faciebat, non multa possidere, sed modica desiderare. Ergo domus ejus, quemadmodum ære & argento & mancipiis Samnitium vacua; ita gloria ex his contemptis parva, referta fuit. Consentanea repudiatis donis Fabricii vota exiterunt: legatus enim ad Pyrrhum profectus, cum apud eum Cyneam Theisalum narantem audisset, quendam Atheniensem clarum sapientia, suadere; ne quid aliud homines quam voluptatis causa facere vellent: pro monstro eam vocem accipit, continuoque Pyrrho & Samnibus istam sapientiam deprecatus est. Licet Athenæ doctrina sua gloriantur, vir tamen prudens, Fabricii detestationem, quam Epicuri maluit præcepta: quod eventus quoque indicavit. Nam quæ urbs voluptati plurimum tribuit, imperium maximum amisit: quæ labore delectata est, occupavit: Et illa libertatem tueri non valuit, hæc etiam donare potuit.

7. Curii & Fabricii Q. Ælium Tuberonem cognomine Catum discipulum fuisse merito quis existimaverit: cui consularum gerenti, cum Ætolorum gens omnis usus vasa argentea, magno pondere, & exquisita arte fabricata, per legatos misisset, qui superiori tempore gratulandi causa ad eum profecti retulerant, si filia se in ejus mensa vasa vidisse: monitos ne continentia quasi paupertati succurrendum putarent, cum suis sarcinis abire iussit. Quam bene Ætolicis domestica prætulerat, si frugalitatis ejus exemplum posterior ætas sequi voluisset! Nunc quo ventum est? à servis vix impetrari potest, ne eam suppellectilem fastidiant, qua tunc consul uti non erubuit.

8. A T Perse rege devicto Paullus, cum Macedonicis opibus veterem atque hereditariam urbis nostræ paupertatem eo usque satiasset, ut illo tempore primum populus Rom. tributi præstandi onere se liberaret; pecunias suos nulla ex parte locupletiores fecit: præclare secum actum existimans, quod ex illa victoria alii pecuniam, ipse gloriam occupasset.

9. A T Q V E huic animi ejus judicio Q. Fabius Gurgis, Cn. Fabii Pictores, Q. Ogulnius subscripserunt: qui legati ad Ptolemæum regem missi, munera, quæ ab eo privatiim acceperant, in ærarium & quidem prius, quam ad seuatum legationem referrent, detulerunt: de publico scilicet ministerio nihil cuiquam, præter laudem bene administrati officii, accedere debere judicantes. Iam illud humanitatis senatus, & attentæ majorum disciplinæ indicium est: data sunt enim legatis, quæ in

ærarium reposuerant, non solum patrum conscriptorum decreto, sed etiam populi permisso, eaque legatis quæstiones prompte unicuique distribuerunt. Ita in iisdem Ptolemæi liberalitas, legatorum abstinentia, Senatus ac populi Romani æquitas debitam probabilis facti portionem obtinuit.

10. **FABIORVM** & Ogulnii continentia Calpurnium Pisonem in consimili genere laudis æmulum fuisse res ipsa documento est. Consul gravi fugitivorum bello à se liberata Sicilia, eos, quorum præcipua opera usus fuerat, imperatorio more donis prosequatur: Inter quos filium suum locis aliquot proelium fortissime, titulo trium librarum aureæ coronæ decoravit; præfatus non oportere à magistratu è publica pecunia erogari, quod in ipsius domum rediturum esset: tantumque ponderis se testamento adolescenti legatum promisit: ut honorem publice à duce, precium à patre privatim acciperet.

11. **AGE**, si quis hoc seculo vir illustris pelli- bus hædinis præ stragulis utatur, tribusque servis comitatus Hispaniam regat, & quingentorum assium sumptu transmarinam proviuciam petat, eodem cibo eodemque vitio, quo nautæ, uti contentus sit, nonne miserabilis existimetur? Atqui ista patientissime superior Cato toleravit, quia illum grata frugalitatis consuetudo, in hoc genere vitæ, cum summa dulcedine continebat.

12. **MVLTVM** à prisca continentia spatio annorum posterior Cato discedit, utpote in civitate jam divite & lautitia gaudente natus. Is tamen cum bellis civilibus interesset, filium secum trahens, duodecim servos habuit numero plures, quam superior: temporum diversis moribus, pauciores.

13. **EXVLTAT** animus maximorum virorum memoriam percurrens. Scipio Æmilianus post duos inclytos consulatus, rotidemque suæ præcipuæ gloriæ triumphos, septem servis sequentibus officio legationis functus est: Et puto Carthaginiæ ac Numantiæ spoliis comparare plures potuerat; nisi operum suorum ad se laudem, manubias ad patriam redundare maluisset. Itaque cum per socios & exteras gentes iter faceret, non mancipia ejus, sed victoriæ numerabantur: nec quantum auri & argenti, sed quantum amplitudinis pondus secum ferret, æstimabatur.

14. **CONTINENTIA** vero etiam in universæ plebis animis sæpenumero cognita est, sed abunde erit, longe inter se distantium seculorum, duo ex his exempla retulisse



retulisse. Pyrrhus impetus sui terrore soluto, ac jam Epiroticis armis languentibus, benevolentiam populi Romani mercari, quia virtutem debilitare nequiverat, cupiens; pene totum regiarum opum apparatus in urbem nostram transfulerat. Ceterum cum & magni pretii, & varii generis à legatis ejus, tam virorum quam feminarum apta usui munera circa domos ferrentur, nulla cuiquam dono janua patuit. Tarentinæque perulantix animosus magis quam efficax defensor, haud scio majore cum gloria hujus urbis moribus, quam armis repulsus sit. In illa quoque procella, quam C. Marius & L. Cinna reipublicæ insilierant, abstinentia populi Romani mirifica conspecta est. Nam cum à se proscriptorum penates vulgi manibus diripiendos objecissent; inveniri potuit nemo qui è civili jactura prædam peteret. Vnus enim quisque se ab his perinde ac à sacris ædibus abstinnit. Quæ quidem tam misericors continentia plebis, tacitum crudelium victorum convitium fuit.

### EXTERNÆ.

1. **AC** ne ejusdem laudis commemorationem externis invidemus; Pericles Atheniensium princeps, cum tragœdiarum scriptorem Sophoclem in Prætura collegam haberet, atque is publico officio una districtus, prætereuntis ingenui pueri formam impensioribus verbis laudasset: intemperantiam ejus increpans, dixit: Prætori non solum manus à pecuniæ lucro, sed etiam oculos à libidinoso aspectu continentes esse debere.

2. **SOPHOCLES** autem ætate jam senior, cum ab eo quidam quæreret, an etiamnum rebus Veneris uteretur; Dij meliora, inquit. Libenter enim istuc tanquam ex aliqua furiosa profugi dominatione.

3. **ÆQVÈ** abstinentis senectæ Xenocratem fuisse accepimus; cujus opinionis non parva fides erit narratio quæ sequitur. Phryne nobile Athenis scortum juxta eum vino gravem in pervigilio accubuit, pignore cum quibusdam juvenibus pòhro; an temperantiam ejus corrumpere posset: Quam nec tactu, nec sermone aspernatus, quoad voluerat in sinu suo morari, irritum propositi dimisit: Factum sapientia imbuti animi abstinentis; sed meretriciæ quoque dictum perquam facerum: Deridentibus enim se adolescentibus; quia tam formosa, tamque elegans poti senis animum illecebris pellicere non potuisset, pactumque victoriæ pretium

flagitantibus; de homine se cū iis, non de statua pignus potuisse, respondit. Potestne hæc Xenocratis continentia à quoquam magis vere, magisque proprie demonstrari; quam ab ipsa meretricula expressa est? Phryæ pulchritudine sua, nulla ex parte constantissimam ejus abstinentiam labefecit. Quid rex Alexander? an divitiis eum quaterere potuit? ab illo quoque statuam & quidem æque frustra tentatam putes. Legatos ad eum cum aliquot talentis miserat, quos in Academicam perductos, solito sibi, id est, modico apparatu, & admodum parvulis copiis excepit. Postero die interrogantibus, cuinam adnumerari pecuniam vellet: Quid vos, inquit, hesternæ cœna non intellexistis ea me non indigere? Ita rex philosophi amicitiam emere voluit: philosophus regi suam vendere noluit.

4. ALEXANDER vero cognomen iuncti affecurus, continentiam Diogenis Cyuici vincere non potuit: Ad quem, cum in sole sedentem accessisset, hortareturque ut siqua sibi vellet præstari, indicaret: quem admodum erat in crepidine collocatus, sordidæ appellationis, sed robustæ vir præstantiæ: mox, inquit, de ceteris: interim à sole mihi velim non obstes. Quibus verbis illa nimirum inhæsit sententia: Alexander Diogenem gradu suo divitiis pellere tentat; celerius Darium armis. Idem Syracusis, cum olera ei lavanti Arithippus dixisset; Si Dionysium adulare velles, ista non esses. Imo, inquit, si tu ista esse velles, non adulares Dionysium.

## CAPVT IV.

## DE PAUPERTATE LAUDATA.

- |   |   |    |  |
|---|---|----|--|
| 1 | Valerii Poplicola.                          | 6  | M. Atilii Reguli procos.               |
| 2 | Agrippæ Menenii Lavati.                     | 7  | L. Quintii Cincinnati dict.            |
| 3 | C. Fabricii Luscini, & Q. Emiliii Papi.     | 8  | Æliæ familia.                          |
| 4 | Ducum ex agris ad magistratus accersitorum. | 9  | Q. Ælii Tuberonis, & L. Emiliii Pauli. |
| 5 | C. Atilii Reguli Servani cos.               | 10 | Cn. Cornelii Scipionis.                |
|   |   | 11 | M. Emiliii Scauri.                     |

**M**AXIMA ornamenta esse mætronis liberos, apud Pomponium Rufum Collectorum libro sic invenimus: Cornelia Gracchorum mater, cum Campana

Campana matrona apud illam hospita, ornamenta sua illo seculo pulcherrima ostenderet: traxit eam sermone, quousque è schola redirent liberi: Et hæc, inquit, ornamenta mea sunt. Omnia nimirum habet, qui nihil concupiscit: eo quidem certius, quam qui cuncta possidet: quia dominium rerum collabi solet, bonæ mentis usurpatione nulli tristicioris fortunæ recipit incursum. Itaque quorsum attinet, aut divitias in prima felicitatis parte, aut paupertatem in ultimo miseriarum statu ponere? cum & illarum frons hilaris multis intus amaritudinibus sit referta: & hujus horridior aspectus solidis & certis bonis abundet. Quod melius personis, quam verbis repræsentabitur.

1. **R E G I O** imperio propter nimiam Tarquinii superbiam finito, consulatus initium Valerius Poplicola cum Iunio Bruto auspiciatus est. Idcirco postea tres consulatus acceptissimos populo Romæ gessit: & plurimorum ac maximorum operum prætexit, titulum imaginum suarum amplificavit: cum interim factorem illud columen patrimonio ne ad exequiarum quidem impensam sufficiente decessit: ideoque publica pecunia ductæ sunt. Non attinet ulteriore disputatione tanti viri paupertatem scrutari; abunde enim patet, quid vivus possederit, cui mortuo lectus funebri & rognus defuit.

2. **Q V A N T Æ** amplitudinis Agrippam Mene-nium fuisse arbitramur, quem senatus & plebs pacis inter se faciendæ auctorem legit? Quantum scilicet esse debuit arbiter publicæ salutis. Hic nisi à populo collatis in capita sextantibus funeratus esset, ita pecuniæ inops decessit, ut sepulturæ honore caruisset. Verum idcirco perniciosa seditione dividua civitas, manibus Agrippæ in unum contrahi voluit: quia eas pauperes quidem, sed sanctas animadverterat: Cujus ut superstitis nullum fuit, quod in censum deferretur, ita & extincti, hodieque amplissimum est patrimonium Romana concordia.

3. **I N C.** vero Fabricij, & **Q.** Æmilij Papi principum seculi sui domibus argenti fuisse consistere oportet: uterque enim patellam deorum, & salinum habuit. Sed eo lautior Fabricius, quod patellam suam corneo pediculo sustineri voluit. Papi quoque satis animose, qui cum hæreditatis nomine ea accepisset, religionis causa abalienanda non putavit.

4. **I L L I** etiam prædivites, qui ab aratro accersabantur ut colli fierent, voluptatis causa sterile atque astuosissimum Pupinæ solum versabant: deliniantque

ignari, vastissimas glebas plurimo cum sudore dissipabant: Ino vero quos pericula reipub. imperatores asseriebant, angustiae rei familiaris (quid cesso proprium nomen veritati reddere?) bubulcos fieri cogebant.

5. **A T I L I V M** autem, qui ad eum accersendum a senatu missi erant ad imperium populi Rom. suscipiendum, semita spargentem viderunt: sed illae rustico opere attritae manus, salutem publicam stabilierunt; ingentes hostium copias pessundederunt. Quaeque modo arantium bouum jugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt: nec fuit iis rubori eburneo scipione deposito, agrestem stivam aratri repetere. Potest pauperes consolari Atilius, sed multo magis docere locupletes, quam non sit necessaria solidae laudis cupidini nimis anxia divitiarum comparatio.

6. **E I V S D E M** nominis & sanguinis Atilius Regulus primi Punici belli gloria, cladesque maxima: cum in Africa insolentissimae Carthaginis opes crebris victoriis contunderet; ac prorogatum sibi ob bene gestas res in proximum annum imperium cognosset; consulis scripsit: villicum in agello, quem septem jugerum in Pupinia habebat, mortuum esse, occasionemque nactum mercenarium, amoto inde rustico instrumento discessisse. Ideoque petere ut sibi successor mitteretur, ne deserto agro non esset unde uxor ac liberi sui aserentur. Quae postquam senatus a cons. accepit, & agrum Atili illico colendum locari, & alimenta congi ejus ac liberis praebere, resque quas amiserat, redimi publice iussit. Tanti aerario nostro virtutis Atilianae exemplum, quo omnis aetas Romana gloriabitur, stetit.

7. **A E Q V E** magna latifundia **L. Quintii Cincinnati** fuerunt: septem enim jugera agri possedit: ex hisque tria, quae pro amico ad aerarium obsignaverat, multae nomine amisit. Poenam quoque pro filio Caesone, quod ad causam dicendam non occurrisset, hujus agelli reditu solvit. Et tamen ei quatuor jugera aranti, non solum dignitas patrisfamiliae constitit, sed etiam dictatura delata est. Anguste se habitare nunc putat, cujus domus tantum patet, quantum Cincinnati rura paruerunt.

8. **Q V I D** Aelia familia, quam locuples sexdecim eodem tempore Aelii fuerunt, quibus una domnicula erat eodem loci, quo nunc sunt Mariana monumenta: & unus in agro Veiente fundus, minus multo cultores desiderans, quam dominos habebat. Inque Maximo & Flaminio spectaculi locus: quae quidem loca ob virtutem publice donata possidebant.

9. **E A D E M**

9. **E ADEM** Gens nullum ante scrupulum argenti habuit, quam Paullus Perse rege divido Q. Aelio Tuberoni genero suo quinque pondo argenti ex præda donaret. Taceo enim quod princeps civitatis filiam ei nuptum dedit, cujus penates tam jejunos pecunia videbat: Quin ipse quoque adeo inops decessit, ut nisi fundus, quem unum reliquerat, venisset; uxor ejus dotem unde reciperet, non exitisset. Animi virorum & feminarum vigeant in civitate: eorumque bonis, dignitatis æstimatio cunctis in rebus ponderabatur: Hæc imperia conciliabant, hæc juugebant affinitates: hæc in foro, hæc in curia, hæc intra privatos parietes plurimum poterant. Patriæ enim rem unusquisque, non suam augere properabat: pauperque in divite, quam dives in paupere imperio versari malebat. Atque huic tam præclaro proposito illa merces reddebatur, quod nihil eorum quæ virtuti debentur, emere pecunia licebat, inopiæque illustrium virorum publice succurrebatur.

10. **ITA QVE** cum secundo Punico bello Cn. Scipio ex Hispania senatui scripsisset, petens ut sibi successor mitteretur, quia filiam virginem adultæ jam ætatis haberet, neque ei sine se dos expediri posset: senatus ne respublica bono duce careret, patris sibi partes desumpsit; consilioque uxoris, ac propinquorum Scipionis constituta dote summam ejus ex ærario erogavit, ac puellam nuptum dedit. Dotis modus 11. millia æris fuit. In quo non solum humanitas Patrum conscriptorum, sed etiam habitus veterum patrimoniorum cognosci potest. Namque adeo fuerunt arcta, ut Tatia Cæsonis filia maximam dotem ad virum 10. millia æris attulisse visa sit: & Megullia, quia cum quinquaginta millibus æris mariti domum intravit, Doratæ cognomen invenit. Ideo senatus Fabricii Luscini, Scipionisque filiasque ab indotatis nuptiis liberalitate sua vindicavit: quoniam paternæ hæreditati præter optimam gloriam nihil erat quod acceptum referrent.

11. **M.** autem Scaurus quantulam à patre hæreditatem acceperit, in primo libro eorum, quos de vita sua scripsit refert: Ait enim sibi decem sola mancipia, totumque censum quinque atque triginta millium numerum relictum. In hac penuria ille futurus senatus princeps nutritus est spiritus.

**HÆC** igitur exempla respicere, his acquiescere solatiis debemus, qui parvulos census nostros nunquam querelis vacuos esse sinimus. Nullum aut admodum

parvi ponderis argentum, paucos fervos, septem jugera aridæ terræ, indigentia domi, publice impensa funera, inopes dotum filias; sed egregios consulatus, mirificas dictaturas, innumerabiles triumphos cernimus. Quid ergo mediam fortunam, quasi præcipuum generis humani malum, diuturnis convitiis laceramus? quæ ut non abundantibus, ita fidis uberibus Poplicolas, Ælios, Fabricios, Curios, Scipiones, Scauros, hisque paria robora virtutis aluit. Exurgamus potius animis, pecuniæque aspectu debilitatos spiritus pristini temporis memoria recreemus: Namque per Romuli casam, perque veteris Capitolii humilia tecta, & æternos Vestæ focos, fistilibus etiamnum vasis contentos juro; nullas divitias talium virorum paupertati posse præferri.

## CAPVT V.

## DE VERECUNDIA.

- |   |                        |                            |
|---|------------------------|----------------------------|
| 1 | Populi Romani.         | cos.                       |
| 2 | C. Terentii Varronis   | 6 C. Julii Caesaris dicta- |
|   | cos.                   | toris.                     |
| 3 | C. Cicerei candidati.  |                            |
| 4 | L. Licinii Crassi can- | Externorum.                |
|   | didati.                | 1 Spuria Etrusci.          |
| 5 | C. Pompeji Magni pro-  | 2 Legatorum Spartanorum.   |

**A** Qua tempestivus ad verecundiam transitus videtur. Hæc enim iustissimi viris præcepit ut privatas facultates negligenter, publicas quam amplifimas esse cuperent. Digna cui perinde atque cælesti numini extruantur templa aræque consecrentur: quia parens est omnis honesti consilii, tutela solennium officiorum, magistra innocentiæ, chara proximis, accepta alienis, omni loco, omni tempore favorabilem præferens vultum.

1. **S E D** ut à laudibus ejus ad facta veniamus, A condita Vrbe usque ad Africanum, & Ti. Longum coss. promiscuus senatui & populo spectandorum ludorum locus erat: nunquam tamen quisquam ex plebe ante Patres conscriptos in theatro spectare sustinuit: Adeo circumspecta nostræ civitatis verecundia fuit. Quæ quidem certissimum sui documentum etiam illo die exhibuit, quo L. Flaminius extrema in parte theatri constitit, Quia à M. Catone & L. Flacco censoribus senatu motus fuerat, consularis jam honore defunctus, frater

frater etiam T. Flaminii Macedoniæ, Philippique victoris: Omnes enim eum transire in locum dignitati suæ debitum coegerunt.

2. **CONFREGIT** rempublicam Terentius Varro Canneusis pugnae temerario ingressu: idem delatam sibi ab universo senatu & populo dictaturam recipere non sustinendo, pudore culpam maximæ cladis redemit. Effecitque ut clades deorum iræ, modestia ipsius moribus imputaretur: Itaque titulo imaginis ejus speciosius non recepta dictatura, quam aliorum gesta adscribi potest.

3. **NOS** autem ad præclaris verecundiæ opus transgrediamur. Magna cum invidia fortuna Prætorii comitiis Africani superioris filium Cn. Scipionem, & scribam Cicerejum in campum deduxerat; utque nimis impotens sermone vulgi carpebatur, quod tanti viri sanguinem clientelamque comitiali certamine confuderat. Ceterum crimen ejus in suam laudem Cicerejus convertit. Nam ut vidit omnibus se centuriis Scipioni anteferri, templo descendit, abjectaque candida toga competitoris sui suffragatorem agere cœpit; ut scilicet Præturam melius Africani memoriæ concederet, quam sibi vendicaret. Nec minimum est verecundiæ pretium. Scipio tunc honorem adeptus est: Cicerejo tamen magis gratulati sunt.

4. **AC** ne protinus comitiis abeamus, consulatum petens L. Crassus, cum omnium candidatorum more circum forum supplex populo ire cogeretur, nunquam adduci potuit, ut id præseste Q. Scævola gravissimo & sapientissimo viro socero suo faceret. Itaque rogabat eum ut à se dum ineptæ rei deserviret, discederet: majorem verecundiam dignitatis ejus, quam candidæ togæ suæ respectum agens.

5. **POMPEIUS** autem Magnus Pharsalica acie victus à Cæsare, cum postero die Larissam intraret, oppidique illius universus populus obviam ei processisset: he, inquit, & istud officium præstate victori. Dicerem, non dignus qui vinceretur, nisi à Cæsare superatus esset: certe modestus in calamitate. Nam quia dignitate sua uti jam non poterat, usus est verecundia.

6. **QVAM** præcipuam in C. quoque Cæsare fuisse & sæpenumero apparuit, & ultimus ejus dies significavit. Compluribus enim parricidarum violatus mucronibus, inter ipsum illud tempus, quo divinus spiritus mortali discernebatur à corpore, ne tribus quidem & viginti vulneribus, quin verecundiæ obsequeretur, absterri potuit: Siquidem utraque togam manu demisit,

ut inferiori parte corporis tecta collaberetur. In hunc modum non homines expirant, sed dii immortales sedes suas repetunt.

### EXTERN A.

1. QVOD sequitur externis aduectam, quia ante gestum est quam Etruriæ civitas daretur. Excellentis in ea regione pulchritudinis adolescens nomine Spuri- na; cum mira specie complurium feminarum illustrium sollicitaret oculos, ideoque viris ac parentibus earum se suspectum esse sentiret; oris decorem vulneribus confudit; deformitate inque sanctitatis suæ fidem, quam formam irritamentum alienæ libidinis esse ma- luit.

2. ATHENIS quidam ultimæ senectutis, cum spectatum ludos in theatrum venisset, eumque nemo è civibus sessum reciperet; ad Lacedæmoniorum lega- tos forte pervenit. Qui hominis ætate moti, canos ejus & annos assurgendi officio venerati sunt, sedemque ei inter ipsos honoratissimo loco dederunt. Quod ubi fieri populus aspexit, maximo plausu alienæ urbis vere- cundiam comprobavit. Ferunt tunc unum è Lacedæ- moniis dixisse. Ergo Athenienses quid sit rectum, sci- unt, sed id facere negligunt.

### CAPVT VI.

#### DE AMORE CONIUGALI.

Cujus exempla  
Rom. sunt.

- 1 *Ti. Gracchus major.*
- 2 *C. Plautius Numida.*
- 3 *M. Plautius.*
- 4 *Julia C. F. Cn. Magni.*

5 *Porcia M. F. M. Bruti.*  
Externa.

- 1 *Artemisia Mausoli regis.*
- 2 *Hippocratea Mithrida-  
tis regis.*
- 3 *Lacæna Minyartum.*

**A** Placido, & leni affectu, ad æque honestum, verum aliquanto ardentio rem & concitatio rem pergam; legitimeque amoris, quali quasdam imagines, non sine maxima veneratione contemplantas lectoris oculis subjiciam; valenter inter conjuges stabilitæ fidei opera percurrens; ardua imitatu, ceterum cognosci utilia. Quia excellentissima animadvertenti, ne mediocritia quidem præstare, rubori oportet esse,



1. **TI. GRACCHUS** anguibus domi suæ mare ac femina apprehensis, certior factus ab aruspice, mare dimisso, uxori ejus: femina, ipsi celerem obitum instare: salutarem conjugii potius, quam sibi partem augurii secutus, mare necari, feminam dimitti jussit: sustinuitque in conspectu suo seipsum interitu serpentis occidi. Itaque Corneliam nescio utrum feliciorum dixerim, quod talem virum habuerit, an miseriorem, quod amiserit. O te Thesaliæ rex Admete crudelis, & diri facti crimine sub magno judice damnatum: qui conjugis tuæ fata pro tuis permutari passus es, eaque ne tu exstinguereris, voluntario obitu consumpta, lucem intueri potuisti. Et certe prius parentum indulgentiam tentaveras, semineo animo impar inventus.

2. **VILIOR** Graccho iniquæ fortunæ victima, quanvis senatorii vir ordinis C. Plautius Numida, sed in consimili amore par exemplum. Morte enim uxoris audita, doloris impotens pectus suum gladio percussit. Interventu deinde domesticorum inceptum exsequi prohibitus, colligatusque; ut primum occasio data est scissis fasciis, & vulnere divulso, constanti dextera, spiritum luctus acerbitate permixtum ex ipsis præcordiis & visceribus hausit. Tam violenta morte testatus, quantum maritalis flammæ illo pectore clausum habuisset.

3. **EIVSDEM** ut nominis, ita amoris quoque M. Plautius. Nam cum imperio senatus classem sociorum sexaginta navium in Asiam reduceret, Tarentumque appulisset, atque ibi uxor ejus Orestilla, quæ illum profecuta fuerat, morbo pressa decessisset; funerata ea, atque in rogam imposita, inter officium unguendi, & osculandi, stricto ferro incubuit. Quem amici, sicut erat, togatum & calceatum corpori conjugis junxerunt: ac deinde subjectis facibus, utrumque una cremaverunt. Quorum ibi factum sepulchrum Tarenti etiamnum conspicitur, quod vocatur **T Ω N Φ Ι Λ Ο Υ Ν Τ Ω Ν**. Nec dubito, quin, si quis modo exinctis sensus inest, Plautius, & Orestilla, fati confortione gestientes vultus tenebris intulerint: Sane tibi idem & maximus & honestissimus amor est, aliquanto præstat morte jungi, quam vita distrahi.

4. **CONSIMILIS** affectus Iuliæ C. Cæsaris filia annotatus est. Quæ cum ædilitiis comitiis Pompeji Magni conjugis sui vestem cruore respersam e campo domum relata vidisset; territa metu nequa ei vis esset allata examinis concidit, partumque, quem utero conce-

conceptum habebat, subita animi consternatione & gravi dolore corporis ejicere coacta est. Atque ita expiravit, magno quidem cum totius terrarum orbis detrimento: cujus tranquillitas tot civilium bellorum truculentissimo furore perturbata non esset, si Cæsaris & Pompeji concordia communis sanguinis vinculo constricta mansisset.

5. TV OS quoque castissimos ignes Portia, M. Catonis filia, cuncta sæcula debita admiratione prosequuntur: Quæ cum apud Philippos victum & interemptum virum tuum Brurum cognosceres, quia ferrum non dabatur, arduentes ore carbones haurire non dubitasti, muliebri spiritu virilem patris exitum imitata. Sed nescio an hoc fortius, quod ille usitato, tu novo genere mortis absumpta es.

### EXTERNA.

1. SVNT & alienigeni amores justj, obscuritate ignorantia non obruti, e quibus paucos attingisse satis erit. Gentis Cariæ regina Artemisia virum suum Mausolum fato absumptum quantopere desideravit, leve est, post conquistorum omnis generis honorum, monumentique usque ad septem miracula provecti, magnificentiam argumentari. Quid enim aut eos colligas, aut de illo inclyto tumulto loquere, cum ipsa Mausoli vivum ac spirans sepulchrum fieri concupierit, eorum testimonio, qui illam extincti ossa potione aspersa bibisse tradunt?

2. HIPSICRATA quoque regina Mithridatem conjugem suum effusis charitatis habenis amavit: propter quem præcipuum formæ suæ decorem in habitum virilem convertere voluptatis loco habuit: Tousis enim capillis equo se & armis assuefecit, quo facilius laboribus & periculis ejus interesset. Quinetiam victum a Cn. Pompejo per efferatas gentes fugientem, animo pariter & corpore infatigabili secuta est: Cujus tanta fides asperarum atque difficilium rerum Mithridati maximum solatium, & jucundissimum lenimentum fuit: cum domo enim & penatibus vagari se credidit, uxore simul exulante.

Vernum quid Asiam, quid barbariæ immensas solitudines, quid latebras Pontici sinus scrutor? cum splendidissimum totius Græciæ decus Lacedæmon, præcipuum uxoriæ fidei specimen, nostris ostendet oculis, plurimis & maximis patriæ suæ laudibus admiratione facti comparandum.

3. MINYÆ,

3. MINYÆ, quorum origo ex inclyto sociorum Iasonis numero Lemniorum in insula concepta, per aliquot seculorum vices stabili in sede manserat, à Pelasgis expulsi armis, alienæ opis indigi, excelsa Taygetorum montium juga supplices occupaverant. Quos Spartana civitas respectu Tyndaridarum, nanque in illo nobilis famæ navigio destinatum sideribus par fratrum fulserat: deductosque inde, legibus commodisque suis immiscuit. Sed hoc tantum beneficium in injuriam benemeritæ urbis, regnum affectantes, vertunt. Igitur publicæ custodiæ inclusi, capitali servabantur supplicio: Quod cum vetere instituto Lacedæmoniorum nocturno tempore passuri essent, conjuges eorum illustris ibi sanguinis, velut allocuturæ perituros viros, impetrato à custodibus aditu, carcerem intraverunt; commutataque veste per simulationem doloris, velatis capitibus eos abire passæ sunt. Hoc loco quid aliud adjecerim, quam dignas fuisse, quibus Minyæ nubere?

## CAPVT VII.

## DE AMICITIÆ VINCULO

Quo juncti Romani.

- |   |  |   |   |
|---|--|---|---|
| 1 | <i>Ti. Sempronius Gracchus cum C. Blefo.</i>           | 5 | <i>L. Petronius cum P. Calio.</i>                           |
| 2 | <i>Sempronius Gracchus cum Pomponio &amp; Latorio.</i> | 6 | <i>Ser. Terentius cum D. Bruto.</i>                         |
| 3 | <i>L. Rheginus cum Q. Servilio Capione.</i>            | 7 | <i>C. Lælius cum Scipione &amp; M. Agrippa cum Augusto.</i> |
| 4 | <i>T. Volumnus cum M. Lucullo.</i>                     |   | Externi.  |
|   |  | 1 | <i>Damon cum Pythia.</i>                                    |
|   |  | 2 | <i>Alexander Magnus cum Ephestione.</i>                     |

CONTEMPLAMUR nunc amicitiae vinculum, potens & prævalidum, neque ulla ex parte sanguinis viribus inferius. Hoc etiam certius & exploratis, quod illud nascendi fors, fortuitum opus; hoc uniuscujusque solido judicio incoacta voluntas contrahit. Itaque celerius est sine reprehensione propinquum avertere, quam amicum: quia altera diremptio iniquitatis, altera utique levitatis crimini subiecta est. Cum enim deserta sit futura vita hominis nullius amicitiae

amicitiæ ciucta præsidio, tam necessarium subsidium temere assumi non debet; semel autem recte apprehensum sperni non cõvenit. Sinceræ vero fidei amici præcipue in adversis rebus cognoscuntur: in quibus quicquid præstatur, totum à constanti benevolentia proficiscitur. Felicitatis cultus, majore ex parte adulationi, quam charitati erogatus, certe suspectus est: perinde ac si plus semper petat, quam impendat. Accedit huc, quod infractæ fortunæ homines, magis amicorum studia desiderant, vel præsidii vel solatii gratia. Nam læta quidem, & prospera negotia, utpote cum divina suffragatione foveantur, humana minus indigent. Tenacius igitur eorum nomina posteritatis memoria apprehendit, qui adversos amicorum casus non deseruerunt; quam qui prosperum vitæ cursum comitati sunt. Nemo de Sardanapali familiaribus loquitur. Orestes Pylade pene amico, quam Agamemnone patre notior est. Siquidem illorum amicitia in consortiove deliciarum & luxuriæ contabuit: horum, duræ atque asperæ conditionis solatium, ipsarum miseriarum experimento enituit. Sed quid externa attingo, cum domesticis prius liceat uti?

I. INIMICVS patriæ fuisse Ti. Gracchus existimatus est; nec immerito, quia potentiam suam saluti ejus prætulerat. Quam constantis tamen fidei amicum etiam in hoc tam pravo proposito C. Blossium Campanum habuerit, operæ pretium est cognoscere. Hostis judicatus ultimo supplicio affectus, sepulturæ honore spoliatus, benevolentia tamen ejus non caruit. Nam cum senatus Rupilio, & Lænati consulibus mandasset ut in eos qui cum Graccho consenserant, more majorum animadverterent; & ad Lælium, cujus consilio præcipue consules utebantur, pro se Blossius deprecatum venisset, familiaritatisque excusatione uteretur, atque is dixisset; Quid si re Gracchus templo Iovis Opt. Max. faces subdere jussisset; obsecururusne voluntati illius, propter istam quam jactas familiaritatem, fuisset? Nunquam istud, inquit, Gracchus imperasset. Satis, imo etiam nimium: totius namque senatus consensu damnatos mores defendere ausus est. Verum quod sequitur, multo audacius, multoque periculosius: compressus enim perseveranti interrogatione Lælii, in eodem constantiæ gradu stetit: seque etiam hoc, si modo Gracchus annuisset, facturum respondit. Quis illum sceleratum putasset fuisse, si tacuisset? Quis non etiam sapientem, si pro necessitate temporis locutus esset? At Blossius nec silentio honesto, nec prudenti sermone salutem suam, nequa

nequa ex parte infelicis amicitiae memoriam deferret, tueri voluit.

2. IN eadem domo aequae robustae constantis amicitiae exempla oboriuntur. Prostratis enim jam & perditis C. Gracchi consiliis, rebusque, cum tota ejus conspiratio late quaereretur; desertum omni auxilio, duo tantum amici, Pomponius & Laetorius ab infestis & undique ruentibus telis, oppositu corporum suorum texerunt: Quorum Pomponius, quo is facilius evaderet, concitatum sequentium agmen in porta Trigemina aliquandiu acerrima pugna inhibuit; nec vivus pelliculi potuit, sed multis confectus valueribus, transitum eis super cadaver suum (credo etiam post fata invictus) dedit. Laetorius autem in ponte Sublicio constitit, & eum, donec Gracchus transfiret, ardore spiritus sui sepsit: ac vi jam multitudinis obrutus, converso in se gladio, celeris saltu profundum Tiberis petiit: quamque in eo ponte charitatem toti patriae Horatius Cocles exhibuerat, minus amicitiae adjecta voluntaria morte, praestitit. Quam bonos Gracchi, si aut patris aut materni avi sectam vitae ingredi voluissent, habere milites potuerant! Quo enim impetu, qua perseverantia animi Blossius, & Pomponius, & Laetorius trophaea ac triumphos eorum adjuvissent, furiosi conatus tam strenui comites! sinistris quidem auspiciis amicitiae conditionem secuti: sed quo miseriora, hoc certiora fideliter cultae nobilitatis exempla.

3. L. autem Rhegius, si ad debitam publico ministerio sinceritatem exigatur, posteritatis convitio lace-randus: si amicitiae fido pignore aestimeretur, in optimo laudabilis conscientiae portu relinquendus est. Trib. enim plebis Caepionem in carcerem conjectum, quod illius culpa exercitus noster à Cimbris & Teutonibus videbatur desertus, veteris aetateque amicitiae memor, publica custodia liberavit: nec eatenus amicum egisse contentus, etiam fugae ejus comes accessit. Pro magnum, & inexuperabile tuum nomen Amicitia! cum ex altera parte respublica manum injiceret, ex altera tua illum dextera traheret: & illa ut sacrosanctus esse vellet, exigeret, tu exilium indiceres. Adeo blando uteris imperio, quod is supplicium honori praestulerit.

4. ADMIRABILE hoc opus tuum; sed quod sequitur, aliquanto laudabilius. Recognosce enim quotusque T. Volumnii constantem erga amicum suum charitatem sine ulla reipublicae injuria evexeris; qui ortus equestri loco, cum M. Lucullum familiariter coluisset, eumque

eumque M. Antonius, quia Bruti & Cassii partes secutus fuerat, interemisisset; in magna fugiendi licentia, ex animi amico adhæsit; hucusque in lachrymas & gemitus profusus, ut nimia pietate causam sibi mortis accerferet. Nam propter præcipuam & perseverantem lamentationem ad Antonium pertractus est; cuius postquam in conspectu iterit, Iube me, inquit, Imperator, protinus ad Luculli corpus perductum occidi. Neque enim absumpto illo superesse debeo, cum ei infelicis militiæ auctor extiterim. Quid hac fidelius benevolentia? mortem amici, hostis odio levavit, vitam suam consilii crimine astrinxit: quoque illum miserabilem redderet, se fecit invisorem. Nec difficiles Antonii aures habuit, ductusque quo voluerat, Luculli dexteram avide oscularus, caput, quod abscisum jacebat, sublevatum pectori suo applicavit; ac deinde demissam cervicem victoris gladio præbuit. Loquatur nunc Græcia Theseum nefandis Pirithoi amoribus subscribentem, Ditis se patris regnis commississe. Vani est istud narrare, stulti credere. Mistum cruorem amicorum, & vulneribus innexa vulnura, mortemque morti inhærentem videre: hæc vera Romanæ amicitiae iudicia; illa gentis ad fingendum paratæ monstro similia mendacia.

5. L. quoque Petronius hujusce laudis confortionem merito vindicat: pari etenim & inclytæ amicitiae auso par gloriæ portio auferenda est. Admodum humili loco natus ad equetrem ordinem, & splendide militiæ stipendia P. Cælii beneficio pervenerat, cui gratum animum, quia in læta materia exhibere non contigerat: in ea, quam iniquam fortuna esse voluit, cum multa fide præstitit. Erat ab Octavio consule Placentiæ præpositus Cælius, qua à Cinnauo exercitu capta, & senior jam, & gravi valerudine affectus, ne in potestatem hostium veniret, ad auxilium dextræ Petronii confugit. Quem is ab incepto consilio frustra conatus abstrahere, in iisdem perseverantem precibus interemit, cædique ejus suam junxit: ne eo jacente, per quem omnia dignitatis incrementa assecutus fuerat, superesset. Ita alterius fato magnaumitas, alterius pietas causam præbuit.

6. IVNGENDVS est Petronio Ser. Terentius, quanquam ei, sicut cupierat, pro amico suo perire non contigit. Incepto naque egregio, non irritò eventu assumari debet; quia quantum in illo fuit, & ipse extinctus est, & D. Brutus periculum mortis evahit. Qui fugiens à Mutina, ut ad se interficiendum ab Antonio missos equites advenisse cognovit, quodam in loco justæ

justæ poenæ debitum spiritum tenebris furari conabatur : Eoque jam facta irruptione, Terentius fideli mendacio obsecratione ipsa suffragante, Brutum se esse simulavit, & corpus suum trucidandum equitibus objecit. Verum cognitus à Furio, cui Brutianæ ultionis officium mandatum fuerat; nece sua amici supplicium discutere non potuit: Sic iavitus fortuna cogente vixit.

7. A B hoc horrido & tristi pertinacis amicitiae, ad lætum & serenum vultum transeamus; atque eam inde evocatam, ubi omnia lachrymis, gemitu, cædibus fuerant referta, in eo, quo dignior est, felicitatis domicilio colloceimus, gratia, honore, abundantissimisque opibus fulgentem. Proдите igitur ab illa, quæ sanctorum umbris dicata esse creditur, sed, hinc Decime Læli, illinc M. Agrippa, alter virorum, alter deorum maximum amicum, & certa mente, & secundis ominibus fortiti: totumque beatæ turbæ gregem, qui vestro duci veneranda sinceræ fidei stipendia, laudibus & præmiis onustus, peregit, in lucem vobiscum protrahite: Vestros enim constantes animos, vestra strenua ministeria, vestram inexpugnabilem taciturnitatem, proque dignitate & salute amicorum perpetuam excubationem, testatorem benevolentiam; & rursus harum rerum uberimos fructus posterior intuens ætas, in excolendo iure amicitiae, quam libentius, tam etiam religiosius erit operata.

### EXTERNA.

1. HÆRET animus in domesticis; sed aliena quoque benefacta refert Romæ urbis candor hortatur. Damon & Pythias, Pythagoricæ prudentiæ sacris initiati, tam fidelem inter se amicitiam junxerant, ut cum alterum ex his Dionysius Syracusanus interficere vellet, atque is tempus ab eo, quo prius quam periret, domum profectus res suas ordinaret, impetrasset; alter vadem se pro reditu ejus tyranno dare non dubitavit. Solutus erat periculo mortis qui modo cervicibus gladio subjectas habuerat; eidem caput suum subjecerat, cui securo vivere licebat. Igitur omnes, & in primis Dionysius novæ atque ancipitis rei exitum speculabantur. Appropinquantem deinde definita die, nec illo redeunte; unusquisque stultitiæ tam temerarium sponsem damnabat: At is nihil se de amici constantia metuere prædicabat. Eodem autem momento, & hora à Dionysio constituta, qui eam acceperat, supervenit: admira-

admiratus amborum animum tyrannus, supplicium si dei remisit; insuperque eos rogavit ut se in societatem amicitiae, tertium sodalitiū gradum iuncta cultorum benevolentia reciperent. Hæ sane vires amicitiae; mortis contemptum ingenerare, vitæ dulcedinem extinguere, crudelitatem mansuefacere, odium in amorem convertere, poenam beneficio pensare potuerunt: quibus pene tantum venerationis, quantum deorum immortalium ceremoniis debetur. Illis enim publica salus, his privata continetur: atque ut illarum ædes sacra domicilia, ita harum fida hominum pectora quasi quodam sancto spiritu referta templa sunt.

2. QVOD ita esse, rex Alexander sensit. Darii castris, in quibus omnes necessarii ejus erant, potitus, Ephestione gratissimo sibi latus suum tegente, ad eos alloquendos venit. Cujus adventu mater Darii recreata, humi prostratum caput erexit, Ephestionemque, quia ei & statura & forma præstabat, more Persarum adulata, tanquam Alexandrum salutavit. Admonita deinde erroris, per summam trepidationem excusationis verba quærebat. Cui Alexander, Nihil est, inquit, quod hoc nomine confundaris, nam & hic Alexander est. Vtri prius gratulemur? qui hoc dicere voluit, an cui audire contigit? Maximi enim animi Rex, etiam totum terrarum orbem aut victoriis, aut spe complexus, tam paucis verbis se cum comite suo partitus est. O donum iactantæ vocis, danti pariter atque accipienti speciosum! Quod privatim quoque merito veneror, clarissimi ac disertissimi viri promptissimam erga me benevolentiam experius. Nec meruo ne parum conveniat mihi Pompejum meum instar esse Alexandri: cum illi Ephestio suus, alter fuerit Alexander. Ego vero gravissimo crimini sim obnoxius, constantis & benignæ amicitiae exempla sine ulla ejus mentione transgressus: cujus in animo velut in parentum amantissimorum pectore, lætior vitæ meæ status viguit, tristior acquievit. A quo omnium incrementa commodorum ultro oblata cepi; per quem tutior adversus casus steti: qui studia nostra ductu & auspiciis suis lucidiora & alacriora reddidit. Itaque pavi invidiam quorundam optimi amici iactura, videlicet quia fructu torseram: non quidem meo merito: gratiam meam, quantacunque fuit cum his, qui ea uti voluerant partitus. Verum nulla tam modesta felicitas est, quæ malignitatis dentes vitare possit. At quo successu quosdam fugeris, aut quibus infulis misericordiae permulseris; non cohibebis, ne alienis malis periude ac bonis suis latentur, ægestiant. Divites sunt



sunt aliorum jacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus. Sed illi quatenus alienis incommodis suorum adhuc expertes insultent, optima viudez insolentiæ varietas humanæ conditionis viderit.

## CAPVT VIII.

## DE LIBERALITATE.

1 *Q. Fabii Max. Verrucosi dict.*

2 *Paula Busa Canusina.*

3 *Q. Considii eq. Rom.*

4 *Populi Rom. erga Ataliam regem.*

5 *Ejusdem populi Roma-*

*ni erga Græcos.*

Externorum.

1 *Hieronis regis Syracusanorum erga Romanos.*

2 *Gillia Agrigentini erga concives suos.*

**N**OSTRVM opus pio egressu ad proprium dolorem provectum in suum ordinem revocetur, liberalitatisque commemorationi vacemus. Cujus duo sunt maxime probabiles fontes; verum judicium, & honesta benevolentia. Nam cum ab his oritur, tunc demum ei ratio constat: dono autem ipsi gratiam magnitudo quidem sua, sed efficaciorē aliquanto opportunitas conciliat.

1. ACCEDIT enim pretio rei, inestimabile momentum occasionis, quæ Q. Fabium Maximum tot antè secula ob parvam pecuniæ summam erogatam, ad hoc usque tempus laudabilem fecit. Captivos ab Annibale interposita pactione nummorum receperat: qui cum à senatu non præstarentur, misso in urbem filio; fundum quem unicum possidebat, vendidit: ejusque pretium Annibali proximus numeravit. Si ad calculos revocetur, parvum, utpote septem jugeribus, & hæc in Pupinia addictis redactum; si animo erogantis, omni pecunia majus: Se enim patrimonii, quam patriam fidei inopem esse maluit: eo quidem majore commendatione, quo prout studii certius indicium est supra vires niti, quam viribus ex facili uti. Alter enim quod præstat, potest; alter etiam plus quam potest.

2. ITAQUE ejusdem temporis femina Busa nomine, regionis autè Apulicæ ditissima, merito quidem liberalitatis testimonium recepit; sed si excellentes opes suas Fabianis rei familiaris angustiis non comparaverit. Nam est circa decem millia civium nostrorum,

Cannensis proclii reliquias, benignissime intra Cannina inocnia alimentis sustentavit; salvo tamen statu fortunarum suarum, munificam se populo Romano praestitit: Fabius in honorem patriae, paupertatem inopia mutavit.

3. **IN** Quoque Confidio saluberrimi exempli, nec sine parvo ipsius fructu, liberalitas annotata est: qui Cautilinae furore ita consternata republica, ut ne à locupletibus quidem debitæ pecuniæ, propter tumultum, pretiis possessionum diminutis, solvi creditoribus possent: cum centies, atque quinquagies H.S. summam in foenore haberet, neque de forte quinquam debitorum suorum, neque de usura à suis appellari passus est, quantumque in ipso fuit, amaritudinem publicæ confusio- nis privata tranquillitate mitigavit: Oportune, misericordieque testatus, numinorum suorum, non civilis sanguinis se esse foeneratorem. Iam qui hac præcipue nundinatione delectantur, cum pecuniam cruentam domum retulerint, quam improbando gaudio exultent, recognoscent; si diligenter senatusconsultum, quo Confidio gratiæ actæ sunt, legere non fastidierint.

5. **Q**VERI mecum jamdudum populus Romanus videtur, quod cum singulorum munificentiam confecer, de sua raceam: Ad summam enim ejus laudem pertinet, quem animum regibus, & urbibus, & genibus præstiterit recognosci: quia omne præclari facti decus crebra memoria in se ipso revirescit. Asiam bello captam Attalo regi muneris loco possidendam tradidit, eo excelsius, & speciosius Urbis nostræ futurum imperium credens, si ditissimam atque amœnissimam partem terrarum orbis, in beneficio, quam in fructu suo reponere maluisset. Ipsa victoria donum felicius: quia multum occupasse, habere invidiam potuit; tantum tribuisse, gloria carere non potuit.

5. **I**LLIVS vero Romanæ liberalitatis caelestem spiritum nullæ literæ satis dignis laudibus prosequentur. Philippo enim Macedonum rege superato, cum ad Isthmicum spectaculum tota Græcia convenisset, T. Quinctius Flaminius tubæ signo silentio facto, per præconem hæc verba recitari iussit, S. P. Q. R. & T. Quinctius Flaminius Imperator omnes Græciæ urbes, quæ sub ditione Philippi regis fuerunt, liberat atque immunes esse jubet. Quibus auditis, maximo & inopinato gaudio homines percussis: primo veluti non audisse se, quæ audierant credentes obricernerunt. Iterata deinde pronuntiatione præconis, tanta cælum clamoribus acrisitate compleverunt; ut certo constet, aves quæ

supervolabant, attonitas, paveutesque decidisse. Magni animi fuisse à tot captivorum capitibus servitutem detraxisse, quor tunc nobilissimis & opulentissimis urbibus pop. Rom. libertatem largitus est. Ad cujus majestatem pertinet, non solum quæ ipse benigne tribuit, sed etiam quæ ipso tribuente sentit commemorari. Ut enim illic collatæ, ita hic repetitæ laudis commendatio est.

### EXTERNÆ.

1. **HIERO** Syracusanorum rex, audita clade qua Romani apud Thrasymenum lacum erant afflicti, trecenta millia modium tritici, & ducenta millia hordei, aurique ducenta & 40. pondo Urbis nostræ muneri misit. Neque ignarus verecundiæ majorum nostrorum quod nolent accipere, in habitum id Victoriæ formavit, ut eos religiose motos, munificentiâ suâ uti cogeret; voluntate mittendi prius, iterum providentiâ cavendi, ne remitteretur, liberalis.

2. **SVBNECTAM** huic Agrigentinum Gilliam, quem propemodum ipsius liberalitatis præcordia constat habuisse: Erat opibus excellens, sed multo etiam animo, quam divitiis locupletior. semperque in eroganda potius, quam in contrahenda pecunia occupatus: adeo ut domus ejus quasi quædam munificentiae officina crederetur. Illinc enim publicis usibus apta monumenta extruebantur, illinc grata populi oculis spectacula edebantur, illuc epularum magnifici apparatus, labenique annonæ subsidia oriebantur: Et cum hæc universis, privatim alimenta inopia laborantibus, dotæ virginibus paupertate pressis, detrimentorum incursum qualis solatia erogabantur. Hospites quoque tum urbanis penatibus, tum etiam rusticis tectis benignissime excepti, variis muneribus oruati dimittebantur. Quodam vero tempore quingentos simul Gelsenium equites vi tempestatis in possessiones suas compulsos, aluit ac vestivit. Quid multa? non mortalem aliquem, sed propterea fortunæ benignum esse diceres sinum. Ergo quod Gillias possidebat, omnium quasi commune patrimonium erat: pro cujus salute & incrementis, tum Agrigentina civitas, tum etiam vicinæ regiones votis excubabant. Colloca ex contraria parte arcas inexorabilibus claustris obseratas; nonne præstantiorem aliquanto existimes illam impensam, quam hanc custodiam?

# VALERII MAXIMI LIBER QUINTVS.

## CAPVT I.

### DE HVMANITATE ET CLEM MENTIA.

- |                                   |                                    |
|-----------------------------------|------------------------------------|
| 1 <i>Senatus Romani.</i>          | 9 <i>Cn. Pompeji Magni</i>         |
| 2 <i>L. Cornelii Scipionis</i>    | <i>procos.</i>                     |
| 3 <i>T. Quintii Crispini.</i>     | 10 <i>C. Iulii Casaris cos. 2.</i> |
| 4 <i>M. Claudii Marcelli</i>      | 11 <i>M. Antonii triuiri.</i>      |
| <i>procos..</i>                   | <b>Exteriorum.</b>                 |
| 5 <i>Q. Metelli Macedoni-</i>     | 1 <i>Alexandri Magni.</i>          |
| <i>ci procos.</i>                 | 2 <i>Pisistrati Atheniensis.</i>   |
| 6 <i>P. Scipionis Emilianii</i>   | 3 <i>Pyrrhi Epirotarum re-</i>     |
| <i>procos.</i>                    | <i>gis.</i>                        |
| 7 <i>P. Africani Majoris</i>      | 4 <i>Antigoni Macedoni regis</i>   |
| <i>procos.</i>                    | 5 <i>Campanorum.</i>               |
| 8 <i>L. Emilii Paulli Cos. 2.</i> | 6 <i>Annibalis Pæni.</i>           |

**L**IBERALITATI quas aptiores comites, quã humanitatem & clementiam dederim ? quoniam idem genus laudis experunt : quarum prima inopia, proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna præstatatur. Cumque nescias quã maxime probes, ejus tamen commendatio præcurrere videtur, cui nomen ex ipso nomine quæsum est.

1. ANTE omnia autem humanissima & clementissima senatus acta referam. Qui cum Carthaginiensium legati ad captivos redimendos in Urbem venissent, procius his nulla pecunia accepta, reddidit iuvenes, numerum duum millium & septingentorum quadraginta trinum expletes. Verum tantum hostium exercitum dimissum, tantam pecuniam contemptam, tot Punicis injuriis veniam datam, ipsos legatos obstupuisse arbitror, ac secum dixisse: O munificentiam gentis Romanæ, deorum benignitati æquandam ! O etiam nostram legationem supra vota felicem ! nam quod beneficium nunquã dedissemus, accepimus. Illud quoque non paruum humanitatis seuatus indicium est. Syphacem enim quoddam opulentissimum Numidiæ regem captivum, in custodia

Tibur

Tiburi mortuum, publico funere censuit efferendum, ut vitæ dono honorem sepulturæ adjiceret. Consimilique clementia in Perse usus est: nam cum Albæ in qua cussodix causa relegatus erat, decessisset; quæstorem misit qui eum publico funere efferret: ne reliquias regias jacere inhonoratas pateretur. Hostibus illa, & miseris, & fato functis officia regibus erogata: hæc amicis & felicibus, & vivis tributa sunt. Confecto Macedonico bello, Musicanes Massanisæ filius, cum equitibus quos in præsidium Romanorum adduxerat, ab imperatore Paulo ad patrem remissus, tempestate classe dispersa Brundisium æger delatus est: Quod ubi senatus cognovit, continuo illo quæstorem ire iussit, cujus cura & hospitium adolescenti expediretur, & omnia quæ ad valetudinem opus essent, præberentur: impensaque liberaliter cum ipsi, tum toti comitatu præstarentur. Naves etiam ut prospicerentur, quibus se bene ac tuto cū suis in Africam trajiceret: Equitibus singulas libras argenti, & quingenos sestertios dari imperavit. Quæ tam prompta & exquisita patrum conscriptorum humanitas efficere potuit, ut etiam si expirasset adolescens, æquiore animo desiderium ejus pater toleraret. Idem senatus, cum ad gratulandum sibi Prusiam Bithyniæ regem Perse devicto venire audisset, obviam illi P. Cornelium Scipionem quæstorem Capuam misit: censuitque ut domus ei Romæ quam optima conductoreretur, & copiæ non solum ipsi, sed etiam comitibus ejus publice præberentur. In eoque excipiendo tota urbs unius humani amici vultum habuit. Ita qui amantissimus nostri venerat, duplicatâ erga nos benevolentia in regnum suum reversus est. Nec Ægyptus quidem Romanæ humanitatis experta fuit. Rex enim Ptolemæus à minore fratre regno spoliatus, petendi auxilii gratia cum paucis admodum servis, squalore oblitus, Romam veuerat, ac se in hospitium Alexandrini pictoris contulerat. Id postquam senatui relatum est, accersito juvene, quam potuit accurata excusatione usus est, quod nec quæstorem illi more majorum obviam misisset, nec publico eum hospicio excepisset: eaque non sua negligentia, sed ipsius subito & clandestino adventu facta dixit: Et illum è curia protinus ad publicos penates deduxit, hortatusque est, ut depositis sordibus adeundi ipsius diem pereret. Quinetiam curæ habuit, uti munera ei quotidie per quæstorem darentur. His gradibus officiorum jacentem ad regium fastigium erexit: effecitque ut plus spei in auxilio pop. Ro. quam metus in sua fortuna repoueret.

2, ATQUE ut ab universis Patribus conscriptis ad

singulos veniam, L. Cornelius consul primo Punico bello, cum Olbiam oppidum cepisset, pro quo fortissime dimicans, Anno dux Carthaginensium occiderat, corpus ejus è tabernaculo suo amplo fuere extulit: nec dubitavit hostis exequias ipse celebrare: tum demum victoriam & apud deos & apud homines minimum invidiæ habituram credens, cum plurimum humanitatis habuisset.

3. QUID de Quintio Crispino loquar, cujus mansuetudinem potentissimi affectus ira atque gloria quare non potuerunt? Badium Campanum & hospitio benignissimæ domi suæ exceperat, & adversa valetudine correptum attentissima cura recreaverat: A quo post illam nefariam Campanorum defectionem in acie ad pugnam provocatus, cum & viribus corporis & animi virtute aliquanto esset superior; monere ingratum, quam vincere maluit. Nam quid agis, inquit, demens? aut quo te prava cupiditas transversum rapit? parum habes publica impietate furere, nisi etiam privata lapsus fueris? unus tibi Romanorum videlicet Quintius placet, in quo scelestè exerceas arma, cujus penaribus & honoris vicissitudinem, & salutem tuam debes? At me foedus amicitiae, diique hospitales sancta nostro sanguini, vestris pectoribus vilia pignora, hostili certamine congregi tecum vetant: Quinetiam si in concursu exercituum fortuito umbonis mei impulsu prostratū agnovissem, applicatum jam cervicibus tuis mucronem revocassem. Tuum ergo crimen erit hospitem occidere voluisse: meum non erit hospes occisus. Proinde aliam, qua occidas, dexteram quære, quoniam mea te servare didicit. Dedit utrique caeleste numeum debitum exitum: siquidem in eo proelio Badius obruncatus est, Quintius insigni pugna clarus evasit.

4. AGE, M. Marcelli clementia, quam clarum, quamque memorabile exemplum haberi debet? qui captis à se Syracusis in arce earum constitit; ut urbis modo opulentissimæ, tunc afflictæ, fortunam ex alto cerneret. Ceterum casum ejus lugubrem intuens, stetum cohibere non potuit; quem si quis ignarus vir aspexisset; alterius victoriam esse credidisset. Itaque Syracusana civitas in maxima clade tua aliquid admittū gratulationis habuisti: quia si tibi incolumem stare fas non erat, leniter sub tam mansueto victore cecidisti.

5. Q. vero Metellus Celtibericum in Hispania gerens bellum, cum urbem Centobricam obsideret, & jam admota machina, partem muri quæ sola convelli poterat, disjecturus videretur; humanitatem propinque  
victorie

victoriæ prætulit. Nam cum Rethogenis filios, qui ad eum transferat, Centobricenses machinæ ictibus objecissent; ne pueri in conspectu patris crudeli genere mortis consumerentur, (quanquam ipse Rethogenes negabat esse impedimento, quo minus etiam per exitum sanguinis sui expugnationem perageret) ab obsidione discessit. Quo quidem tam clementi facto, etsi non iuis civitatis moenia, omnium tamen Celtiberarum urbium animos cepit: effecitque ut ad redigendas eas in ditionem populi Romani non multis sibi obsidionibus opus esset.

6. **AFRICANI** quoque posterioris humanitas speciose lateque patuit. Expugnata enim Carthagine, circa Siciliæ civitates literas misit, ut ornamenta templorum suorum à Pœnis rapta, per legatos recuperarent, inque pristinis sedibus reponenda curarent. Beneficium diis pariter atque hominibus acceptum.

7. **HVIC** facto par ejusdem avi humanitas. A quæstore suo hastæ subjectos captivos vendente puer eximie formæ & liberalis habitus missus est. De quo cum explorasset, Numidam esse orbem relictum à patre, educationem apud avunculum Massanisam, eo ignorante immaturam adversus Romanos ingressum militiam; & errori illius veniam dandam, & amicitie regis fidissimi populo Rom. debitam venerationem tribuendam exultavit. Itaque puerum annulo, fibulaque aurea & tunica satyclavia, Hispanoque sagulo, & ornato equo donatum, datus qui eum prosequerentur equitibus, ad Massanisam remisit. Eos igitur victoriæ maximos fructus rari Romani diis templorum ornamenta, regibus sanguinem suum restituere.

8. **L.** etiam Paulli in tali genere laudis memoria apprehendenda est. Qui cum Persen, parvi temporis momento captivum ex rege, ad se adduci audisset: occurrit ei Romani imperii decoratus ornamentis: Conatque ad genua prociumbere dextra manu allevavit, & Græco sermone ad spem exhortatus est; Introductum etiam in tabernaculum, lateri suo proximum in concilio sedere iussit: nec honore mensæ indignum iudicavit. Proponatur in conspicuo acies, qua prostratus est Perses, & harum rerum, quas retuli, contextus; utro magis spectaculo delectentur, homines dubitabunt: Nam si egregium est hostem abjicere, non minus tamen laudabile, infelicis scire misereri.

9. **HÆC L.** Paulli humanitas admonet me, ne de Cu. Pompeji clementia taceam. Regem Armeniæ Tigranem, qui & per se magna cum pop. Rom. bella gesserat,

& infestissimum Vrbi nostræ Mithridatem Ponto pulsum, viribus suis protexerat, in conspectu suo diutius jacere supplicem passus non est : sed benignis verbis re-creatum, diadema, quod abjecerat, capiti reponere iussit. Certisque rebus imperatis, in pristinum fortunæ habitum restituit : æque pulchrum esse iudicans & vincere reges & facere.

10. QVAM præclarum tributz humanitatis specimen Cn. Pompejus, quam miserabile desideratz idem evasit exemplum ! Nam qui Tigranis tempora insigni regio texerat, ejus caput tribus coronis triumphalibus spoliatum, in suo modo terrarum orbe, nusquam sepulturæ locum habuit. Sed abscisum à corpore, inops rogi, nefarium Ægyptiæ perfidiæ munus portatum est, etiam ipsi victori miserabile. Vt enim id Cæsar aspexit, oblitus hostis, soceri vultum induit, ac Pompejo tum proprias, tum etiam filiæ suæ lachrymas reddidit: caput autem plurimis & preciosissimis odoribus cremandum curavit. Quod si non tam mansuetus animus divini principis extitisset, paulo ante Romani imperii columnen habitum (sic ut mortalium negotia fortuna versat) inhumatum jacuisset. Caronis quoque morte Cæsar audita, & se illius gloriæ invidere, & illum suæ invidiæ dixit: patrimoniumque ejus liberis ipsius incolume servavit. Et hercule divinorum Cæsarum operum non parva pars Catonis salus fuisset.

11. M. etiam Antonii animus talis humanitatis intellectu non caruit. M. enim Bruti corpus liberto suo sepeliendum tradidit : quoque honoratius cremaretur, injici ei suum paludamentum iussit : jacentem non hostem, sed civem deposito ætinnans odio. Cumque interceptum à liberto paludamentum comperisset, ira percitus, protinus in eum animadvertit, hac ante præfatione usus : Quid, tu ignorasti cujus tibi viri sepulturam commiserim ? Fortem, piamque ejus victoriam Philippicam libenter dii viderunt : sed ne ista quidem generosissimæ indignationis verba iuviti audierunt.

## EXTERNA.

1. COMMÉMORATIONE Romani exempli in Macedoniam deductus, morum Alexandri præconium facere cogor : cujus ut infinitam gloriam bellica virtus, ita præcipuum amorem clementia meruit. Is, dum omnes gentes infatigabili cursu intrat, quodam loci tempestate nivali oppressus, senio



senio jam confectum militem Macedonem, nimio frigore obstupefactum, ipse sublimi & propinqua igni sede sedens, animadvertit. Factaque non fortunæ, sed ætatis utriusque æstimatione, descendit, & illis manibus, quibus opes Darii affixerat, corpus frigore duplicatum in suam sedem imposuit: Id ei salutare futurum dicens, quod apud Persas capitale exitisset, solum regium occupasse. Quid ergo mirum est, si sub eo duce tot annis militare jucundum ducebant, cui gregarii militis incolumitas proprio fastigio charior erat? Idem non hominum ulli, sed naturæ fortunæque cedens, quanquam violentia morbi disabebatur, in cubitum tamen erectus, dextram omnibus, qui eam contingere vellent, porrexit. Quis autem illam osculari non curreret, quæ jam fato oppressa, maximi exercitus complexui, humanitate, quam spiritu vividiore suffecit?

2. NON tam robusti generis humanitas, sed & ipsa tamen memoria prosequenda Pisistrati Atheniensium tyranni narrabitur. Qui, cum adolescens quidam amore filix ejus virginis accensus, in publico obviam sibi factam osculatus esset: hortante uxore ut ab eo capitale supplicium sumeret, respondit; Si eos, qui nos amant, interficimus; quid his faciemus, quibus odio sumus? Minime digna vox, cui adjiciatur, eam ex tyranni ore manasse.

IN hunc modum filix injuriam tulit, suam multo laudabilius. A Thrasippo namque amico inter cenam sine fine convitio laceratus, ira & animum & vocem ab ira cohibuit, ut putares satellitem à tyranno male audire. Abeuntem quoque veritus ne propter metum maturius se convivio subtraheret, invitatione familiari cœpit retinere. Thrasippus concitatæ temulenxiæ impetu eversus, os ejus spuio resperfit: nec tamen in vindictam sui accendere potuit. Ille vero etiam filios suos violentiæ patris majestati subvenire cupientes retraxit. Postero quoque die Thrasippo supplicium à se voluntaria morte exigere volente, venit ad eum, dataque fide in eodem gradu amicitix mansurum, ab incepto revocavit. Si nihil aliud dignum honore vel memoria gessisset, his tamen factis abunde se posteritati commendasset.

3. ÆQUE mitis animus Pyrrhi regis. Audierat quosdam Tarentinorum in convivio parum honoratum de se sermonem habuisse, accersitosque qui ei interfuerant percontabatur, an ea quæ ad aures ejus pervenerant, dixissent. Tum ex his unus: Nisi, inquit, vinum nobis

nobis defecisset, ista quæ tibi relata sunt, præ iis quæ de te locuturi eramus, iustus ac jocus fuissent. Tam urbana crapulæ excusatio, tamque simplex veritatis confessio, iram regis convertit in risum. Quæ quidem clementia, & moderatione assecutus est, ut & sobrii tibi Tarentini gratias agerent, & ebrii bene precarentur. Ab eadem altitudine humanitatis legatis Romanorum ad redimetidos captivos caltra sua petentibus, quo iurins venirent, Lyconem Molossum obviam misit: quoque honoratius exciperentur, ipse cum ornato equitatu extra portam occurrit. Secundarum rerum proventu non adeo corruptus, ut officii prospectum in iis deponeret, qui tum maxime armis cum eo dissidebant.

4. **CIVIS** tam mitis ingenii debitum fructum ultimo fati sui tempore recepit: Nam cum diris auspiciis Argivorum invasisset urbem, abscisumque caput ejus Alcyoneus Antigoui regis filius ad patrem propugnatione laborantem, lætus velut aliquod felicissimum victoriæ opus attulisset: Antigonus correpto juveve, quod tanti viri subitæ ruinæ, inimemor humanorum casuum, effuso gaudio insultaret: humo caput sublatum, caudæ, qua velatum caput suum more Macedonum habebat, textit: corporique Pyrrhi redditum, honoratissime cremaudum curavit. Quinetiam filium ejus Helenum captivum ad se pertractum, & cultum & animum gerere regium jussit: ossaque Pyrrhi ei aurea urna inclusa, Epinum in patriam ad Alexandrum fratrem portanda dedit.

5. **CAMPANI** autem exercitum nostrum cum consulibus apud Caudinas furcas, sub jugum à Samnitibus missum; nec inermem tantum, sed etiam nudam urbem suam iurantem; perinde ac victorem; & spolia hostium præ se ferentem venerabiliter exceperunt: Prostratisque consulibus insignia honoris, militibus vestem, arma, equos, commeatum benignissime præstando, & inopiam & deformitatem Romanæ cladis mutarunt; Quo anno si pro imperio nostro adversus Annibalem quoque usi fuissent, truculentis securibus materiam sciendi non præbissent.

6. **FACTA** mentione acerrimi hostis, mansuetudinis ejus operibus, quam Romano nomini præstitit, locum qui inter manus est, suam. Annibal enim æmili Pauli apud Cannas trucidati quæsitum corpus, quantum in ipso fuit, inhumatum jacere passus non est. Annibal Ti. Gracchum Lucanorum circumventum insidiis, cum summo honore sepulturæ mandavit; & ossa ejus in patriam portanda militibus nostris tradidit.

Annibal

Annibal M. Marcellum in agro Brutio, dum conatus Pœnorum cupidius quam consideratius specularatur, interemptum, legitimo jure extulit: Punicoque sagulo, & corona donatum laurea rogo imposuit. ergo humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat, torvosque & truces hostium mollit oculos, ac victoriæ insolentissimos spiritus flectit. Nec illi difficile & arduum est, inter arma contraria, inter distinctos cominus mucrones placidum iter reperire. Vincit iram, prosternit odium, hostilemque sanguinem hostilibus lacrymis miscet. Quæ etiam admirabilem Annibalis vocem pro funeribus Romanorum ducum arbitria statuentis expressit. Quare aliquanto ei plus gloriæ Paulus, Gracchus, & Marcellus sepulii, quam oppressi attulerunt: Siquidem illos Pœnico astu decepit, Romana mansuetudine honoravit. Vos quoque fortes, ac piæ umbræ, non pœnitendas fortitæ estis exequias: nam ut optabilius in patria, ita speciosius pro patria collapsæ, supremi officii decus infelicitatæ amissam, virtute recuperastis.

## CAPVT II.

## DE GRATITVDINE.

- |                                       |                                |
|---------------------------------------|--------------------------------|
| 1 <i>Senatus Romani.</i>              | 9 <i>L. Sylla diffratoris.</i> |
| 2 <i>Iuventutis Romanae.</i>          | 10 <i>Libitinariorum.</i>      |
| 3 <i>Plebis Romanae.</i>              |                                |
| 4 <i>M. Minucii Rufi magistr. eq.</i> | Externorum regum.              |
| 5 <i>Q. Terentii Culcennis.</i>       | 1 <i>Darii Persarum.</i>       |
| 6 <i>Civium à Gracia liberatorum.</i> | 2 <i>Mithridatis Ponti.</i>    |
| 7 <i>Q. Metelli Pii cos.</i>          | 3 <i>Attali Asæ.</i>           |
| 8 <i>C. Marii cos. 4.</i>             | 4 <i>Massanisa Numidia.</i>    |

**G**RATAS vero ingratasque animi significatio- nes, & facta libuit oculis subjicere, ut virtuti ac vitio justa merces & estimationis ipsa comparatione accederet. Sed quoniam contrario proposito sese distinxerunt, nostro quoque stylo separentur: prioremque locum obtineant, quæ laudem, quam quæ reprehensionem merentur.

1. **AT QVE** ut à publicis actis ordiar, Marcium Coriolanum patriam oppugnare conantem, admotoque portis Urbis ingenti Volscorum exercitu, funus ac tenebras

tenebras Romano imperio ininitantem; Veturia mater & Volunnia uxor nefarium opus exequi precibus suis passæ non sunt. In quarum honorem senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornavit. Sanxit namque uti feminis semita viri cederent, confessus plus saluus Reipubl: in stola quam in armis fuisse; vetustisque aurium insignibus novum vittæ discrimen adjecit; Permisit quoque his purpurea veste & aureis mi segmentis. Super hæc ædem & aram Fortunæ Muliebri eo loco, quo Coriolanus exoratus fuerat, faciendum curavit, memorem beneficii animum suum exquisito religionis cultu testando.

**QVEM** secundi etiam belli Punicî tempore exhibuit. Cum enim à Fulvio Capua obsideretur, ac duæ Campanæ mulieres benevolentiam erga Romanos dimittere ex animis nolissent, Vestia Opidia materfamilias, & Cluvia Facula meretrix; quarum altera quotidie pro salute nostri exercitus sacrificavit, altera capis militibus Romanorum alimenta subministrare non destitit. Urbe illa oppressa, seuans his & libertatem & bona restituit: & si quid amplius præniî perissent, libenter se daturum asseveravit. Vacasse in tanto gaudio Patribus conscriptis duabus humilibus feminis referre gratiam, nedum tam præ se tulisse, mirandum.

2. **QVID** illa quoque juventute Romana gratius? quæ C. Nautio & Minutio Coss. ultio nomina sua militari sacramento obtulit, ut Tusculanus, quorum fines Æqui occupaverant, præsidium ferrent; quia paucis ante mensibus constantissime & fortissime imperium Romani pop. defenderant. Ergo quod auditu novum est, ne patriæ grata voluntas cessasse videretur, exercitus se ipse conscripsit.

3. **MAGNUM** grati populi specimen in Q. Fabio Maximo enituit: nam cum quinque consulatibus salutari-ter reip. administratis decessisset, certatim æs contulit; quo major ac speciosior ejus funeris pompa duceretur. Elevet aliquis præmia virtutis, cum animadvertat fortes viros feliciter sepeliri, quam vivere ignavos.

4. **FABIO** alteri etiam incolumi summa cum gloria gratia relata est: Dictatori ei magister equitum Minutius scito plebei, quod nunquam antea factum fuerat, æquatus, partito exercitu separatim in Samnio cum Annibale conflixerat: Vbi temere inito certamine peltiferum habiturus exitum, subsidio Fabii conservatus, & ipse eum patrem appellavit, & a legionibus suis patris salutari voluit: ac deposito æqualis imperii jugo, magistrum

magisterium equitum, sicut pat erat, dictaturæ subiecit: imprudentisque vulgi errorem gratæ mentis significatione correxit.

5. **TAM** hercle probabiliter, quam **Q. Terentius** Cnleo prætoris familia natus, & inter paucos senatorii ordinis splendidus, optimo exemplo Africani superioris curru triumphantis, quæ captus à Carthaginiensibus, ab eo fuerat recuperatus, pileum capite gerens, secutus est. Auctori enim libertatis suæ, tanquam patrono accepti beneficii confessionem, spectante populo Romano merito reddidit.

6. **AT** Flaminii de Philippo rege triumphantis curru, non unus, sed duo millia civium Romanorum pilea comitata sunt; quæ Punicis bellis intercepta, & in Græcia servientia, cura sua collecta, in pristinum gradum restituerat. Geminatum ea die decus imperatoris, à quo simul & devicti hostes, & conservati cives spectaculum patriæ præbuerunt. Illorum quoque salus dupliciter omnibus accepta fuit: & quia tam multi, & quia tam grati exoptatum libertatis statum recuperaverunt.

7. **METELLS** vero pius pertinaci erga exulem patrem amore, tam clarum lacrymis, quam alii victoris cognomen assecutus, non dubitavit consul pro **Q. Calidio** præturæ candidato supplicare populo, quod Tribunus plebis legem, qua pater ejus in civitatem restitueretur, tulerat. Quinetiam patronum eum domus & familiæ suæ semper dicitavit. Nec hac re de principatu, quem procul dubio obtinebat, quicquam decerpit; quia non humili, sed grato animo longe inferioris hominis maximo merito eximiam summittebat dignitatem.

8. **IAM C.** quidem Marii non solum præcipuus, sed etiam præpotens gratæ mentis fuit imperus: Duas etiam Camertium cohortes, mira virtute vii Cimbriorum sustinentes, in ipsa acie, adversus conditionem fœderis civitate donavit: Quod quidem factum & vere & egregie excusavit, dicendo inter armorum strepitum, verba se juris civilis exaudire non potuisse. Et sane id tempus erat, quo magis defendere, quam audire leges oportebat.

9. **C. Marii** vestigia ubique **L. Sylla** certamine laudis subsequitur: Dictator enim Pompejo etiam privato caput adaperuit, & sella assurrexit, & equo descendit: Eaque se libenter facere in concione prædicavit, minor ab eo duodeviginti annis nato partes suas exercitu paterno adjutas. Multa insignia Pompejo,

sed nescio an hoc quicquam admirabilius contigerit, quod magnitudine beneficii Syllam sui oblivisci coegit.

10. **SIT** aliquis in summo splendore etiam fordidis gratis locus, M. Cornuto prætoris funus Hirtii, & Pansa jussu senatus locante, qui tunc Libitinam exercebant, cum rerum suarum usum, tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt; quia hi pro republica dimicantes occiderant. Perseverantique postulatione exanderunt, ut exequiarum paratus sestertio uummo ipsi præbentibus addiceretur. Quorum laudem adjuncta lege conditio auget magis, quam extenuat: quoniam quidem questum contempserunt, nulli alii rei quam questui viventes.

### EXTERNÆ.

**PACE** cinerum suorum Reges gentium exterarum secundum huic tam contemptum gregem referri se patientur: qui aut non attingendus, aut non nisi in ultima parte domesticorum exemplorum collocandus fuit. Sed dum honesti actus etiam ab infimis ediri, memoria non intercidant; licet, separatim locum obtineant: ut nec his adjuncti, nec illis prælati videantur.

1. **DARIUS** privatæ adhuc fortunæ, amiculo Sylofontis Samii delectatus, curiosiore contemplatione fecit, ut ultro sibi, & quidem a cupido daretur. Cujus muneris quam grata æstimatio animo ejus esset allapsa, regno potius ostendit: totam namque urbem, & insulam Samiorum Sylofonti fruendam tradidit. Non enim pretium rei æstimatum, sed occasio liberalitatis est honorata; magisque à quo donum proficisceretur, quam ad quem perveniret, provisum.

2. **MITHRIDATES** quoque rex magnifice gratus apparuit, quoniam pro Leonico acerrimo salutis suæ defensore à Rhodiis navalibus pugna excepto, omnes hostium captivos permutavit. satius esse existimans ab invisissimis circumscribi, quam benemerito gratiam non referre.

3. **LIBERALIS** populus Romanus magnitudine muneris, quod Attalo regi Asiam dedit dono: Sed Attalus etiam testamenti æquitate gratus, qui eandem Asiam populo Rom. legavit. Itaque nec hujus munificentia, nec illius tam memor beneficii animus tot verbis laudari potest; quot amplissimæ civitates vel amice data, vel pie reddita sunt.

4. **CÆTERVM** nescio an præcipue Massanisæ regis pectus grati animi pignoribus fuerit referendum:

Beneficio

Beneficio enim Scipionis & Romanorum amicitia, & per amplii regni modo liberaliter auctus; memoriam inclyti muneris ad ultimum vitæ finem, longa etiam à diis immortalibus senectute donatus, constantissima fide perduxit. Adeo ut eum non solum Africa, sed etiam cunctæ gentes scirent amiciores Corueliæ familiæ, atque urbi Rom. quam sibi metipso semper fuisse. Ille, cum gravi Carthaginensium bello premeretur, ac vix tutelæ sui regni sufficeret: tamen Scipioni Æmiliano, quia nepos Africani erat, bonam magnamque partem Numidici exercitus, quem ad Lucillum consulem, à quo ad auxilia petenda missus fuerat, in Hispaniam duceret, promptissima mente tradidit, præsentique periculo respectum pristini beneficii anteposuit. Ille, cum jam ætate deficiente, magnas regni opes, quatuor & quinquaginta filiorum numerum relinquens in lectulo labereur, M. V. Manlium, qui proconsule Africam obtinebat, literis obsecravit ut ad se Scipionem Æmilianum, sub eo tunc militantem, mitteret: feliciorum mortem suam futuram ratus, si in complexu dextræ ejus supremum spiritum ac mandata posuisset. Ille adventum Scipionis fati suis præcurrentibus, hæc uxori, liberisque præceperat: unum in terris populum Rom. & uiam in populo Rom. Scipionis domum nosse, integra omnia Æmiliano se servare, eum dividendi regni arbitrum haberent: Quod is statuisset, perinde ac testamento cautum immutabile ac sanctum obtinerent. Tot tanque variis rebus se Massanisa infatigabili pietatis serie ad centesimum extendit animum. His, & horum similibus exemplis, beneficentia generis humani nutritur atque augetur. Hæ sunt ejus faces, hi stimuli, propter quos juvandi & emerendi cupiditate flagrat. Et sane amplissimæ, & speciosissimæ divitiæ sunt, feliciter erogatis beneficiis, late posse censeri. Quorum quoniam religiosum cultum instauramus, nunc neglectum, sugillandi gratia, quo sit gravior, referemus.

## CAPUT III.

## DE INGRATITVDINE.

- |  |   |
|--|---|
| 1 Senatus Romani in<br><i>Remulum.</i>             | 3 P. Sextilii in C. Casarum<br><i>oratorem.</i> |
| 2 Populi Rom. in M. C. <i>amilium &amp; alios.</i> | 4 C. Popillii in M. C. <i>ceronem.</i>          |
|  | K 5 C.  |

- 5 *Cn. Pompeji Magni in Annibalem.*  
*Cn. Carbonem. 2 Spartanorum in Lycu-*  
*Externorum. 3 Atheniensium in The-*  
 1 *Carthaginensium in sea & alior.*

1. **V**RBIS nostræ parentem senatus in amplissimo dignitatis gradu ab eo collocatus in curia laceravit; nec duxit nefas ei vitam adimere, qui æternum Romano imperio spiritum ingeneraverat. Rude nimirum illud & ferox seculum, conditoris sui cruore fæde maculatum, ne summa quidem posteritatis dissimulare pietas potest.

2. **H V N C** ingratum lapsæ mentis errorem, consentanea nostræ civitatis poenitentia sequitur. Virium Romanarum & incrementum lætissimum, & tutela certissima Furius Camillus, in Vrbe incolumitatem suam tueri non valuit; cujus ipse salutem stabilierat, felicitatem auxerat. Siquidem a L. Appulejo Tribuno pl. tanquam peculator Vejentanæ prædæ reus factus, duris atque (ut ita dicam) ferreis sententiis in exilium missus est. Et quidem eo tempore, quo optimo juvene filio spoliatus, solatiis magis allevandus, quam cladibus onerandus erat; Sed immemor patria tanti viri maximorum meritorum, exequiis filii, damnationem patris iunxit. At, inquit, ærario abesse Tribunus plebis quebatur quindecim millia æris, tanti tanque poena huita est. Indignam summam, propter quam populus Romanus tali principe careret. Priore adhuc querela vibrante, alia deinceps exurgit; Africanus superior, non solum contusam & con fractam belli Punici armis Rempubl. sed pene jam ex sanguem, atque morientem Africæ dominam reddidit; cujus clarissima opera injuriis pensando civeis, vici eum ignobilis, ac desertæ paludis accolam fecerunt: Ejusque voluntarii exilii acerbiter non tacitus ad inferos tulit, sepulchro suo inscribi jubendo, **INGRATA. PATRIA. NE. OSSA. QUIDEM. MEA. HABES.** Quid ista aut necessitate indignius, aut querela justius, aut ultione moderatius? Cineres ei suos negavit, quam in cineres collabi passus non fuerat. Igitur hanc unam Scipionis vindictam ingrati animi urbs Roma sensit: majorem ne hercule Coriolani violentia. Ille enim metu patriam pulsavit, hic verecundia: De qua ne queri quidem tanta veræ pietatis constantia nisi post fata sustinuit. Talia passio (credo) quæ fratri ejus accidere solatio esse potuerunt; cui rex Antiochus devictus, & Asia impe-



imperio populi Rom. adjecta, speciosissimusque triumphus, ut peculatis reus fieret, & in carcerem duci juberetur, causam præbuit. Nihil virtute minor fuit posterior Africanus: sed ne exitu quidem felicior: Duabus enim urbibus Numantia atque Carthagine imperio Rom. imminentibus, ex rerum natura depulsis, raptorem spiritus domi in vent, mortis punitore in foro non reperit. Quis igitur tantum laudis Scipionem Nasicam toga, quantum armis utrumque; Africanum meruisse? Qui pestiferam Ti. Gracchi manu faucibus apprehensam remp. strangulari passus non est. Sed is quoque propter iniquissimam virtutum suarum apud cives æstimationem, sub titulo legationis Pergamum secessit. Et quod vitæ superstit, ibi sine ullo ingratae patriæ desiderio peregit.

In eodem uomine versor, nec dum Corneliae gentis querelas exhausti. Nam P. Lentulus clarissimus & amantissimus reipublicæ civis, cum in Aventino C. Gracchi, nefarios conatus, & aciem pia ac forti pugna, magnis vulneribus exceptis fugasset: prælii illius, quo leges, pacem, libertatemque in suo statu retinuerat, hanc mercedem tulit, ne in urbe nostra moreretur. Siquidem invidia & obtreptatione compulsus, legatione à senatu libera impetrata, habitaque concione, qua à diis immortalibus petiit ne unquam ad ingratum populum reverteretur, in Siciliam profectus est, ibique perseveranter morando compotem se voti fecit. Quinque igitur Cornelii totidem sunt notissima ingratae patriæ exempla. Atque horum quidem secessus voluntarii.

A H A L A vero, cum magister equitum Sp. Moelium regnum affectantem occidisset; custoditæ libertatis civium, exilio suo pœnas pependit.

3. C E T E R V M ut senatus populique mens in modum subitæ tempestatis concitata, leni querela prosequenda est; ita singulorum ingrata facta liberiore indignatione proscindenda sunt: Quia potentes consilij, cum utrumque ratione perpendere liceret, scelus pietati prætulerunt. Quo enim iambo, qua procella verborum, impium Sextilij caput obrui meretur? quod C. Cæsare, à quo cum studiose, tum etiam feliciter gravissimi criminis reus defensus fuerat, Cinnanae proscriptionis tempore profugum, præsidium suum in fundo Tarquinienfi cladis conditione implorare, beneficii jure reperere coactum, à sacris perfidæ mensæ, & altaribus nefandorum Penatium avulsam, truculento victori jugulandam tradere non exhorruit. Finge accusatorem ejus fortuna publica in supplicis nomen conversum, tam luctuosam illum operam genibus annexum orasse, crudeliter

tamen repulsus videretur: quia etiam quos injuriæ invidiosos faciunt, gratulos miseriæ reddunt. Verum Sextilius non accusatorem, sed patronum sævissimæ inimicæ violentiæ suis manibus objecit: si metu mortis, vita indignus: si præmii spe, morte dignissimus.

4. SED ut ad alium consentaneum huic ingrati animi actum transgrediar, M. Cicero C. Popillium Lænatem, Picenæ regionis, rogatu M. Cælii, non minore cura quam eloquentia defendit: eumque causa admodum dubia fluctuantem, saluum ad penates suos remisit. Hic Popillius postea nec re, nec verbo à Cicerone læsus, ultro M. Antonium rogavit, ut ad illum proscripsum persequendum & jugulandum mitteretur: Imperatrisque detestabilis ministerii partibus, gaudio exultans Cajetam cucurrit, & virum, omitto quod amplissimæ dignitatis, certe salutis ejus auctorem studio etiam præstantis officii privatim sibi venerandum, jugulum præbere jussit: Ac protinus caput Romanæ eloquentiæ, & pacis clarissimam dexteram, per summum & securum otium amputavit. Eaque sarcina, tanquam optimis spoliis alacer in Urbem reversus est. Neque ei sceleratum portanti onus succurrit, illud se caput ferre, quod pro capite ejus quondam peroraverat. Invalide ad hoc monstrum fugillandum literæ: quoniam qui talem Ciceronis casum satis digne deplorare possit, alius Cicero non extat.

5. QVO te nunc modo Magne Pompei attingam, nescio: Nam & amplitudinem fortunæ tuæ, quæ quondam omnes terras, & omnia maria fulgore suo occupaverat, inueor; & ruinam ejus majorem esse, quam ut manu mea attentari debeat, memini. Sed nobis tamen tacentibus Cn. Carbonis, à quo admodum adolescens de paternis bonis in foro diuicans protectus es, jussu tuo interempti mors animis hominum obversabitur, non siue aliqua reprehensione: quia tam ingrato facto, plus L. Syllæ viribus, quam propriæ indulisti verecundiæ.

### E X T E R N A.

1. AT ne nostra confessis alienigenæ turbes insultent: Carthaginieses Annibalem, qui pro illorum incolumitate & victoria, tot imperatores, totque exercitus nostros trucidaverat; quot gregarios milites hostium si occidisset, magnæ gloriæ foret; è conspectu suo submovere in animum induxerunt.

2. NEMINEM Lycurgo aut majorem aut utiliorem virum Lacedæmon genuit: utpote cui Apollo Pythius

Pythius oraculum petenti respondisse fertur : Nescire se utrum illum hominum, an deorum numero aggregaret. Huic tamen neque vitæ summa sinceritas, neque constantissimus erga patriam amor, neque leges salutariter excogitatæ auxilio esse potuerunt, quo minus infestus civis experiretur: Sæpe enim lapidibus petitus, aliquando furore publico ejectus, etiam privatus oculo: ad ultimum ipsa patria pulsus est. Quid aliæ faciant urbes; ubi etiam illa, quæ constantiæ, & moderationis, & gravitatis eximiam sibi laudem vendicat, tam ingrata adversus tam bene meritum extitit?

3. **DE TRAHĒ** Atheniensibus Thesæa, pullæ aut non tam claræ Athenæ erunt: siquidem ille vicatim dispersos cives suos in unam urbem contraxit: passimq; & agresti more viventi populo amplissimæ civitatis formam atque imaginem imposuit. Idem sæva potentissimi regis Minois imperia vixdum ætate pubescente repulit. Idem effrænatam Thebanorum insolentiam domuit. Idem opem liberis Herculistulit, & quicquid ubique monstri aut sceleris fuit; virtute animi ac robore dextræ comminuit. Hæc tamen summori ab Atheniensibus, Scyros exule minor insula, ossa mortui cepit. Iam Solon, qui tam præclaras, tanque utiles Atheniensibus leges tulit, ut si his perpetuo uti voluissent, sempiternum habituri fuerint imperium: qui Salamina velut hostilem arcem ex propinquo saluti eorum imminentem recuperavit, qui Pisistrati tyrannidem primus vidit orientem, & solus armis opprimi debere, palam dictitare ausus est; senectutem Cypri profugus exegit: neq; ei in patria, de qua optime meruerat, humari contigit. Bene egissent Athenienses cum Miltiade, si enim post trecenta milia Persarum Marathone devicta, in exilium protinus misissent, ac non in carcere & vinculis mori coegissent. Sed ut pato hæc tunc sævire adversus optime meritum abunde non duxerunt. Imo ne corpus quidem ejus, sic expirare coacti, sepulturæ prius mandari passi sunt; quam filius ejus Cimón eisdem vinculis se coustruendum traderet. Hanc hæreditatem paternam maximi ducis filius, & futurus ipse ætatis suæ dux maximus, solam se crevisse, catenas scilicet & carcerem, gloriari posuit. Aristides etiam, quo totius Græciæ justitia censetur, continentia quoque eximium specimenes, patria excedere iussus est. Felices Athenas, quæ post illius exilium invenire aliquem aut virum bonum, aut amantem sui civem potuerunt; cum quo tunc ipsa sanctitas migravit! Themistocles eorum, qui ingratham patriam experti sunt, celeberrimum exemplum; cum illam

incolumem, claram, opulentam, principem Græciæ reddidisset, eousque sensit inimicam; ut ad Xerxis, quem paullo ante destruxerat, nõ debitam sibi misericordiam perfigere necesse haberet. Phocion vero his dotibus, quæ ad pacandum hominẽ potentissimè judicantur, eloquentia & integritate instructissimus, tantum non in eculeo ab Atheniensibus impositus est; sed certe post obitum nullam Atticæ regionis, quæ ossibus ejus injiceretur, glebulam invenit; jussus extra fines projici, intra quos optimus civis vixerat. Quid obest igitur, quin publica dementia sit existimanda, summo consensu maximas virtutes, quasi gravissima delicta punire, beneficiaq; injuriis rependere? Quod cum ubique, tum præcipue Athenis intolerabile videri debet: in qua urbe adversus ingratos actio constituta est. Et recte: quia dandi & accipiendi beneficii commercium, sine quo vix vita hominum cõstat, perdit & tollit, quisquis benemerito parem referre gratiam negligit. Quantam ergo reprehensioñe mereantur, qui cum æquissima jura, sed iniquissima haberent ingenia; moribus suis, quam legibus uti maluerunt? quod si qua providentia deorum effici possët, ut excellentissimi viri, quorum modo casus retuli, legem ingratorum vindicem retinentes, patriam suam in jus ad aliam civitatem pertraherent; nonne ingeniosum & garulum populum, in utrum atque elinguem hac postulatione reddidissent? Discordes foci tui, & pagis dividua tuguria Græciæ facta sunt columen. Lucet Marathon Persicis trophæis: Salamis & Artemisium Xerxis naufragia numerantur: prævalidis manibus exhausta incœnia, pulchrioribus operibus confurgunt: harum rerum auctores ubi vixerint, ubi jacent responde. Nempe Thesea parvulo in scopulo sepeliri, & Miltiadem in carcere mori, & Cinoua paternas induere cænas, & Themistoclem victorem victi hostis genua complecti. Solonemque cum Aristide, & Phocione penates suos ingrata fugere coegisti: cum interim cineribus nostris fæde ac miserabiliter dispersis, Oedipodis ossa, cæde patris, nuptiis matris cõtaminata, inter ipsum Areopagum, divini atque humani certaminis venerabile domicilium, & excelsis præsidis Minervæ arcem, honore aræ decorata quasi sacrosancta colis: Adeo tibi aliena mala tuis bonis gratiora sunt. Lege itaque legem, quæ te jurejurando obstrictam tenet: & quia benemeritis debita reddere præmia noluit, lætus justa piacula exolve. Tacent muræ illorum umbræ fati necessitate constrictæ: at inimemores beneficiorum Athenas omnis lingua sermone licenti in reprehensionem soluta, non tacet.

CAPVT

## CAPVT IV.

## DE PIETATE IN PARENTES.

Cujus exempla  
Rom. sunt.

1. Cn. *Marcus Coriolanus.*
2. P. *Scipio Africanus maior.*
3. T. *Manlius Torquatus.*
4. M. *Aurilius Cotta.*
5. C. *Flaminius trib. pl.*
6. *Claudia virgo Vestalis.*
7. *Filia matrem in carcere mamma nutriens.*

Externâ.

1. *Pero filia patrem mamma nutriens.*
2. *Cimon Atheniensis.*
3. *Duo fratres Hispani.*
4. *Cleobis & Bithon, Amphinomus & Anaprus.*
5. *Scythæ.*
6. *Cræsi regis filius matris.*
7. *Pulto Pinnensis juvenis.*

**S**ED omittamus ingratos, & potius de piis loquamur. aliquanto enim satius est favorabili, quam invidiæ rei vacare. Venite igitur in manus nostras prospera parentium vota, felicibus auspiciis propagatæ soboles: quæ efficiatis ut & gemide juvet, & generare libeat.

1. **CORIOLANVS** maximi vir animi, & altissimi consilii, optimeque de republica meritis, iniquissimæ damnationis ruina prostratus, ad Volscos infestos tunc Romanis confugit. Magno ubique pretio virtus æstimatur. Itaque quo latebras quæsitum venerat, ibi brevi summum adeptus est imperium. Evenitque, ut quem pro se salutarem imperatorem cives habere noluerant; penè pestiferum adversus se ducem experirentur. Frequenter enim suis exercitibus nostris victoriarum suarum gradibus, aditum juxta moenia urbis Volscis militi struxit. Quapropter fastidiosus ille in æstimandis bonis suis populus, qui reo non pepercerat, exuli coactus est supplicare. Missi ad eum deprecandum legati, nihil profecerunt. Missi deinde sacerdotes cum insulis, a que sine effectu redierunt. Stupebat Senatus, trepidabat populus, viri pariter ac mulieres exitium imminens lamentabânur. Tunc Veturia Coriolani mater Volunianam uxorem ejus, & liberos secum trahens castra Volscorum petiit. Quam ubi filius aspexit, Expugnasti, inquit, & vicisti iram meam, patriæ, precibus hujus admotis: cujus uero te, quamvis merito mihi invidiam, donec: Continuoque Romanum agrum hostilibus armis liberavit. Ergo peccus dolore acceptæ injuriæ, spe potiundæ victoriæ,

verecundia detrectandi ministerii, meum mortis refertum, totum sibi pietas vacinescit: uniusque parentis aspectus bellum atrox salutari pace mutavit.

2. **E A D E M** pietas viribus suis inflammatarum Africanum superiorem, vix dum annos puerilitatis egressum, ad opem patri in acie ferendam, virili robore armavit. Consulem enim eum apud Ticinum fluvium adversus auspiciis cum Annibale pugnante graviter faucium, intercessu suo servavit: neque illum aut ætatis infirmitas, aut militiæ tyrocinium, aut infelicis proclii etiam veterano bellatori pertimescendus exitus interpellare valuit, quo minus duplici gloria conspicuam coronam, imperatore simul & patre ex ipsa morte raptò, mereretur.

3. **A V R I B V S** ista tam præclara exempla Romana civitas accepit, illa vidit oculis. **L. Manlio** Impericillo diem ad populum Pomponius tribunus pl. dixerat, quod occasione bene conficiendi belli ductus, legitimum obtinendi imperii tempus excessisset. Quodque filium optinæ iudolis juvenem rustico opere gravium publicis usibus subtraheret. Id postquam **Mauilius** adolescens cognovit, protinus Urbem petiit, & se in **Pomponii** domum prima luce direxit: qui existimans in hoc eum venisse, ut patris crimina, à quo plus justo asperè tractabatur, deferret; excedere omnes iussit cubiculo, quo licentius remotis arbitris iudicium perageret. Nactus occasionem opportunam proposito suo juvenis, gladium, quem tectum attulerat distinxit, tribunalque iniuriæ ac terrore compulsus jurare coegit, à patris ejus accusatione recessurum: Eoque effectum est, ne Imperiosus causam diceret. Commendabilis est pietas, quæ mansuetis parentibus præstatur: sed **Manlius** quo horridiorem patrem habuit, hoc laudabilius periculo ejus subvenit: quia ad eum diligendum præter naturalem amorem, nullo indulgentiæ blandimento invitatus fuerat.

4. **H A N C** pietatem æmulatus **M. Cotta**, eo ipso die quo togam sumpsit virilem; protinus in e Capitolio descendit, **C. Carbonem**, à quo pater ejus damnatus fuerat, postulavit: peractumque reum iudicio affixit, & ingenium & adolescentiam præclaro opere ansperatus.

5. **A P V D C.** quoque **Flaminius** auctoritas patris aequè potens fuit. Nam cum tribunus pl. legem de Gallico agro virorum dividendo, invito & repugnante senatu promulgasset, precibus minisque ejus acerrime resistens, ac de exercitu quidem adversus se conscripto,

si in eadem sententia perseveraret, absterritus, postquam pro Roltris ei legem jam referenti pater manum iniecit; privato fractus imperio, descendit è Roltris, ne minimo quidem murmure destitutæ concionis reprehensus.

6. **MAGNA** sunt hæc virilis pietatis opera, sed nescio an his omnibus valentius & animosius Claudiæ Vestalis virginis factum. Quæ cum patrem suum triumphantem è curru violenta tribuni plebis manu detrahi animadvertisset; mira celeritate utrisque se interponendo, amplissimam potestatem inimicitis accensam depulit. Igitur alterum triumphum pater in Capitolium, alterum filia in ædem Vestæ duxit. Nec discerni potuit, utri plus laudis tribueretur, an cui victoria, an cui Pietas comes aderat.

7. **IGNOSCITE** vetustissimi foci veniamque æterni date ignes, si à vestro sacratissimo templo ad necessarium magis, quam speciosum urbis locum contextus operis vestri progressus fuerit. Nulla enim acerbitate fortunæ, nullis sordibus pretium charæ pietatis evilescit: Quin etiam eo certius, quo miserius experimentum habet. Sanguinis ingenui mulierem prætor apud tribunal suum capitali crimine damnatam, triumpho in carcere necandam tradidit. Quo receptam, is qui custodiæ præerat, misericordia motus, non protinus strangulavit. Aditum quoque ad eam filia, sed diligenter excusæ, nequid cibi inferret, dedit: existimans futurum, ut inedia consumeretur. Cum autem jam dies plures intercederent, secum ipse quærens, quidnam esset, quod tandiu sustentaretur; curiosus observata filia, animadvertit illam exerto ubere famem matris lactis sui subsidio lenientem. Quæ tam admirabilis spectaculi novitas ab ipso ad triumvirum, à triumviro ad Præto-rem, à Præto-rem ad concilium judicum perlata, remissionem poenæ mulieri impetravit. Quo non penetrat, aut quid non excogitat pietas, quæ in carcere servandæ genitricis novam rationem invenit? Quid enim tam inusitatum, quid tam inauditum, quam matrem natæ uberibus alitam? Putaret aliquis hoc contra rerum naturam factum; nisi diligere parentes prima naturæ lex esset.

#### EXTERNÆ.

1. **IDEM** de pietate Perus existimetur, quæ patrem suum Cimona consimili fortuna affectum, parique custodiæ traditum, jam ultimæ senectutis, velut infantem pectori suo adnotum aluit. Hærent ac stupent horum oculi, cum hujus facti pictam imaginem vident,

casusque antiqui conditionem, præsentis spectaculi admiratione renovant; in illis mutis membrorum lineamentis viva ac spirantia corpora intueri credentes. Quod necesse est animo quoque evenire, aliquanto est speciosiore pictura literarum: vetera pro recentibus admodum recordari. \*

2. NE te quidem Cimou silentio involvam, qui patri tuo sepulturam voluntariis vinculis emere non dubitasti. Nam etsi maximo tibi postea & civi, & duci evadere contigit; plus tamen aliquanto landis in carcere, quam in Curia assecurus es. Cæteræ enim virtutes admirationis tantummodo multum, pietas vero etiam amoris plurimum meretur.

3. VOS quoque fratres memoria complectar, quorum animus origine fuit nobilior. Siquidem admodum humiles in Hispania nati, pro parentum alimentis spiritum erogantes, specioso exitu vitæ inclaruistis. Duodecim enim millia nummum, quæ post mortem vestram his darentur, à Paciacis pacti; ut eorum patris interfectorem Epastum gentis suæ tyrannum occideretis: Nec autem solum insigne facinus estis, sed etiam strenuo ac forti exitu clausistis. Hisdem enim manibus Paciacis ultionem, Epasto poenam, genitoribus alimenta, vobis gloriosa fata peperistis. Itaque tumulis etiam nunc vivitis, quia parentum senectutem tueri, quam vestram expectare, fatius esse duxistis.

4. NOTIORA sunt fratrum paria, Cleobis & Biton, Amphinomus & Anapus: illi, quod ad sacra lunonis peragenda matrem vexerunt: hi, quod patrem & in matrem humeris per medios ignes Æthnæ portarunt: sed neutris pro spiritu parentum expirare propositum fuit.

5. NEC ergo Argivam detrecto laudem, aut Ætnæ montis gloriam involverim: verum obscuriori propter ignorantiam pietati notitiæ lumen admoveo: licet Scythiis libenter pietatis testimonium reddo. Dario enim totius regni sui viribus in eorum regiones subinde impetum facienti, paulatim cedentes, ad ultimas Asiæ solitudines pervenerant. Interrogati deinde ab eo per legatos, quem fugiendi finem, aut quod initium pugnandi facturi essent, responderunt, Se nec urbes illas, nec agros cultos, pro quibus dimicarent, habere. Cæterum cum ad parentum suorum monumenta venissent, sciturum quemadmodum Scythæ præliari solerent. Quo quidem uno tam pio dicto, immanis & barbata gens ab omni se feritatis crimine redemat. Prima igitur & optima rerum natura pietatis est, magistra, quæ nullo vocis



lo vocis ministerio, nullo usu literarum indigens; propriis ac tacitis viribus, charitatem parentum pectoribus liberorum infundit. Quid ergo doctrina proficit? ut politiora, scilicet, non ut meliora fiant ingenia: quoniam quidem solita virtus nascitur magis, quam fugitur.

6. QVIS enim plaustris vagos, & silvarum latebris corpora sua regentes, in modumque ferarum laniantu pecudum viventes, Dario sic respondere docuit? Illa nimis, quæ etiam Croesi filiū loquendi usu defectum, ad protegendam patris incolumitatem ministerio vocis instruxit. Captis enim à Cyro Sardibus, cum unus è numero Persarum, ignarus viri, in cædem ejus concitato ferretur impetu: velut oblitus quid sibi nascenti fortunam denegasset, ne Croesum regem occideret, proclamando, pene jam impressum jugulo mucronem revocavit. Ita qui ad id tempus mutus sibi vixerat, salutis parentis vocalis factus est.

7. EADEM charitas Italico bello Pinnensem juvenem, cui Pultoni erat cognomen, tanto animi corporisque robore armavit: Ut cum obsessæ urbis suæ claustris præsideret, & Romanus imperator patrem ejus captivum, in conspectu ipsius constitutum, districtis militum gladiis circumdedisset, occisurum se miuitans, nisi irruptioni suæ iter præbuisset, solus è manibus senon raperit, duplici pietate memorandus, quod & patris servator, nec patriæ fuerit proditor.

## CAPVT V.

## DE BENEVOLENTIA FRATERNA.

1 P. *Africani majoris.*

3 Ti. *Cæsaris Augusti.*

2 M. *Fabii Vibulani cos.*

4 *Militis cujusdam.*

HANC pietatem proximus fraternæ benevolentiae gradus excipit. Nam ut merito primum amoris vinculum ducitur, plurima & maxima beneficia accepisse: ita proximum judicari debet simul accepisse. Quam copiosè enim suavitatis illa recordatio est! In eodem domicilio antequam nascerer, habitavi: in eisdem incunabulis infantiae tempora peregi: eisdem appellavi parentes, eadem pro me vota excubuerunt: patrem ex majorum imaginibus gloriam traxi. Chara est uxor, dulces liberi, jucundi amici, accepti affines: sed postea

cognitis

- 5 *Cn. Pompeji Magni in Annibalem.*  
*Cn. Carbonem, 2 Spartanorum in Lycum-*  
*Externorum. gum.*  
 1 *Carthaginensium in 3 Atheniensium in The-*  
*sea & alios.*

1. **V**RBIS nostræ parentem senatus in amplissimo dignitatis gradu ab eo collocatus in curia laceravit; nec duxit nefas ei vitam adimere, qui æternum Romano imperio spiritum ingeneraverat. Rude nimirum illud & ferox seculum, conditoris sui cruore fæde maculatum, ne summa quidem posteritatis dissimulare pietas potest.

2. **H**VNC ingratum lapsæ mentis errorem, consentanea nostræ civitatis pœnitentia sequitur. Virium Romanarum & incrementum lætissimum, & tutela certissima Furius Camillus, in Vrbe incolumitatem suam tueri non valuit; cujus ipse salutem stabilierat, felicitatem auxerat. Siquidem a L. Appulejo Tribuno pl. tanquam peculator Vejentanæ prædæ reus factus, duris atque (ut ita dicam) ferrets sententiis in exilium missus est. Et quidem eo tempore, quo optimo juvene filio spoliatus, solatiis magis allevandus, quam cladibus onerandus erat; Sed immemor patria tanti viri maximorum mesitorum, exequiis filii, damnationem patris junxit. At, inquit, ærario abesse Tribunus plebis querebatur quindecim millia æris, tanti nanque pœna finita est. Indignam summam, propter quam populus Romanus tali principe careret. Priore adhuc querela vibrante, alia deinceps exurgit; Africanus superior, non solum contusam & confractam belli Punici armis Rempubl. sed pene jam exsanguem, atque morientem Africæ domum reddidit; cujus clarissima opera injuriis pensando civeis, vici eum ignobilis, ac desertæ paludis accolam fecerunt: Ejusque voluntarii exilii acerbiter non tacitus ad inferos tulit, sepulchro suo inscribi jubendo, **INGRATA. PATRIA. NE. OSSA. QUIDEM. MEA. HABES.** Quid ista aut necessitate indignius, aut querela justius, aut ultione moderatius? Cineres ei suos negavit, quam in cineres collabi passus non fuerat. Igitur hanc unam Scipionis vindictam ingrati animi urbs Roma sensit: majorem ne hercule Coriolani violentia. Ille enim metu patriam pulsavit, hic verecundia: De qua ne queri quidem tanta veræ pietatis constantia nisi post fata sustinuit. Talia passio (credo) quæ fratri ejus accidere solatio esse potuerunt; cui rex Antiochus devictus, & Asia impe-

imperio populi Rom. adjecta, speciosissimusque triumphus, ut pecularis reus fieret, & in carcerem duci juberetur, causam præbuit. Nihil virtute minor fuit posterior Africanus: sed ne exitu quidem felicior: Duabus enim urbibus Numantia atque Carthagine imperio Rom. imminentibus, ex feram natura depulsis, raptorem spiritus domi inueit, mortis punitore in foro non reperit. Quis igitur tantum laudis Scipionem Nasicam toga, quantum armis utrumque Africanum meruisse? Qui pestiferam Ti. Gracchi manu faucibus apprehensam remp. strangulari passus non est. Sed is quoque propter iniquissimam vitium suarum apud cives æstimationem, sub titulo legationis Pergamum secessit. Et quod vitæ superstit, ibi sine ullo ingratiæ patriæ desiderio peregit.

In eodem nomine versor, nec dum Corneliæ gentis querelas exhausti. Nam P. Lentulus clarissimus & amantissimus reipublicæ civis, cum in Aventino C. Gracchi, nefarios conatus, & aciem pia ac forti pugna, magnis vulneribus exceptis fugasset: prælii illius, quo leges, pacem, libertatemque in suo statu retinuerat, hanc mercedem tulit, ne in urbe nostra moreretur. Siquidem invidia & obtreccatione compulsus, legatione à senatu libera impetrata, habitaque concione, qua à diis immortalibus petiit ne unquam ad ingratum populum reverteretur, in Siciliam profectus est, ibique perseveranter morando compotem se voti fecit. Quinque igitur Cornelii toridem sunt notissima ingratiæ patriæ exempla. Atque horum quidem secessus voluntarii.

A H A L A vero, cum magister equitum Sp. Maelium regnum affectantem occidisset; custodiæ libertatis civium, exilio suo poenas pependit.

3. C E T E R V M ut senatus populique mens in modum subitæ tempestatis concitata, leni querela prosequenda est; ita singulorum ingrata facta liberiore indignatione proscindenda sunt: Quia potentes consilii, cum utrumque ratione perpendere liceret, scelus pietati prætulerunt. Quo enim iambo, qua procella verborum, impium Sextiliæ caput obrui meretur? quod C. Cæsare, à quo cum studiose, tum etiam feliciter gravissimi criminis reus defensus fuerat, Cinnaræ proscriptionis tempore profugum, præsidium suum in fundo Tarquinienus cladis conditione implorare, beneficii jure reperere coactum, à sacris perfidæ mensæ, & altaribus nefandorum Penatium avulsam, truculento victori jugulandam tradere non exhorruit. Finge accusatorem ejus fortuna publica in supplicis nomen conversum, tam luctuosam illum open genibus annexum orasse, crudeliter

tamen repulsus videretur: quia etiam quos injuriæ invidiosos faciunt, gratiosos miseriæ reddunt. Verum Sextilius non accusatorem, sed patronum sævissimæ inimicæ violentiæ suis manibus objecit: si metu mortis, vita indignus: si præmii spe, morte dignissimus.

4. SED ut ad alium consentaneum huic ingrati animi actum transgrediar, M. Cicero C. Popillum Læuatem, Picenæ regionis, rogatu M. Cælii, non minore cura quam eloquentia defendit: eumque causa admodum dubia fluctuantem, saluum ad penates suos remisit. Hic Popillius postea nec re, nec verbo a Cicerone læsus, ultro M. Antonium rogavit, ut ad illum proscripsum persequendum & jugulandum mitteretur: Impetratisque detestabilis ministerii partibus, gaudio exultans Cajetam cucurrit, & virum, omitto quod amplissimæ dignitatis, certe salutis ejus auctorem studio etiam præstantis officii privatim sibi venerandum, jugulum præbere jussit: Ac protinus caput Romanæ eloquentiæ, & pacis clarissimam dexteram, per summum & securum otium amputavit. Eaque sarcina, tanquam optimis spoliis alacer in Urbem reversus est. Neque ei sceleratum portanti onus succurrit, illud se caput ferre, quod pro capite ejus quondam peroraverat. Invalidæ ad hoc monstrum sigillandam literæ: quoniam qui talein Ciceronis casum satis dignè deplorare possit, alius Cicero non extat.

5. QVO te nunc modo Magne Pompei attingam, nescio: Nam & amplitudinem fortunæ tuæ, quæ quondam omnes terras, & omnia maria fulgore suo occupaverat, intueor; & ruinam ejus majorem esse, quam ut manu mea atterari debeat, memini. Sed nobis tamen tacentibus Cn. Carbonis, à quo admodum adolescens de paternis bonis in foro dimicans protectus es, jussu tuo interempti mors animis hominum obversabitur, non siue aliqua reprehensione: quia tam ingrato facto, plus L. Syllæ viribus, quam propriæ indulisti verecundiæ.

## E X T E R N A.

1. AT ne nostra confessis alienigenæ urbes insultent: Carthaginenses Annibalem, qui pro illorum incolumitate & victoria, tot imperatores, totque exercitus nostros trucidaverat; quot gregarios milites hostium si occidisset, magnæ gloriæ foret; è conspectu suo submovere in animum induxerunt.

2. NEMINEM Lycurgo aut majorem aut utiliorem virum Lacedæmon genuit: utpote cui Apollo Pythius

Pythius oraculum petenti respondisse fertur : Nescire se utrum illum hominum, an deorum numero aggregaret. Huic tamen neque vitæ summa sinceritas, neque constantissimus erga patriam amor, neque leges salutariter excogitatæ auxilio esse potuerunt, quo minus infestus civis experiretur: Sæpe enim lapidibus petitus, aliquando furore publico ejectus, etiam privatus oculo; ad ultimum ipsa patria pulsus est. Quid aliæ faciant urbes; ubi etiam illa, quæ constantiæ, & moderationis, & gravitatis eximiam sibi laudem vendicat, tam ingrata adversus tam benemeritum extitit ?

3. **DE TRAHĒ** Atheniensibus Thesea, nullæ aut non tam claræ Athenæ erunt: siquidem ille vicatim dispersos cives suos in unam urbem contraxit: passimq; & agresti more viventi populo amplissimæ civitatis formam atque imaginem imposuit. Idem sæva potentissimi regis Minois imperia vixdum ætate pubescente repulit. Idem effrænatam Thebanorum insolentiam domuit. Idem opem liberis Herculis tulit, & quicquid ubique monstri aut sceleris fuit; virtute animi ac robore dextræ comminuit. Hujus tamen summo ab Atheniensibus, Scyros exule minor insula, ossa mortui cepit. Iam Solon, qui tam præclaras, tanque utiles Atheniensibus leges tulit, ut si his perpetuo uti voluissent, sempiternum habituri fuerint imperium: qui Salamina velut hostilem arcem ex propinquo saluti eorum imminentem recuperavit, qui Pisistrati tyrannidem primus vidit orientem, & solus armis opprimi debere, palam dictitare ausus est; senectutem Cypri profugus exegit: neq; ei in patria, de qua optime meruerat, humari contigit. Bene egissent Athenienses cum Miltiade, si eum post trecenta millia Persarum Marathone devicta, in exilium protinus misissent, ac non in carcere & vinculis mori coegissent. Sed ut puto hætenus sævire adversus optime meritum abunde non duxerunt. Imo ne corpus quidem ejus, sic expirare coacti, sepulturæ prius mandari passi sunt; quam filius ejus Cimón eisdem vinculis se construendum traderet. Hanc hæreditatem paternam maximi ducis filius, & futurus ipse ætatis suæ dux maximus, solam se crevisse, catenas scilicet & carcerem, gloriari potuit. Aristides etiam, quo totius Græciæ justitia censetur, continentia quoque eximium specimen, patria excedere iussus est. Felices Athenas, quæ post illius exilium invenire aliquem aut virum bonum, aut amantem sui civem potuerunt; cum quo tunc ipsa factitas migravit! Themistocles eorum, qui ingrati patriam experti sunt, celeberrimum exemplum; cum illam

incolumem, claram, opulentam, principem Græciæ reddidisset, eousque sensit inimicam; ut ad Xerxis, quem paullo ante destruxerat, nõ debitam sibi misericordiam perfergere necesse haberet. Phocion vero his dotibus, quæ ad pacandum hominẽ potentissimè judicantur, eloquentia & integritate instructissimus, tantum non in eculeo ab Atheniensibus impositus est; sed certe post obitum nullam Atticæ regionis, quæ ossibus ejus injiceretur, glebulam invenit; jussus extra fines projici, intra quos optimus civis vixerat. Quid obest igitur, quin publica dementia sit existimanda, summo consensu maximas virtutes, quasi gravissima delicta punire, beneficiaq; injuriis rependere? Quod cum ubique, tum præcipue Athenis intolerabile videri debet: in qua urbe adversus ingratos actio constituta est. Et rectè: quia dandi & accipiendi beneficii commercium, sine quo vix vita hominum cõstat, perdit & tollit, quisquis benemerito parem referre gratiam negligit. Quantam ergo reprehensionẽ merentur, qui cum æquissima jura, sed iniquissima haberent ingenia; moribus suis, quam legibus uti maluerunt? quod si qua providentia deorum effici possët, ut excellentissimi viri, quorum modo casus retuli, legem ingratorum vindicem retinentes, patriam suam in jus ad aliam civitatem pertraherent; nonne ingeniosum & garulorum populum, mutum atque elinguem hac postulatio-  
ne reddidissent? Discordes foci tui, & pagis dividua tur-  
guria Græciæ facta sunt columen. Lucet Marathon Per-  
sici trophæis; Salamis & Artemisium Xerxis naufragia  
numerantur: prævalidis manibus exhausta incœnia, pul-  
chrioribus operibus consurgunt: harum rerum auctores  
ubi vixerint, ubi jacent responde. Nempe Thesea par-  
vulo in scopulo sepeliri, & Miltiadem in carcere mori,  
& Cimona paternas induere catenas, & Themistoclem  
victorem victi hostis genua complecti. Solonemque cum  
Aristide, & Phocione penates suos ingrata fugere coegi-  
sti: cum interim cineribus nostris fæde ac miserabiliter  
dispersis, Oedipodis ossa, cæde patris, nuptiis matris cõ-  
taminata, inter ipsum Areopagum, divitiarumque humani  
certaminis venerabile domicilium, & excelis præfidiis  
Minervæ arcem, honore aræ decorata quasi sacrosancta  
colis: Adeo tibi aliena mala tuis bonis gratiora sunt.  
Lege itaque legem, quæ te jurejurando obstrictam te-  
net: & quia benemeritis debita reddere præmia nolui-  
sti, læsis justa piacula exolve. Tacent mutæ illorum  
umbræ fati necessitate constrictæ: at immemores bene-  
ficiorum Athenas omnis lingua sermone licenti in re-  
prehensionem soluta, non tacet.

## CAPVT IV.

## DE PIETATE IN PARENTES.

Cujus exempla  
Rom. sunt.

- 1 Cn. *Marcus Coriolanus.*
- 2 P. *Scipio Africanus major.*
- 3 T. *Manlius Torquatus.*
- 4 M. *Aurelius Cotta.*
- 5 C. *Flaminius trib. pl.*
- 6 *Claudia virgo Vestalis.*
- 7 *Filia matrem in carcere mamma nutriens.*

Externa.

- 1 *Pero filia patrem mamma nutriens.*
- 2 *Cimon Atheniensis.*
- 3 *Duo fratres Hispani.*
- 4 *Cleobis & Bytho, Amphionus & Anapies.*
- 5 *Scythæ.*
- 6 *Craſi regis filius matris.*
- 7 *Pulto Pinnenſis juvenis.*

**S**ED omittamus ingratos, & potius de piis loquamur. aliquanto enim satius est favorabili, quam invidiæ rei vacare. Venite igitur in manus nostras prospera parentium vota, felicibus auspiciis propagatæ soboles: quæ efficitis ut & gemite juvet, & generare libeat.

1. **CORIO LANVS** maximi vir animi, & altissimi consilii, optimeque de republica meritis, iniquissimæ damnationis ruina prostratus, ad Volcos infestos tunc Romanis confugit. Magno ubique pretio virtus æstimatur. Itaq; quo latebras quæsitum venerat, ibi brevi summum adeptus est imperium. Evenitque, ut quem pro se salutarem imperatorem cives habere noluerant; penæ pestiferam adversus se ducem experirentur. Frequenter enim fuis exercitibus nostris victoriarum suarum gradibus, aditum juxta moenia urbis Volco militi struxit. Quapropter fastidiosus ille in æstimandis bonis suis populus, qui reo non pepercerat, exuli coactus est supplicare. Missi ad eum deprecandum legati, nihil profecerunt. Missi deinde sacerdotes cum insulis, a que sine effectu redierunt. Stupebat Senatus, trepidabat populus, viri pariter ac mulieres exitium imminens lamentabatur. Tunc Veturia Coriolani mater Voluptiniam uxore ejus, & liberos secum trahens castra Volcorum petiit. Quam ubi filius aspexit, Expugnasti, inquit, & vicisti iram meam, patriæ, precibus hujus admotis: cujus utero te, quamvis merito mihi invidiam, dono: Continuoque Romanum agrum hostilibus armis liberavit. Ergo pectus dolore acceptæ injuriæ, spe potiundæ victoriæ,

casusque antiqui conditionem, præsentis spectaculi admiratione renovant; in illis mutis membrorum lineamentis viva ac spirantia corpora intueri credentes. Quod necesse est animo quoque evenire; aliquanto efficaciore pictura literarum: vetera pro recentibus admonitos recordari. \*

2. NE te quidem Cison silentio involvam, qui patri tuo sepulturam voluntariis vinculis enere non dubitasti. Nam etsi maximo tibi postea & civi, & duci evadere contigit; plus tamen aliquanto landis in carcere, quam in Curia assecutus es. Cæteræ enim virtutes admirationis tantummodo multum, pietas vero etiam amoris plurimum meretur.

3. VOS quoque fratres memoria complectar, quorum animus origine fuit nobilior. Siquidem admodum humiles in Hispania nati, pro parentum alimentis spiritum erogantes, specioso exitu vitæ inclaruistis. Duodecim enim in illia nuntium, quæ post mortem vestram his darentur, à Paciæcis pacti; ut eorum patris interfectorem Epastum gentis suæ tyrannum occideretis: Nec ausi solum insigne facinus estis, sed etiam strenuo ac forti exitu clausistis. Hisdem enim manibus Paciæcis ultionem, Epasto poenam, genitoribus alimenta, vobis gloriosa fata peperistis. Itaque tumulis etiam nunc vivitis, quia parentum senectutem tueri, quam vestram expectare, satius esse duxistis.

4. NOTIORA sunt fratrum paria, Cleobis & Biton, Amphinomus & Anapus: illi, quod ad sacra lunonis peragenda matrem vexerunt; hi, quod patrem & matrem humeris per medios ignes Æthnæ portarunt: sed neutris pro spiritu parentum expirare propositum fuit.

5. NEC ergo Argivam detrecto laudem, aut Ætnæ montis gloriam involverim: verum obscuriori propter ignorantiam pietatis notitiæ lumen admoveo: hoc Scythis libenter pietatis testimonium reddo. Dario enim totius regni sui viribus in eorum regiones subinde impetum facienti, paulatim cedentes, ad ultimas Asiæ solitudines pervenerant. Interrogati deinde ab eo per legatos, quem fugiendi finem, aut quod initium pugnandi facturi essent, responderunt, Se nec urbes ulla, nec agros cultos, pro quibus dimicarent, habere. Cæterum cum ad parentum sitorum monumenta venissent, sciturum quemadmodum Scythiæ proeliari solerent. Quo quidem uno tam pio dicto, immanis & barbara gens ab omni se feritatis crimine redemit. Prima igitur & optima rerum natura pietatis est magistra, quæ nullo vocis



lo vocis ministerio, nullo usu literarum indigens; propriis ac tacitis viribus, charitatem parentum pectoribus liberorum infundit. Quid ergo doctrina proficit? ut politiora, scilicet, non ut meliora fiant ingenia: quoniam quidem solita virtus nascitur magis, quam fugitur.

6. QVIS enim plaustris vagos, & silvarum latebris corpora sua regentes, in modumque ferarum lanatu pecudum viventes, Dario sic respondere docuit? Illa nimisum, quæ etiam Croesi filium loquendi usu defectum, ad protegendam patris incolumitatem ministerio vocis instruxit. Captis enim à Cyro Sardibus, cum unus è numero Persarum, ignarus viri, in cædem ejus concitato ferretur imperu: velut oblitus quid sibi nascenti fortunâ denegasset, ne Croesum regem occideret, proclamando, pene jam impressum jugulo mucronem revocavit. Ita qui ad id tempus mutus sibi vixerat, salutis parentis vocalis factus est.

7. EADEM charitas Italico bello Pinnensem juvenem, cui Pultroni erat cognomen, tanto animi corporisque robore armavit: Ut cum obsessæ urbis suæ claustris præsideret, & Romanus imperator patrem ejus captivum, in conspectu ipsius constitutum, districtis militum gladiis circumdedisset, occisurum se minitans, nisi irruptioni suæ iter præbuisset, solus è manibus senon rapuerit, duplici pietate memorandus, quod & patris servator, nec patriæ fuerit proditor.

## CAPUT V.

## DE BENEVOLENTIA FRATERNA.

1 P. *Africani majoris.*

3 Ti. *Cæsaris Augusti.*

2 M. *Fabii Vibulani cos.*

4 *Militis cujusdam.*

HANC pietatem proximus fraternæ benevolentiae gradus excipit. Nam ut merito primum amoris vinculum ducitur, plurima & maxima beneficia accepisse: ita proximum judicari debet simul accepisse. Quâ copiosè enim suavitatis illa recordatio est? In eodem domicilio antequam nascerer, habitavi: in iisdem incunabilis infantiae tempora peregi: eosdè appellavi parentes; eadem pro me vota excubuerunt: patrem ex majorum imaginibus gloriam traxi. Chara est uxor, dulces liberi, jucundi amici, accepti affines: sed postea  
cognitis

cognitis nulla benevolentia accedere debet, quæ priorẽ exhaustat.

1. **A T Q V E** hoc teste Scipione Africano loquer, qui tametsi arctissima familiaritate Lælio junctus erat, attamen senatum supplex oravit; ne provinciæ fors fratri suo erepta, ad eum transferretur: legatumque se L. Scipioni in Asiam iturum promisit: & major natu, minori, & fortissimus imbelli, & gloria excellens, laudis inopi, &, quod super omnia est, nondum Asiatico, jam Africanus. Itaque clarissimorum cognominum alterum sumpsit, alterum dedit; triumphique prætextam hujus excepit, illius tradidit: ministerio aliquanto major, quam frater imperio.

2. **M.** vero Fabius consul inclyta pugna Etruscis, & Vejentibus superatis; delatum sibi summo senatus populique studio triumphum ducere non sustinuit: quia eo proelio Q. Fabius frater ejus consularis fortissime dimicans occiderat. Quam in eo pectore pietatem fraternæ charitatis habitasse existimemus, propter quam amplissimi honoris tantus fulgor extingui potuit?

3. **H O C** exemplo verustas; illo seculum nostrum oruatum est: cui contigit fraternum jugum Claudie prius, nunc etiam Iulie gentis intueri decus: Tantum enim amorem princeps, parensque noster insutum animo fratris Drusi habuit; ut cum Ticini, quo victor hostium ad complectendos parentes venerat, gravi illum & periculosa valetudine in Germaniam fluctuare cognosset, protinus inde meru attonitus erumperet. Iter quoque quam rapidum & præceps velut uno spiritu corripuerit, eo pater; quod Alpes Rhenumque transgressus die ac nocte mutato subinde equo, ducenta millia passuum, per modo devictam Barbariem, Antabagio duce solo comite contentus evasit. Sed enim tunc maximo labore & periculo implicatum, mortaliumque frequentia defectum, sanctissimum pietatis numen, & dii fautores extimiarum virtutum, & fidissimus Romani imperii custos Jupiter comitatus est. Drusus quoque, quanquam fato jam suo, quam nullius officio propior erat, vigore spiritus, & corporis viribus collapsus: eo ipso tamen, quo vita & mors distinguitur, momento, legiones cum insignibus suis fratri obviam procedere iussit, ut imperator salutaretur. Præcepit etiam dextra in parte prætorium ei statui, & consulare & imperatorum nomen obtinere voluit. Eodemque tempore, & fraternæ majestati cessit, & vita excessit. His scio equidem nullum aliud quam Castoris & Pollucis specimeu consanguineæ charitatis convenienter adjici posse.

4. **S E D**

4. SED omnis memoriæ clarissimis imperatoribus profecto non erit ingratum, si militis summa erga fratrem suum pietas huic voluminis parti adhæserit. Is namque in castris Cn. Pompeji stipendia perageus, cum Sertorianum militem acrius sibi in acie instantem cominus interemisset, jacentemque spoliaret; ut fratrem germanum esse cognovit, multum ac diu convitio deos obdonum impiæ victoriæ insectatus, prope castra transtulit, & pretiosa veste opertum, rogo imposuit. Ac deinde subiecta face, prorins eodem gladio, quo illum interemerat, pectus suam transverberavit; seque super corpus fratris prostratum, communibus flammis cremandum tradidit. Licebat ignorantia beneficio innocenti vivere: sed ut sua potius pietate, quam aliena venia uteretur, comes fraternæ neci non defuit.

## CAPUT VI.

## DE PIETATE ERGA PATRIAM.

1	<i>L. Junii Bruti primi cor.</i>	Externorum.
2	<i>M. Curtii eq. Rom.</i>	1 <i>Codri regis Atheniensium.</i>
3	<i>M. Genutii Cipi prætoris.</i>	2 <i>Thrasymbuli Atheniensis.</i>
4	<i>Q. Alii Peti prætoris.</i>	3 <i>Themistoclis Atheniensis.</i>
5	<i>P. Decii Q. F. cos.</i>	4 <i>Philenorum fratrum.</i>
6	<i>P. Decii P. F. cos.</i>	5 <i>Aristotelis Stagiritæ.</i>
7	<i>P. Africani majoris.</i>	
8	<i>Civium Romanorum.</i>	

**A**RTISSIMIS sanguinis vinculis pietas satisfecit: restat nunc ut patriæ exhibeatur: Cujus majestati, etiam illa quæ deorum numinibus æquatur, auctoritas parentum, vires suas subjecit: fraternæ quoque charitas æquo animo ac libenti cedit, summa quidem cum ratione. Quia eversa domo, intentatus reip. status manere potest: urbis ruina, penates omnium trahat secum necesse est. Verum quid artinet verbis ista complecti? quorum tanta vis est, ut aliqui ea salutis suæ impendio restati sint.

1. **BRUTVS** consul primus cum Arunte Tarquinii Superbi regno expulsi filio in acie ita equo concurrat; ut pariter illatis hastis, uterque mortifico vulnere ictus exanimis prosterneretur. Merito adjecerim populo Romano libertatem suam magno stetitisse.

2. **CVM** autem in media parte fori, vasto ac repen-

repentino hiatu terra subsideret, responsumque esset; re illum tantummodo compleri posse, qua pop. Rom. plurimum valeret; Curtius & animi & generis nobilissimus adolescens, interpretatus Urbem nostram virtute armisque præcipue excellere; militaribus insignibus ornatus, equum conscendit, eumque vehementer admotis calcaribus præcipitem in illud profundum egit. Super quem universi cives honoris gratia certatim fruges iniecerunt, continuoque terra pristinum habitum recuperavit. Magna postea decora in foro Romano fulserunt; nullum tamen hodieque quod pietate Curtii erga patriam clarius obversatur exemplum; cui principatum gloriæ obtineuti, consimile factum subnectam.

3. **GENVICIO** Cipo Prætori paludato portam egredienti, novi & inauditi generis prodigium incidit. Namque in capite ejus subito veluti cornua emerferunt; responsumque est regem eum fore, si in Urbem revertisset. Quod ne accideret, voluntarium sibi met ac perpetuum indixit exilium. Dignam pietatem, quæ quod ad solidam gloriam attinet, septem regibus præferatur. Cujus testandæ rei gratia capitis effigies ærea, qua excellerat portæ inclusa est: dictaque Raudusculana, quod olim æra raudera dicebantur.

4. **GENVICIVS** laudis hujus quæ major excogitari vix potest, successionem Ælio Prætori tradidit. Cujus jus dicentis cum in capite picus consedisset aruspicesque affirmassent, conservato eo fore domus ipsius statum felicissimum, reip. miserimum; occiso, in contrarium utrumque cessurum, uestigio picum morsu suo in conspectu senatus necavit: Decem & septem milites suæ familiæ, eximie fortitudinis viros, Canuensi proelio amisit: Resp. procedente tempore ad summum imperii fastigium excessit. Hæc vimirum exempla, Sylla & Marius, & Ciuna tanquam stulta riserunt.

5. **DECIVS**, qui consulatum in familiam suam primum intulit, cum Latino bello Romanam aciem iuciuatam & pene jam prostratam videret; caput suum pro salute reipublicæ devovit: Ac protinus concitato equo, in medium hostium agmen, patriæ salutem, sibi mortem petens, irrupit: factaque iugenti strage, plurimis telis obrutus, super corruit. Ex cujus vulneribus & sanguine insperata victoria emerfit.

6. Vnicum talis imperatoris specimen esset, nisi animo suo respondente filium genuisset. Is namque in quarto consulatu patris exemplum secutus, devotione simili, æque strenua pugna, consentaneo exitu labantes perditasque

tasque vires Urbis nostræ correxit. Itaque dignosci arduum est, utrum Romania civitas utilius habuerit Decios duces, an amiserit: quoniam vita eorum ne vinceretur obstitit, mors fecit ut viveret.

7. NON est extinctus pro rep. superior Scipio Africanus: sed admirabili virtute ne respub. extingueretur, providit. Siquidem cum afflicta Canueusi clade urbs nostra, nihil aliud quam præda victoris esse Annibalis videretur; ideoque reliquæ prostrati exercitus, deferendæ Italiae auctore L. Metello, consilium agitent: tribunus militum admodum juvenis, stricto gladio mortem unicuique minitendo, jurare omnes nunquam se relicturos patriam coegit: pietatemque non solum ipse plenissimam exhibuit, sed etiam ex pectoribus aliorum abentem revocavit.

8. AGE, ut à singulis ad universos transgrediar, quanto, & quam æquali amore patriæ tota civitas flagravit! cum secundo Pnnico bello exhaustum ærarium, ne deorum quidem cultui sufficeret, & publicani ultro aditos censores hortati sunt, ut omnia sic locarent, tanquam respub. pecunia abundaret, seque præstituros cuncta; nec ullum alsem, nisi bello confecto, petituros polliciti sunt. Domini quoque fervoribus quos Sempronius Gracchus ob iusignem puguam Beneventi manumiserat, pretia ab imperatore exigere supersederunt, in castris etiam non eques, non centurio stipendium dari sibi desideravit. Viri atque foeminae, quicquid auri argenteive habuerunt; item pueri iusignia ingenuitatis ad sustentandam temporis difficultatem contulerunt: Ac ne beneficio senatus, (qui muneribus functos, tributum onere liberaverat) quisquam uti voluit; sed iusuper omnes promptissimis animis præstiterunt. Non ignorabant enim captis Vejis, cum decimarum nomine, quas Camillus voverat, aurum Apollini Delphico mitti oporteret, neque emendi ejus facultas esset, matronas ornamenta sua in ærarium retulisse: Similiterque audierant, mille pondo auri, quæ Gallis obsidione Capitolii promissa debebantur, earum cultu expleta. Itaque & proprio ingenio, & exemplo vetustatis admoniti, nulla sibi in re cessandum existimaverunt.

#### EXTERNÆ.

1. SED & externa ejusdem. propositi exempla attingam. Rex Atheniensium Codrus cum ingenti hostium exercitu Attica regio debilitata, ferro ignique vastaretur, dissidentia humani auxilii ad Apollinis Delphici

Delphici oraculum confugit ; perque legatos sciscitatus est ; quonam modo illud tam grave bellum discuti posset. Respondit Deus, Ita finem ei fore, si ipse hostili manu occidisset. Quod quidem non solum totis Athenis ; sed in castris etiam contrariis percrebruit. Eoque factum est, ut ediceretur, ne quis Codri corpus vulneraret. Id postquam cognovit, depositis insignibus imperii ; famularem cultum induit, ac pabulantium hostium globo se objecit, unumque ex his falce percussim, in eadem suam compulit : Cujus interitu ne Athenæ occiderent, effectum est.

2. **AB** eodem fonte pietatis Thrasibuli quoque animus manavit. Is cum Atheniensium urbem triginta tyrannorum teterrima dominatione liberare cuperet, parvaque manu maximæ rei molem aggrediretur, & quidam è consciis dixisset : Quantas tandem tibi Athenæ, per te libertatem consecutæ, gratias debebunt ? respondit : Dii faciant, ut quantas ipse illis debeo, videar retulisse. Quo affectu inclytum destructæ tyrannidis opus laude cumulavit.

3. **THEMISTOCLES** autem, quem virtus sua victorem, injuria patriæ imperatorem Persarum fecerat ; ut se ab ea oppugnanda abstineret, iustitio sacrificio, exceptum patera tauri sanguinem hausit : & ante ipsam aram, quasi quædam pietatis clara victima coucidit. Quo quidem tam memorabili ejus excessu, ut Græciæ altero Themistocle opus esset, effectum est.

4. **SEQVITVR** ejusdem generis exemplum : Cum inter Carthagiuem, & Cyrenas de margine agri pertinacissima contentio esset ; ad ultimum placuit, utrinque eodem tempore juvenes mitti, & locum in quem ii convenissent, finem ambobus haberi populis : Verum hoc pactum Carthaginiensium duo fratres nomine Philæni, perfidia præcurrere ; citra constitutam horam maturato gressu in longius promotis terminis. Quod cum intellexissent Cyrenensium juvenes, diu de fallacia eorum questi, postremo acerbitate conditionis injuriam discutere conati sunt. Dixerunt namque, sic eum finem ratum fore, Si Philæni vivos se ibi obrui passi essent. Sed consilio eventus non respondit : illi enim nulla interposita mora, corpora sua his terra operienda traderunt. Qui quoniam patriæ, quam vitæ suæ longiores terminos esse maluerunt ; bene jacent manibus & ossibus suis Punico dilatato imperio. Vbi sunt superbæ Carthaginis alta mænia ? ubi maritima gloria inclyti portus ? ubi cunctis litoribus terribilis classis ? ubi tot exercitus ? ubi tantus equitatus ? ubi immenso Afri-

cæspatio non contenti spiritus? Omnia ista duobus Scipionibus Fortuna partita est. At Philænorum egregii facti memoriam ne patriæ quidem interitus extinxit. Nihil est igitur, excepta virtute, quod mortali animo, ac manu immortale quæri possit.

5. **IUVENILI** ardore plena hæc pietas. Aristoteles vero supremæ vitæ reliquias senilibus ac rugosis membris in summo literarum otio vix custodiens, adeo valenter pro salute patriæ iucubuit; ut eam hostilibus armis solo æquatam in lectulo Atheniensi jacens, Macedonum de manibus, quibus objecta erat, eriperet. Ita non tam urbs Stagira everfa Alexandri, quam restituta Aristotelis notum est opus. Patet ergo quam benignæ, quamque profusæ pietatis erga patriam omnium ordinum, omnis ætatis homines extiterint; sanctissimisque naturæ legibus mirificorum etiam exemplorum clara mundo subscripsit veritas.

## CAPVT VII.

## DE PATRVM AMORE ET INDVLGENTIA IN LIBEROS.

- |                                  |                                  |
|----------------------------------|----------------------------------|
| 1 <i>Q. Fabii Max. Rulliani.</i> | Externorū regum.                 |
| 2 <i>Cæsetii Cæstrii.</i>        | 1 <i>Seleuci Syria.</i>          |
| 3 <i>Octavii Balbi.</i>          | 2 <i>Ariobarzani Cappadocia.</i> |

**D**ET nunc vela piti & placidi affectus parentum erga liberos indulgentia; salubrique aura pro vecta, gratam suavitatis secum dotem afferat.

1. **FABIVS** Rullianus quinque consularibus summa cum gloria peractis, omnibusque & virtutibus & vitæ meritis stupendus legatus ire Fabio Gurgiti filio ad bellum difficile & periculosum conficiendum gravatus non est, pene ipso dnutaxat animo sine corpore militaturus: utpote propter ultimam senectutem lectulo otio, quam labori præliorum habilior. Idem triumphantis curram, equo insidens, sequi, quem ipse parvulum triumphis suis gestaverat, in maxima voluptate posuit: nec accessor gloriôsæ illius pompæ, sed auctor spectatus est.

2. **NON** tam Cæsetii speciosa equitis Romani fors: sed patriæ par indulgentia: Qui à Cæsare omnium jam externorum & domesticorum hostium victore, cum abdicare filium suum juberetur, quod istribuutus plebis

cum Marullo collega, invidiam ei tanquam regnum affectanti fecerat: in hunc modum respondere sustinuit: Celerius tu mihi Cæsar omnes filios meos eripies, quam ex his ego unum nota pellam mea. Habebat autem duos præterea optimæ indolis filios, quibus Cæsar se incrementa dignitatis benigne largiturum pollicebatur. Hunc patrem tamen summa divini principis clementia tutum præstitit: quis tamen non humano ingenio majus ausum puter, quod cui totus terrarum orbis succubuerat, non cessit?

3. SED nescio an Octavius Balbus concitatoris & ardentioris erga filium benevolentia fuerit. Proscriptus a triumviris, cum domo postica clam esset egressus, jamque fugæ expeditum initium haberet: postquam intus filium trucidari falsus clamore e vicinia accepit, et se nequam evaserat, obtulit, occidendumque militibus tradidit. Pluris nimirum illud momentum, quo illi præter spem videre filium incolumem comigerat, quam salutem suam æstimans. Miseros adolescentis oculos, quibus amantissimum sui patrem ipsius opera sic expirantem intueri necesse fuit!

### EXTERNÆ.

1. CÆTERVM ut ad jucundiora cognita veniamus. Seleuci regis filius Antiochus novercæ Stratonices infructu amore correptus, memor quam improbis facibus arderet, impium pectoris vulnus pia dissimulatione contegebat. Itaque diversi affectus iisdem visceribus ac medullis inclusi, summa cupiditas, & maxima verecundia, ad ultimam tabem corpus ejus redegerunt. Iacebat ipse in lectulo, moribundo similis: lamentabantur necessarii: pater mœrore prostratus, de obitu unici filij, deque sua miserrima orbitate cogitabat: totius domus funebri magis, quam regis erat vultus. Sed hanc tristitiæ nubem Leptinis mathematici, vel, ut quidam tradunt, Erasistrati medici providentia discussit: iuxta enim Antiochum sedens, ut eum ad introitum Stratonices rubore perfundi, & spiritu increbrescere; eaque egrediente pallere, & excitatiorem anhelitum subinde recuperare animadvertit; curiosiore observatione ad ipsam veritatem penetravit. Intrante enim Stratonice, & rursus abeunte, brachium adolescentis dissimulanter apprehendendo, modo vegetiore, modo languidiore pulsu venarum competit, cujus morbi æger esset. protinusque id Seleuco exposuit. Qui charissima sibi conjugæ filio cedere non dubitavit: Quod in amorem incidisset,



set, fortunæ acceptum referens: quod dissimulare eum usque ad mortem paratus esset, ipsius pudori imputans: Subjiciatur animis senex, rex, amans: jam parebit quam multa, quamque difficilia paterni affectus indulgentia superavit.

2. **A T** Selenus quidem uxore, Ariobarzanes autem filio suo Cappadociæ regno cessit, in conspectu Cn. Pompeji: cujus cum tribunal conscendisset, iuventusque ab eo in curuli sella sedisset; postquam filium in cornu scribæ humiliorem fortuna sua locum obtinentem conspexit, non sustinuit infra se collocatum intueri: Sed protinus sella descendit, & diadema in caput ejus transtulit: hortarique cœpit ut eo transiret unde ipse surrexerat. Exciderunt lacrymæ juveni, cohorruit corpus, dilapsum diadema est, nec quo iussus erat, progredi potuit: Quodque pene fidem veritatis excedit, lætus erat, qui regnum deponebat: tristis, cui dabatur: Nec ultimum finem tam egregium certamen habuisset, nisi patriæ voluntati auctoritas Pompeji adfuisset. Filium enim & regem appellavit, & diadema sumere iussit, & in curuli sella consistere coegit.

## CAPVT VIII.

## QVI SEVERI ADVERSVS LIBEROS.

1 **L. Iunius Brutus** primus  
*cos.*  
 2 **Cassius Viscellinus.**  
 3 **T. Manlius Torquatus**

*juris cos.*

4 **M. Aemilius Scaurus.**  
 5 **A. Fulvius.**

1. **C O M I C A E** lenitatis hi patres, tragicæ asperitatis illi. Par Romulo gloria L. Brutus, quia ille urbem, hic libertatem Romanam condidit: filios suos, Tarquinij dominationem à se expulsam reducens, summum imperium obtinens, comprehensos, proque tribunali virgis cæsos, & ad palmam religatos securi percussit. Exiit patrem, ut consulem ageret: oribusque vivere, quam publicæ vindictæ deesse maluit.

2. **H V I V S** æmulatus exemplum Cassius, filium, qui tribunus plebis Agrariam legem primus tulerat, multisque aliis rebus populariter animos hominum amore sui devinctos tenebat; postquam illam potestatem deposuit, adhibito propinquorum & amicorum consilio, affectati regni crimine domi damnavit: verberibusque

ribusque affectum, necari iussit; ac peculium ejus Ceteri consecravit.

3. T. AVTEM Manlius Torquatus, propter egregia multa raræ dignitatis, juris quoque civilis, & sacrorum pontificalium peritissimus, in consimili factone consilio quidem necessariorum indigere se credidit. Nam cum ad senatum Macedonia de filio ejus D. Silano, qui eam provinciam obtinuerat, querelas per legatos detulisset; à Patribus conscriptis petiit, ne quid ante de ea re statuerent, quam ipse Macedonum filiique sui causam inspexisset: Summo deinde cum amplissimi ordinis, tum etiam eorum qui questum venerant, consensu cogitatione suscepta, domi consedit: solusque utrique parti per totum biduum vacavit, ac tertio plenissime die, diligentissimeque auditis testibus, ita pronuncia- vit: Cum Silanum filium meum pecunias à sociis accepisse mihi probatum sit, & republica eum & domo mea indignum iudico, protinusque è conspectu meo abire jubeo. Tam tristi patris sententia percussus Silanus, lucem ulterius intueri non sustinuit, suspendioque se proxima nocte consumpsit. Peregere jam Torquatus severi & religiosi iudicis partes, satisfactum erat reipublicæ, habebat ultionem Macedonia, potuit tam verecundo obitu filii patris inspecti rigor. at ille neque adolescentis exequiis interfuit, & cum maxime funus ejus duceretur, consulere se volentibus, vacuas aures accommodavit. Videbat enim se in eo atrio consedisse, in quo illius Imperiossi Torquati severitate conspicua imago posita erat: Prudentissimoque viro succurrebat, effigies majorum cum titulis suis idcirco in prima ædium parte poni solere, ut eorum virtutes posteris non solum legerent, sed etiam imitarentur.

4. M. VERO Scaurus, lumen ac decus patriæ, cum apud Athesim flumen impetu Cimbrorum Romani equites pulsi, deserto procos. Catulo Urbem pavidi repeterent; consternationis ejus participi filio suo misit qui dicerent; libentius se in acie ejus interfecti ossibus occursurum, quam ipsum tam deformis fugæ reum visurum. Itaque si quid modo reliquum in pectore verecundiz superesset, conspectum degener irati patris viraret. recordatione enim juventæ suæ, qualis M. Scauro ant habendus aut spernendus esset filius admonebatur. Quo nuncio accepto, juvenis coactus est fortius adversus semetipsum gladio uti, quam adversus hostes usus fuerat.

5. NEC minus animose A. Fulvius vir senatorii ordinis, eurrentem in aciem filium retraxit, quam Scaurus e prælio

è proelio fugientem increpuit, Namque juvenem & ingenio & literis & forma inter æquales nitentem, pravo consilio amicitiam Catilinæ secutum, inque castra ejus temerario impetu ruentem, medio itinere abstractum supplicio mortis affecit : præfatus, Non se Catilinæ illum adversus patriam, sed patriæ adversus Catilinam genuisse. Licuit, donec civilis belli rabies præteriret, inclusum arcere : verum illud cauti patris narraretur opus, hoc severi refertur.

## CAPUT IX.

## QVI MODERATI ERGA SUSPECTOS LIBEROS.

- 1 *L. Gellius Poplicola.*      3 *Fulvius quidam.*  
 2 *Q. Hortensius orator.*      4 *Pater quidam.*

**S**ED ut hanc incitatum & asperam severitatem mitiores relatu patrum mores clementiæ suæ mistura temperent, exactæ pœnæ concessa venia jungatur.

1. **L. GELLIVS**, omnibus honoribus ad censuram defunctus, cum gravissima crimina de filio, cum uoverca commissum stuprum & parricidium cogitatum, prope modum explorata haberet ; non tamen ad vindictam procurrit continuo, sed pene universo senatu adhibito in consilium, expositis suspicionibus, defendendi se adolescenti potestatem fecit. Inspectaque diligentissime causâ, absolvit eum de concilii, tum etiam sententia sua : Quod si impetuiræ abstractus sævire festinasset, admisisset magis scelus, quam vindicasset.

2. **Q. AVTEM Hortensii**, qui suis temporibus ornamentum Romanæ eloquentiæ fuit, admirabilis in filio patientia extitit. Cum enim eousque impietatem ejus suspectam, & nequitiam invisam haberet, ut Messallam suæ sororis filium hæredem habiturus ambitus reum defendens judicibus diceret, Si illum damnasset, nihil sibi præter osculum nepotum, in quibus acquiesceret, superstiturum : Hac scilicet sententia, quam etiam editæ orationi inseruit, filium potius in tormento animi, quam in voluptatibus reponens : tamen ne naturæ ordinem confunderet, non nepotes, sed filium hæredem reliquit. Moderate usus affectibus suis : quia & vivus moribus ejus verum testimonium, & mortuus sanguini honorem debitum reddidit.

3. IDEM fecit clari generis, magnæque dignitatis vir Fulvius, sed in filio aliquantum tetriciore. Nam cum auxilium senatus implorasset, ut suspectus in parricidio & ob id latens per triumvirum conquiretur, ac iussu Patrum conscriptorum comprehensus esset; non solum eum non notavit, sed etiam decedens, dominum omnium esse voluit: Quem sibi genuerat hæredem instituens, non quem expertus fuerat.

4. MAGNORVM virorum clementibus actis ignoti patris novæ atque iniuratae rationis consilium adjiciam: qui cum à filio necci sibi infidias comperisset, nec inducere in animum posset, ut verum sanguinem ad hoc sceleris progressum crederet, seductam uxorem suppliciter rogavit, ne se ulterius celaret, sed diceret: sive illum adolescentem subjecisset, sive ex alio concepisset: Alseveratione deinde ejus, & jurejurando, se mortale debere suspicari, persuasus; in locum desertum filio perducto, gladium, quem secum occultum attulerat, tradidit, ac jugulum ferendum præbuit: nec veneno, nec latrone ei ad peragendum parricidium opus esse affirmans: Quo facto non paulatim, sed magno impetu recta cogitatio pectus juvenis occupavit; continuoque abjecto gladio, Tu vero, inquit, pater vive: & si tam obsequens es, ut hoc precari filio permittas, me quoque exupera. Sed tantum quæso, ne meus erga te amor eo sit vilior, quod à poenitentia oritur. O solitudinem sanguine meliorem, pacatioresque penatibus silvas, & alimentis blandius ferum, ac mortis oblatæ, quam datæ vitæ felicius beneficium.

## CAPVT X.

QVI FILIORVM OBITVM FORTI  
ANIMO TVLERVNT.

Romani.	3 Q. Marcius Rex. cos.
1 M. Horatius Pulvillus, cos. 2.	Externi.
2 L. Æmilius Paullus Procos.	1 Pericles Atheniensis.
	2 Xenophon.
	3 Anaxagoras.

COMMEMORATIS patribus qui injurias filiorum patienter exceperunt, referamus eos qui mores æquo animo tolerarunt.

1. HORATIVS Pulvillus, cum in Capitolio  
Lovi

*Iovi Opt. Max. ædem pontifex dedicaret; interque nuncupationem solennium verborum postem teuens, mortuum esse filium suum audisset: neque manum à poste remouit, ne tanti templi dedicationem interrumpere: Neque vultum à publica religione ad privatam dolorem deflexit; ne patris magis, quam pontificis partes egisse videretur, Tolle, inquit, cadaver.*

2. **CLARVM** exemplum: nec minus tamen illustre quod sequitur. *Æmilius Paullus nunc felicissimi, nunc misertimi patris clarissima representatio, ex quatuor filiis formæ insignis, egregiæ indolis, duos jure adoptionis in Corneliam, Fabiamque gentem translatos sibi ipse denegavit: duos ei fortuna abstulit. Quorum alter triumphum patris funere suo quartum ante diem præcessit: alter in triumphali curru conspectus, post diem tertium expiravit. Itaque qui ad donandos usque liberos abundauerat, in orbitate subito destitutus est. Quem casum quo robore animi sustinuerit, oratione, quam de rebus à se gestis apud populum habuit, hanc adjiciendo clausulam, nulli ambiguum reliquit: Cum in maximo proventu felicitatis nostræ Quirites timerem, ne quid mali fortuna moliret, Iouem Opt. Max. Iunonemque reginam, & Minervam precatus sum, ut si aduersi quid popul. Romano immineret, totum in meam domum converteret, Quapropter bene habet: annuendo enim votis meis id egerunt, ut vos potius meo casu doleatis, quam ego vestro ingenuiscerem.*

3. **VNO** etiam domestico exemplo adjecto, in alienis luctibus orationi meæ vagari permittam. *Q. Marcius Rex superior, Catonis in consulatu collega, filium summæ pietatis & magnæ spei, & quæ non parva calamitatis accessio fuit, unicum amisit. Cumque se obitu ejus subrutum, & eversum videret; ita dolorem altitudine consilii coercuit, ut à rogo juvenis protinus Curiam peteret: senatumque, quem eo die lege habere oportebat, evocaret. Quod nisi fortiter moerorem ferre scisset, unius diei lucem inter calamitosum patrem & strenuum consulem, neutra in parte cessante officio, partiri non potuisset.*

### EXTERNÆ.

1. **PRINCEPS** Atheniensium Pericles intra quadriduum duobus mirificis adolescentibus filiis sponsianus; iis ipsis diebus & vultu pristinum habitum retinente, & oratione nulla ex parte infractiore cōcionatus est.

Ille vero caput quoque solito more coronatum gerere sustinuit, ut nihil ex vetere ritu propter domesticum vulnus detraheret. Non sine causa igitur tanti roboris animus ad Olympii Iovis cognomen ascendit.

2. XENOPHON autem quod ad Socraticam disciplinam attinet, proximus à Platone felicitis ac beatæ facundia gradus, cum solenne sacrificium perageret, è duobus filiis majorem natu nomine Gryllum, apud Mantineam in prælio cecidisse cognovit: nec ideo institutum deorum cultum omittendum putavit, sed tantummodo coronam deponere contentus fuit. Quam ipsam percunctatus quoniam modo occidisset, ut audivit fortissime pugnantem interiisse, capiti reposuit; numina quibus sacrificabat, testatus majorem se ex virtute filii voluptatem, quam ex morte amaritudinem sentire. Alius removisset hostiam, abjecisset altaria, lachrymis respersa thura disjecisset; Xenophontis corpus religioni immobile stetit, & animus in consilio prudentiæ stabilis mansit: Nam dolori succumbere, ipsa clade, quæ nunciata erat, tristius duxit.

3. NEC Anaxagoras quidem suppressendus est. Audita namque morte filii, Nihil, inquit, mihi inexpectatum, aut novum nuntias: ego enim illum ex me natum sciebam esse mortalem. Has voces utilissimis præceptis imbuta virtus mittit: quas si quis efficaciter auribus perceperit, non ignorabit ita liberos esse procreandos, ut meminerit his à rerum natura, & accipiendi spiritus, & reddendi eodem momento temporis legem dici: atque ut mori neminem solere, qui non vixerit, ita nec vivere aliquem quidem posse, qui non sit moriturus.



# VALERII MAXIMI

## LIBER SEXTVS.

### CAPVT I.

#### DE PVDICITIA.

Quam coluere  
Romani.

1 *Lucretia Sp. F. L. Col-*  
*latini.*

2 *L. Virginius.*

3 *Pontius Aufidianus*  
*eq. Rom.*

4 *P. Manius.*

5 *Q. Fab. Max. Servilia-*  
*nus.*

6 *P. Asilius Philiscus.*

7 *M. Claudius Marcellus*  
*ad. cur.*

8 *Q. Metellus Celer trib.*  
*pleb.*

9 *T. Veturius T. F. Cal-*  
*vinus.*

10 *C. Pescennius trium-*  
*vir capitalis.*

11 *Cōminius trib. plebis.*

12 *C. Marius cos. 2.*

13 *Privati qui adulteria*  
*deprehensa vindica-*  
*runt.*

Externi.

1 *Hippe femina Græca.*

2 *Chiomara Orgiagonis*  
*reguli.*

3 *Teutonorum uxores.*

**V**NDE te virorum pariter ac feminarum præci-  
pium firmamentum Pudicitia invocem? Tu enim  
prisca religione consecratos Vestæ focos incolis.  
Tu Capitolinæ Iunonis pulvinaribus incubas. Tu pala-  
tium columen augustos penates, sanctissimumque Iuliæ  
gentis genitricem thorum assidua statione celebras. Tuo  
præsidio puerilis ætatis insignia munita sunt. Tui numi-  
nis respectu sincerus iuventæ flos permanset. Te custode  
matronalis stola censetur. Ades igitur, & cognosce quæ  
fieri ipsa voluisti.

1. DVX Romanæ pudicitie Lucretia, cujus viri-  
lis animus, maligno errore fortunæ, muliebri corpus  
fortitus est: A Sex. Tarquinio regis Superbi filio per  
vim stuprum pati coacta, cum gravissimis verbis inju-  
riam suam in consilio necessariorum deplorasset; ferro  
se, quod veste testum attulerat, interemit. Causamque  
tam animoso interitu imperium consulare pro regio  
permutandi, populo Rom. præbuit.

2. ATQVE hanc illatam injuriam non tulit Vir-  
ginius plebei generis, sed patricii vir spiritus, ne probro

contaminaretur domus sua, proprio sanguini non percipit. Nam cum Ap. Claudius decemvir, filiae ejus virginis stuprum, potestatis viribus fretus, pertinacius expeteret, deductam in forum puellam occidit; pudicaeque interemptor, quam corruptae pater esse maluit.

3. **N E C** alio robore animi praeditus fuit Pontius Aufidianus, eques Rom. qui postquam comperit filiae suae virginitatem a pedagogo proditam Fannio Saturnino, non contentus sceleratum servum affecisse supplicio, etiam ipsam puellam necavit. Itaque ne turpes ejus nuptias celebraret, acerbis exequias duxit.

4. **Q U I D** P. Maenius, quam severum pudicitiae custodem egit! In libertum nauque gratum admodum sibi animadvertit, qui eum nubilis jam aetatis filiae suae osculum dedisse cognoverat; cum praesertim non libidine, sed errore lapsus videri posset. Ceterum amaritudine poenae, teneris adhuc puellae sensibus, castitatis disciplinam ingenerari magni aestimavit. Eique tam tristi exemplo praecipit, ut non solum virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad virum sincera perferret.

5. **Q. V E R O** Fabius Maximus Servilianus honoribus quos splendidissime gessit, censurae gravitate consummatis, exegit a filio unico poenas dubiae castitatis; Is eas pependit, voluntario secessu conspectum patri vitando.

6. **D I C E R E M** censorium virum nimis acerbum exitisse, nisi P. Atilium Philiscum in pueritia corpore quaesum a domino facere coactum, tam severum postea patrem cernerem. Filiam enim suam, quod ea se stupri crimine coaquinaverat, interemit. Quam sanctam igitur in civitate nostra pudicitiam fuisse existimare debemus, in qua etiam inuitores libidinis, tam severos ejus vindices evasisse animadvertimus?

7. **S E Q V I T V R** excellentis nominis, ac memorabilis facti exemplum. M. Claudius Marcellus aedilis curulis C. Scantinio Capitolino trib. pl. diem ad populum dixit, quod filium suum de stupro appellasset; eoque asseverante se cogi non posse ut adesset, quia sacrosantam potestatem haberet, & ob id tribunium auxilium implorante; totum collegium tribunorum negavit se intercedere, quo minus pudicitiae quaestio perageretur. Citatus itaque Scantinius reus, uno teste qui tentatus erat, damnatus est. Constat juvenem productum in Rostra defixo in terram vultu perseveranter tacuisse, verecundoque silentio plurimum in ultionem suam va-luisse.

8. **M E T E L L V S** quoque Celer stuprosae mentis acer



ma sua, proprio sanguine  
p. Claudius decemvir, filius  
tatis viribus fretus, peruenit  
forum puellam occidit, quod  
corruptæ pater esse malum.

robore animi prædita fuit  
Rom. qui postquam cooperit  
delagogo proditam Fanticio  
cleratum servum adesse sup  
lam necavit. Itaque ne unquam  
verbas exequias dedit.

Lenius, quam severum postea  
peritum nanque gratum adro  
eum nobilis jam ætatis filia  
verat; cum præsertim non  
videri possit. Ceterum amant  
d huc puellæ sensibus, calid  
magni æstimavit. Eique tunc  
non solum virginatatem illi  
ad vitam sincera perferret.

ius Maximus Servilius h  
ne gessit, censuræ gravitate  
unico poenas dubie castitatis  
o secedu conspectum patri

ensorum virum nimis acerba  
Philiscum in pueritia corpore  
coactum, tam severum postea  
enim suam, quod ea se h  
interemit. Quam sanctam  
citiam fuisse existimare de  
es libidinis, tam severos qu  
certimus?

excellens nominis, ac mo  
M. Claudius Marcellus  
apitolino trib. pl. diem ad po  
suum de stupro appellat:  
non posse ut adesset, quia  
veret, & ob id tribunum  
collegium tribunorum  
nus pudicitia: quæstio per  
trinius reus, uno teste qui  
constat juvenem productum  
ltu perseveranter tacuisse  
um in ultionem suam vo

ue Celer stuprosæ menti  
acc

acer punitor extitit, Cn. Sergio Silo promissorum matri-  
familia: nummorum gratia diem ad populum dicendo,  
eumque hoc uno crimine damnando: Non enim factum  
tunc, sed animus in quæstionem deductus est: plusque  
voluisse peccare nocuit, quam non peccasse profuit.

9. **CONCIONIS** hæc, illa curia: gravitas.  
T. Veturius filius ejus Veturii, qui in consulatu suo  
Samnitibus, ob turpiter ictum foedus, deditus fuerat:  
cum propter domesticam ruinam, & grave æs alien-  
num C. Plotio nexum se dare admodum adolescentu-  
tulus coactus esset: servilibus ab eo verberibus, quia  
stuprum pati noluerat, affectus, querelam ad consu-  
les detulit. A quibus hac de re certior factus senatus,  
Plotium in carcerem duci iussit. In qualicumque enim  
statu positam Romano sanguini pudicitia: tutam esse  
voluit.

10. **ET** quid mirum, si hoc universi P. C. censue-  
runt? C. Pescennius triumvir Capitalis Cornelium for-  
tissime militiæ stipendia emeritum, virtutisque nomine  
quater honore primipili ab imperatoribus donatum;  
quod cum ingenio adolescentulo stupri commercium  
habuisset, publicis vinculis oneravit: A quo appellati  
tribuni, cum de stupro nihil negaret, sed sponsonem se  
facere paratum diceret, quod adolescens ille palam atq;  
aperto corpore quæstum factitasset: intercessionem su-  
am interponere noluerunt. Itaque Cornelius in carcere  
mori coactus est. Non putarunt tribuni pleb. remp. no-  
stram cum fortibus viris pacisci oportere, ut externis  
periculis domesticas delicias emerent.

11. **LIBIDINOSI** centurionis supplicium,  
M. Lætorii Mergi tribuni militaris, æque similis fædus  
exitus sequitur: Cui Cominius trib. pleb. diem ad popu-  
lum dixit, quod cornicularium suum stupri causa ap-  
pellasset. Nec sustinuit ejus rei sententiam Lætorius, sed  
se ipse ante iudicii tempus fuga prius subtraxit, deinde  
etiam morte punivit. Naturæ modum expleverat: fato  
tamen functus universæ plebis sententia crimine impu-  
ditiæ damnatus est: Signa illum militaria, sacratæ  
aquilæ & certissima Romani imperii custos severa ca-  
strorum disciplina, usque ad inferos persecuta est. Quo-  
niam cujus magister esse debuerat, sanctitatis corruptor  
tentabat existere.

12. **HOC** movit C. Marium Imperatorem, tum,  
cum C. Luscius sororis suæ filium tribunum militum à  
C. Plotio manipulario milite jure cæsum pronunciavit,  
quia eum de stupro compellare ausus fuerat.

12. **SED** ut eos quoque, qui in vindicanda pudicitia:  
dolore

dolore suo pro publica lege usi sunt, strictim percutram: Sempronius Musca C. Gallium deprehensum in adulterio flagellis cecidit: C. Memmius L. Octavium similiter deprehensum nervis contudit: Carbo Accienus à Vibieno, item Pontius à P. Cernio deprehensi castrati sunt: Cn. etiam Furium Brochum quidam deprehendit & familiae stuprandum objecit: Quibus iræ suæ indulgisse, fraudi non fuit.

### EXTERNÆ.

1. **ATQVE** ut domesticis externa subnectam, Græca femina nomine Hippo cum hostium classe esset excepta, in mare se, ut morte pudicitiam tueretur, abiecit: Cujus corpus Erechtheo sitori appulsum, proxima undis humo sepulturæ mandatum ad hoc tempus tumulus contegit: Sanctitatis vero gloriæ æternæ traditam memoriæ Græcia laudibus suis celebrando, quotidie florentiorem effecit.

2. **VEHEMENTIVS** hoc; illud consideratius exemplum pudicitiae. Exercitu & copiis Gallogræcorum à Cn. Manlio consule in Olympo monte ex parte deletis, ex parte captis, Orgiagoutis reguli uxor miræ pulchritudinis à centurione, cui custodienda tradita erat, stuprum pati coacta: postquam ventum est in eum locum, in quem centurio, misso uuntio, necessarios mulieris præium quo eam redimerent, afferre iusserat: Aurum expendente centurione, & in ejus pondus animo oculisque intento, Gallogræcis lingua gentis suæ imperavit, ut eum occiderent. Interfecti deinde caput abscisum manibus retinens ad conjugem venit: abjectoque ante pedes ejus, & injuriæ & ultionis suæ ordinem exposuit. Hujus feminae quid aliud quisquam, quam corpus in potestatem hostium venisse dicat? Nam neque animus vinci, nec pudicitia capi potuit.

3. **TEUTONORVM** vero conjuges Marium victorem orarunt ut ab eo virginibus Vestalibus dono mitterentur, affirmantes æque se, atque illas virilis concubitus expertes futuras. Eaque se non impetrata, laqueis sibi nocte proxima spiritum eripuerunt. Diu melius, quod hunc animum viris earum in acie non derunt. Nam si mulierum suarum virtutem imitari voluissent, incerta Teutonicæ victoriæ trophæa reddissent.

## CAPVT II.

## QUÆ LIBERE DICTA AVT FACTA.

## A Romanis.

- 1 Legato Privernatium.
- 2 L. Marcio Philippo cos.
- 3 Scipione Æmiliano.
- 4 Cn. Calpurnio Pisone.
- 5 M. Catone Uticensi.
- 6 Cn. Lentulo Marcellino cos.
- 7 M. Favonio.
- 8 Helvio Mancina Formiano.

## 9 Diphilo Tragedo.

10 M. Castricio Placentino.

11 Ser. Sulpitio Galba.

12 A. Casellio Iurisc.

## Ab Externis.

1 Machava Macedonica muliere.

2 Syracusana quadam.

3 Theodoro Cyrenæo.

**L**IBERTATEM autem vehementis spiritus dictis pariter, ac factis testatam, ut non invitaverim: ita ultro venientem non exclusim. Quæ inter virtutem vitiumque posita; si salubri modo se temperaverit, laudem; si quo non debuit, profuderit; reprehensionem meretur. Atque vulgi sic auribus graior, quam sapientissimi cujusque animo probabilior est. Vt pote frequentius aliena venia, quam sua providentia iura. Sed quia humanæ vitæ partes persequi propositum est; nostra fide, propria ælimatione referatur.

1. **PRIVERNO** capto, interfectisque qui id oppidum ad rebellandum incitaverant, senatus indignatione accensus consilium agitabat, quidnam sibi de reliquis quoque Privernatibus faciendum esset. Ancipiti igitur casu salus eorum sanctuabat, eodem tempore & victoribus & iratis subjecta. Ceterum cum auxilium unicum in precibus restare animadverterent, ingenti Italici sanguinis oblivisci non potuerunt. Princeps enim eorum in Curia interrogatus, quam poenam mererentur, respondit: Quam merentur, qui se dignos libertate iudicant. Verbis arma sumpserat; exasperatosque Patrum conscript. animos inflamnaverat. Sed Plautius consul favens Privernatium causæ, regressum animo ejus dicto obtulit; quæsitque, qualem cum eis Romani pacem habituri essent impunitate donata. At is constantissimo vultu, Si bonam dederitis, inquit, perpetuam; si malam, non diuturnam. Qua voce perfectum est, ut victis non solum venia, sed etiam jus & beneficium nostræ civitatis daretur.

2. Sic in senatu Privernas loquū ausus est. **L. vero Philippus**

Philippus consul adversus eundem ordinem libertatem exercere non dubitavit. Nam segnitiam pro Rostris exprobrans, alio sibi senatu opus esse dixit: tantumque à poenitentia dicti abfuit, ut etiam L. Crasso Immunæ dignitatis & eloquentiæ viro, id in Curia graviter ferenti, manum injici juberet: ille rejecto lictore, Non es, inquit, mihi Philippe consul, quia nec ego quidem tibi Senator sum.

3. QUID? populum ab incurſu suo tutum libertas reliquit? imo & ſimilitor aggressa, & æque experta est patientem. C. Carbo trib. pleb. nuper sepultæ Gracchanæ ſeditionis turbulentiffimus vindex, idemque orientium civilium malorum fax ardentiſſima; P. Africanum à Numantiæ ruinis ſummo cum gloriæ fulgore venientem, ab ipſa pene porta in Roſtra perductum, quid de Ti. Gracchi morte, cujus ſororem in matrimonio habebat, ſentiret, interrogavit: ut auctoritate clariffimi viri, inchoato jam incendio multum incrementi adjiceret: Quia non dubitabat, quin propter tam arctam affinitatem, aliquid pro interfecti neceſſarii memoria miſerabiliter eſſet locuturus. At is jure eum cæſum videri reſpondit. Cui dicto cum concio tribunitio furore inſtinctâ violenter ſucclamafſet, Taceant, inquit, quibus Italia noverca eſt. Orto deinde murmure, Non efficietis, ait, ut ſolutos verear, quos alligatos adduxi. Univerſus populus iterum ab uno contumelioſe correptus erat. Quantus eſt honos virtutis? tacuit acturum: Recens victoria ipſius Numantina, & patris Macedonica, devictæque Carthaginis ſpolia avita, ac duorum regum Suphacis & Perſæ ante triumphales curruſ tatenatæ cervices, tunc totius fori frenentis ora clauferunt: Nec timori datum eſt ſilentium, ſed quia beneficio Æniliæ & Corneliæ gentis, multi metus Urbis, atq; Italiæ finiti erant, plebs Romanæ libertatis Scipionis libera non fuit.

4. QUAPROPTER minus mirari debemus, quod ampliffima Cn. Pompeji auctoritas toties cum libertate luſtata eſt: nec ſine magna laude, quoniam omnis generis hominum licentiæ ludibrio eſſet; quieta fronte tulit. Cn. Piſo, cum Manilium Crifpium reum ageret, eumque evidentem nocentem gratia Pompeji videret eripi; juvenili impetu ac ſtudio accuſationis proventus, multa & gravia crimina præpotenti defenſori objecit. Interrogatus deinde ab eo, cur ſe quoque non accuſaret: Da, inquit, prædes rei publicæ te, ſi poſtulaus fueris, civile bellum non excitaturum; etiam de tuo prius, quam de Manili capite in conſilium judices mit-

Ma-

Manilium; libertate Pompejum : & eorum alterum lege peregit, alterum professione, qua solum poterat.

5. QUID ergo libertas sine Carone ? non magis quam Cato sine libertate. Nam cum in senatorem nocentem & infamem reum iudex sedisset, tabellæque Cn. Pompeji laudationem ejus continentes, prolatae essent, proculdubio efficaces futuræ, protinus submovit eas è quæstione, legem recitando, qua cautum erat, ne senatoribus tali auxilio uti liceret. Huic facto persona admirationem ademit. Nam quæ in alio audacia videretur, in Carone fiducia cognoscitur.

6. C. N. Lentulus Marcellinus consul, cum in con-  
 cione de Magni Pompeji nimia potentia quereretur, assensusque ei clara Voce universus populus esset : Acclamante, inquit, Quirites, acclamate, dum licet : jam enim vobis impune facere non licebit. Pulsata est tunc eximii civis potentia, hinc invidiosa querela, hinc lamentatione miserabili.

7. C. V. I. candida fascia cruris alligatum habenti, Favonius, Non refert, inquit, qua in parte corporis sit diadema : Exigui panni cavillatione regias ejus vires exprobrans. At is neutra in parte mutato vultu, utrumque cavat, ne aut hilari fronte libenter agnoscere potentiam, aut tristi iram profiteri videretur : Eaque patientia inferioris etiam generis, & fortunæ hominibus aditum adversus se dedit. E quorum turba duos retulisse abunde erit.

8. HELVIVS Mancina Formianus, Libertini filius, ultimæ senectutis, L. Libonem apud censores accusabat: in quo certamine cum Pompejus Magnus humilitatem ei, ætatemque exprobrans, ab inferis illum ad accusandum remissum dixisset : Non mentiris, inquit, Pompei : venio enim ab inferis L. Libonem accusaturus : sed dum illic moror, vidi cruentum Cn. Domitium Ahenobarbum desentem, quod summo genere natus, integerrimæ vitæ, amantissimus patriæ, in ipso juventutis flore, tuo jussu esset occisus. Vidi pari claritate conspicuum Brutum ferro laceratum, querentem id sibi prius perfidia, deinde etiam crudelitate tua accidisse. Vidi Cn. Carbonem acerrimum pueritiæ tuæ, bonorumque patris tui defensorem, in tertio consulari suo catenis, quas tu ei injici jusseras, vinctum, obtestantem te, adversus omne fas, ac nefas, cum in summo esset imperio, à re equite Romano trucidatum. Vidi eodem habitu, & quiritatu prætorium virum Perpernam scivitiani tuam execrantem, omnesque eos una voce indignantes quod indemnati sub te adolescentulo carnifice occidissent.

Obducta

Obducta jam vietas cicatricibus bellorum civilium vastissima vulnera, municipali homini, servitutem paternam redolenti, effrenata temeritate intolerabilique spiritu impune revocare licuit. Itaque eo tempore & fortissimè erat Cn. Pompejo maledicere, & tutissimum. Sed non patitur nos hoc longiore querela prosequi personæ insequentis aliquanto fors humilior.

9. Diphilus Tragoedus cum Apollinaribus Indis inter actum ad eum versum venisset, in quo hæc sententia continetur, Misericordia nostra magnus est: directis in Pompejæ manibus, pronuntiavit: Revocatusque aliquoties à populo, sine ulla cunctatione, nimis illum & intolerabilis potentia reum gestu perseveranti egit. Eadem petulantia usus est in ea quoque parte, Virtutem istam veniet tempus cum graviter gemas.

10. M. etiam Castrici libertate inflammatus animus, qui cum Placentiæ magistratum gereret, Cn. Carbone consule jubente decretum fieri, quo sibi obsides à Placentinis darentur, nec summo ejus imperio obtemperavit, nec maximis viribus cessit: Atque etiam dicenti multos se gladios habere, respondit. Et ego annos. Obstupuerunt tot legiones, tam robustas senectutis reliquias intuentes. Carbonis quoque ira, quia materiam læviendi perquam exiguam habebat, parvulum vitæ tempus ablatura, in seipsa collapsa est.

11. I AM Ser. Galbæ temeritatis plena postulatio, qui Divum Iulium consummatæ victoriis, in foro jus dicentem, in hunc modum interpellare sustinuit: C. Iuli Cæsar, pro Cn. Pompejo Magno quondam genero tuo in tertio ejus consulatu pecuniam spondi, quo nomine hunc appello: Quid agam? dependam? Palam atque aperte ei honorum Pompeji venditionem exprobrando, ut à Tribunali summo veretur, meruerat: sed illud ipsa mansuetudine mitius pectus, æs alienum Pompeji ex suo fisco solvi iussit.

12. A. Cæsellius, vir juris civilis scientia clarus, quam periculose contumax! Nullius enim aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, ut de aliqua earum rerum, quas triumviri dederant, formulam componeret. Hoc animi iudicio victoriarum beneficia extra omnem ordinem legum ponens. Idem cum multa de temporibus Cæsaribus liberius loqueretur, amicique ne id faceret monebant: Duas res quæ hominibus amarissimæ videntur, magnam sibi licentiam præbere respondit; senectutem & orbitatem.

## EXTERNA.

1. **INSERIT** se tantis viris mulier alienigenæ sanguinis: quæ à Philippo rege temerè immerenter damnata, Provocarem ad Philippum, inquit, sed sobrius sum. Excussit crapulam oscitanti, ac præsentis animo ebrium respicere, causasq; diligentius inspecta iustioris sententiam ferre coegit. Igitur æquitatem, quam impetrare non poterat, extorsit: potius præsidium à libertate, quam ab innocentia mutuata.

2. **IAM** illa non solum fortis, sed etiam urbana libertas. Senectutis ultimæ quædam, Syracusanis omnibus Dionysii tyranni exitum, propter nimiam morum acerbitatem & intolerabilia onera votis expetentibus, sola quotidie matutino tempore deos, ut incolumis ac sibi superstes esset, orabat. Quod ubi is cognovit, indebitam sibi admiratus benevolentiam, accessit eam, & quid ita hoc, aut quo suo merito faceret, interrogavit. Tum illa, Cetta est, inquit, ratio propositi mei; puella enim, cum gravem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam: quo interfecto, aliquanto tetrior arcem occupavit. Ejus quoque finiri dominationem inagni aestimabam: tertium te superioribus importuniorum habere coepimus rectorem. Itaque timens, ne si tu fueris absumptus, deterior in locum tuum succedat; caput meum pro tua salute devoveo. Tam facetam audaciam Dionysius punire erubuit.

3. **INTER** has & Theodorum Cyrenæum quasi animosi spiritus conjugium esse potuit, virtute par, felicitate dissimile. Is enim Lyfimacho regi mortem sibi minitanti, Enimvero, inquit, magna res tibi contigit, quia cantharidis vinum assensus. Cunque hoc dicto accensus, cruci eum suffigi iussisset, Terribilis hæc (ait) purpuratis sit tuis: mea quidem nihil interest, humine an tublime putrescam.

## CAPUT III.

## DE SEVERITATE.

1 Populi Romani.

2 P. Mucii Scævola trib. plebis.

3 Senatus Rom.

4 M. C. C. Dentati cos.

5 L. Domitii Ahenobarbi pr.

6 M. Horatii Tergemini.

7 Senatus Rom. in successu.

M.

3 Cognat.

2. Cognatorum in venesci-  
cas.

9 Egnatii Metelli.

10 C. Sulpicii Galli.

11 Q. Antistii Veteris.

12 P. Sempronii Sophi.

## Externorum.

1 Lacedaemoniorum.

2 Atheniensium.

3 Cambysis regis Persarum.

**A**R MET se duritia peccatus necesse est, dum horridæ ac tristis severitatis acta narrantur; ut humaniore cogitatione seposita, rebus auditu asperis vacet. Ita enim destitutæ & inexorabiles vindictæ, & varia poenarum genera in medium procurrent, utilia quidem legum munimenta, sed minime in placido & quieto paginarum numero reponenda.

1. M. Manlius, unde Gallos depulerat, inde ipse præcipitatus est; quia fortiter defensam libertatem nefarie opprimere conatus fuerat. Cujus justæ ultionis timor hęc præfatio fuit: Manlius eras mihi, cum præcipites agebas Senones: postquam murari cœpisti, unus factus es ex Senonibus. Hujus supplicio æternæ memoriæ nota inserta est: Propter illum enim lege sanciri placuit, nequis patricius in arce, aut Capitolio habitaret, quia domum eo loci habuerat, ubi nunc ædem Monete videmus. Par indignatio civitatis adversus Sp. Cassium erupit: cui plus suspicio concupitæ dominationis vocuit, quam tres magnifici consulatus, ac duo speciosissimi triumphus profuerunt. Senatus enim, populusque Rom. non contentus capitali eum supplicio afficere; interempto domum superjecit, ut penatium quoque strage puniretur. In solo autem ædem Telluris fecit. Itaque quod prius domicilium impotentis viri fuerat, nunc religiosæ severitatis monumentum est. Eadem ausum Sp. Mælium consimili exitu patria multavit. Aræ vero domo ejus, quo justus supplicii notitia ad posteros perveniret, Æquimelii appellationem traxit.

Quantum ergo odii adversus hostes libertatis instum animis antiqui haberent, parietum ac tectorum, in quibus versati fuerant, ruinis testantur. Ideoque & M. Flaccii, & L. Saturnini seditiosissimorum civium corporibus trucidatis, penates ab imis fundamentis eruti sunt. Ceterum Flacciana aræ, cum diu penatibus vacua mansisset, à Q. Catulo Cimbricis spoliis adornata est.

Viguit in vestra civitate Ti. & C. Gracchorum summa nobilitas, ac spes amplissima: sed quia statum civitatis conati erant convellere, insepulta cadavera jacuerunt: supremusque humanæ conditionis homines filii Gracchi, & nepotibus Africani & fuit: Quinetiam familiares



familiares eorum, nequis reipubl. inimicis amicus esse veller, de robore præcipitati sunt.

2. **IDEM** sibi tam licere P. Mucius tribunus pleb. quam Senatui & populo Romano credidit, qui quinque collegas suos, qui duce Sp. Cassio id egerant, ut magistratibus non subrogatis, communis libertas in dubium vocaretur, vivos cremavit. Nihil profecto hac severitate fidentius: unus enim tribunus eam poenam novem collegis inferre ausus est, quam novem tribuni ab uno collega exigere perhorruissent.

3. **LIBERTATIS** rigida adhuc custos, & vix dæx severitas, sed pro dignitate ac disciplina æque gravis iuventuta est: M. enim Clodium senatus Coris, quia turpem cum his pacem fecerat, dedit: Quem ab hostibus non acceptum, in publica custodia necari iussit. Semel læsa maiestate imperii, quot modis ira pertinax vindictæ factum ejus rescidit, libertatem ademit, spiritum extinxit, corpus contumelia carceris & detestanda Gemoniarum scalarum nota fodavit. Atque hic quidem senatus animadversionem meruerat. Cn. autem Cornelius Scipio Hispalli filius, prius quam mereri posset, expertus est: Nam cum ei Hispania provincia sorte obvenisset, ne illuc iret, decrevit, adjecta causâ, quod recte facere nesciret. Itaque quæstor Cornelius propter vitam inhoneste actam siue ullo provinciali ministerio, tantum non repetundarum lege damnatus est. Ne in C. quidem Vettieno, qui sinistra manus digitos, ne bello Italico militaret, sibi absciderat, severitas senatus cessavit: Publicaris enim bonis ejus, ipsum æternis vinculis puniendum censuit: effecitque, ut quem honeste spiritum profundere in acie noluerat, turpiter in catenis consumeret.

4. **ID** factum imitatus M. V. Curius consul, cum delectum subito edicere coactus esset, & juniorum nemo respondisset: coniectis in sortem omnibus tribubus, Polliæ quæ proxima exierat, primum nomen urnæ extractum citari iussit: Neque eo respondente, bona adolescentis hastæ subiecit. Quod ut illi nuntiarum est ad consulis tribunal cucurrit, collegiumque tribunorum appellavit. Tunc M. V. Curius præfatus non opus esse eo cive reipub. qui parere nesciret: & bona ejus, & ipsum vendidit.

5. **ÆQUE** tenax propositi L. Domitius. Nam cum Siciliam propr. regeret, & ad eum exiniæ magnitudinis aper allatus esset, adduci ad se pastorem, cuius natu occisus erat, iussit. Interrogatumque qui eam bestiam confecisset, postquam comperit usum venabulo, cruci-

suffixit. Quia ipse ad exturbanda Iatrocinia, quibus provincia vastabatur, ne quis telum haberet, edixerat. Hoc aliquis in fine severitatis & severitæ ponendum dixerit: disputatione enim utroque flecti potest. Cæterum ratio publici imperii Prætorem nimis asperum existimari non patitur.

6. SIC se in viris puniendis severitas exercuit. Sed ne in feminis quidem supplicio afficiendis seigniores se egit Horatius unus proelio trium Curiatorum, conditione pugæ omnium Albanorum victor; cum ex illa clarissima acie domum reperens sororem suam virginem Curiatii sponsi mortem profusus, quam illa ætas debebat, flentem vidisset; gladio, quo patriæ rem bene gesserat, interemit: Parum pudicas ratus lacrymas, quæ præpropere amori dabantur. Quem hoc nomine reum apud populum actum, pater defendit. Ita paulo propensior animus puellæ ad memoriam futuri viri, & fratrem ferocem vindicem, & vindictæ tam rigidum assensorem patrem habuit.

7. CONSIMILI severitate senatus postea usus, Sp. Postumio Albino, & Q. Marcio Philippo consulibus mandavit, ut de his quæ sacris Bacchanalium incestuosæ fuerant, inquirerent; A quibus cum multæ essent damnatæ, in omnes cognati intra domos animadvertunt: lateque patens opprobrii deformitas, severitate supplicii emendata est. Quia quantum ruboris civitati nostræ mulieres turpiter se gerendo incusserant, tantum laudis graviter punitæ attulerunt.

8. PVBELICIA autem, quæ Postumium Albinum consulem; item Licinia, quæ Claudium Afellum viros suos veneno necaverant, propinquorum decreto strangulatæ sunt: Non enim putaverunt severissimi viri in tam evidenti scelere longum publicæ quæstionis tempus expectandum. Itaque quarum innocentium defensores fuissent, fontium maturi iudices existerunt.

9. MAGNO scelere horum severitas ad exigendam vindictam concitata est. Egnatii autem Metelli longe minori de causa, qui uxorem, quod vinum bibisset, fustim interemit. Idque factum non accusatore tantum, sed etiam reprehensore caruit; unoquoque existimante, optimo illam exemplo violatæ sobrietatis poenas pependisse. Et sane quæcumque femina viui usum immoderate appetit, omnibus & virtutibus januâ claudit, & delictis aperit.

10. HORRIDVM C. quoque Sulpitii Galli maritalis supercilium. Nam uxorem dimisit, quod eam capite

capite aperto foris versatam cognoverat; abscisa sententia, sed tamen aliqua ratione munita. Lex enim, inquit, tibi meos tantum præfixit oculos, quibus formam tuam approbes. His decoris instrumenta comparata, his esto speciosa; horum te certiori crede notitiæ: Viterior tui conspectus supervacua irritatione accersitus, in suspitione & crimine subhæreat necesse est.

11. **NEC** aliter sensit Q. Antistius Vetus repudiando uxorem, quod istam in publico cum quadam libertina vulgari secreto loquentem viderat: Nam (ut ita dicam) incunabulis & nutrimentis culpæ, non ipsa commotus culpa, ceteriorem delicto præbuit ultionem; ut potius caveret injuriam, quam vindicaret.

12. **IVNGENDVS** est his P. Sempronius Sophus, qui conjugem repudii nota affecit, nihil aliud quam se ignorante ludos ausam spectare. Ergo dum sic olim feminis occurritur, mens earum à delictis aberat.

### EXTERNÆ.

1. **CETERVM** etsi Romanæ severitatis exemplis totus terrarum orbis instructus potest; tamen externa summam cognoscere fastidio non erit. Lacedæmonii libros Archilochi è civitate sua exportari iusserunt, quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingenia prodesset. Itaque maximum poëtam; aut certe summo proximum, quia domum sibi invisam obscenis maledictis laceraverat, carminum exilio multarunt.

2. **ATHENIENSES** aurem Timagoram inter officium salutationis Darii regem more gentis illius adulatum, capitali supplicio affecerunt: unius civis humilibus blanditiis, totius urbis suæ decus Persicæ dominationi summissum graviter ferentes.

3. **IAM** Cambyses inusitatæ severitatis, qui mali cuiusdam judicis ex corpore pellem detractam, sellæ intendi, in eaque filium ejus judicium condere iussit. Ceterum & rex, & barbarus atroci ac nova poena judicis, ne quis postea corrumperet iudex posset, providit.

### CAPVT IV.

#### DE GRAYTER DICTIS AVT FACTIS.

A Romanis.  
1 T. Manlio Torquato.

2 P. Scipione Aemiliano.  
3 C. Popillio Lenare.  
M 3 4 P. Ruo.

4 *P. Rutilio Rufo.*2 *Socrate Atheniensis.*5 *M. Junio Bruto procos.*3 *Alexandro Magno.*

Ab externis.

4 *Lacedamonis.*1 *Cirreniensis populo.*5 *Pedareto Spartano.*

**M**AGNAM & bonam laudis partem in claris viris etiam illa vendicant, quæ aut ab his graviter dicta aut facta pertinax memoria viribus æternis comprehendit. Quorum ex abundantia copia, nec parca nimis, nec rursus avida manu, quod magis desiderio satisfaciatur, quam satietati abundet, hauriamus.

1. **CIVITATE** nostra Cannensi clade perculsa, cum admodum tenui filo suspensa reipublicæ salus ex sociorum fide penderet, ut eorum animi ad imperium Romanum tuendum constantiores essent; majori parti senatus principes Latinorum in ordinem suum sublegi placebat. Ut Annius olim, Campani etiam consulem alterum Capuæ creari debere asseverabant, sic contusus & æger Romani imperii spiritus erat. Tunc Manlius Torquatus, stirpis ejus qui Latinos apud Veserim inclita pugna fuderat, quam poterat clara voce denuuntiavit: si quis sociorum inter Patres conscriptos sententiam dicere ausus esset, continuo eum se interempturum. Hæc unius minæ, & Romanorum languentibus animis calorem pristinum reddiderunt, & Italiam ad jus civitatis nobiscum exæquandum consurgere passæ non sunt: atque ut populi Romani armis, ita verbis illius fracta cessit.

Par ejusdem quoque Manlii gravitas, cum consultatus omnium consensu deferretur, eumque sub excusatione adversæ valetudinis oculorum recusaret; instantibus cunctis, Alium, inquit, Quirites quærite, ad quem hunc honorem transferatis: Nam si me gerere eum coegeritis, nec ego mores vestros ferre; nec vos meum imperium perpeti poteritis. Si privati tam ponderosa vox, quam graves fasces consulis extitissent!

2. **NIHIL**O segnior Scipionis Æmilianii aut incruentia, aut in concione gravitas: qui cum haberet consortem censuræ Munnum, ut nobilem, ita enervis vitæ, pro Rostris dixit, se ex majestate reip. omnia gesturum; si sibi cives vel dedissent collegam, vel non dedissent.

**IDEM**, cum Ser. Sulpicius Galba, & Aurelius Cotta consules in senatu contenderent, uter adversus Viriatum in Hispaniam mitteretur: ac magna inter patres conscriptos dissensio esset; omnibus quoniam ejus sententia inclinaretur expectantibus: Neutrū, inquit, mihi

mihî mitti placet, quia alter nihil haber, alteri nihil est satis. Æque malam licentis imperii magistram judicans inopiam atque avaritiam. Quo dicto ut neuter in provinciam mitteretur, obtrinit.

3. C. vero Popillius à senatu legatus ad Antiochum missus, ut bello se, quo Ptolemæum lacellebat, abstineret: cum ad eum venisset, atque is prompto animo & amicissimo vultu dextram ei porrexisset, invicem ei suam porrigere noluit, sed tabellas senatusconsultum continentes tradidit: Quas ut legit Antiochus, dixit se cum amicis collocaturum. Indignatus Popillius, quod aliquam moram interposuisset, virga solum, quo insistebat, denotavit: At prius, inquit, quam hoc circulo excedas, da responsum, quod senatui referam. Non legatum locutum, sed ipsam Curiam ante oculos positam credes: continuo enim rex affirmavit fore, ne amplius de se Ptolemæus quereretur. Ac tum denuum Popillius manum ejus tan natu socii apprehendit. Quam efficax est animi sermoneque abscessa gravitas! Eodem momento Syriæ regnum terruit, Ægypti texit.

4. P. autem Rutilii verba prius an facta æstimen, nescio: nam utrisque æque admirabile inest robur. Cum amici cujusdam injustæ rogationi resisteret, atque is per summam indignationem dixisset: Quid ergo, inquit, mihi opus est amicitia tua, si quod rogo, non facis? respondit, Imo quid mihi tua, si propter te aliquid inhoneste facturus sum? Huic voci consentanea illa opera, quod magis ordinum dissensione, quam ulla culpa sua reus factus: nec obsoletam vestem induit, nec insignia senatoris deposuit, nec supplices ad genua iudicum manus tetendit: nec dixit quicquam splendore præteritorum annorum humilior. Effecitque ut periculum illud non impedimentum gravitatis ejus esset, sed experimentum. Atque etiam cum ei reditum in patriam Sullana victoria præstaret, in exilio, ne quid adversum leges faceret, remansit. Quapropter Felicis cognomen iustus quis moribus gravissimi viri, quam impotentis armis assignaverit. Quod quidem Sulla rapuit, Rutilius meruit.

5. M. BRUTVS suarum prius virtutum, quasi patriæ parentis parricida (uno enim facto & illas in profundum præcipitavit, & omnem sui nominis memoriam inexpiabili detestatione perfudit) ultimum prolium initurus, negantibus quibusdam id committi oportere: Fidenter, inquit, in acie descendo: hodie enim aut recte erit, aut nihil curabo. Præsumperat videlicet neque vivere se sine victoria, neque mori sine securitate posse.

## E X T E R N A.

1. **CVIVS** mentio mihi subjicit, quod adversus D. Brutum in Hispania graviter dictum est, referre: Nam cum se ei tota pene Lusitania dedidisset, ac sola gentis ejus urbs Cinninia pertinaciter arma retineret, tentata redemptione, propemodum uno ore legatis Bruti respondit: Ferrum sibi à majoribus, quo urbem tuerentur, non aurum, quo libertatem ab imperatore avaro emerent, relictum. Melius sine dubio istud nostri sanguinis homines dixissent quam audissent.

2. **SED** illos quidem natura in hæc gravitatis vestigia deduxit. Socrates autem Græcæ doctrinæ clarissimum columnen, cum Athenis causam dicturus esset, defensionemque ei, Lyfias à se compositam, qua in judicio uteretur, recitasset, demissam & supplicem, irruineutique procellæ accommodatam, Anfer, inquit, quæso istam: nam ego si adduci possem, ut eam in ultima Scythiæ solitudinæ perorarem, tum me ipse morte multandum concederem. Spiritum contempfit, ne careret gravitate: maluitque Socrates extinguui, quam Lyfias superare.

3. **QUANTVS** hic in sapientia, tantus in armis Alexander illam vocem nobiliter edidit. Dario enim uno jam & altero proelio virtutem ejus experto, atque ideo partem regni Tauro tenus monte, & filiam in matrimonium cum decies centum millibus talentum pollicente; cum Parmenion dixisset, Se, si Alexander esset, usurum conditione: respondit: Et ego uterer, si Parmenion essem. Vocem duabus victoriis respondentem, dignamque cui tertia, sicut evenit, tribueretur.

4. **ATQVE** hæc quidem animi magnifici, & prosperi status: illa vero, qua legati Lacedæmoniorum apud patrem ejus miseram fortunæ suæ conditionem testati sunt, generosior, quam optabilior. Intolerabilibus enim oneribus civitatem eorum implicanti, si quid morte gravius imperare perseveraret, mortem se prælauros responderunt.

5. **NEC** parum grave Spartani cujusdam dictum: siquidem nobilitate & sanctitate præstans, & in petitione magistratus victus, maximæ sibi lætitiæ esse prædicavit, quod aliquos patria sua se meliores viros haberet. Quo sermone repulsam honori adæquavit.

## CAPVT V.

## DE IVSTITIA.

- |                               |                                      |
|-------------------------------|--------------------------------------|
| 1 Populi Rom.                 | 6 L. Licinii Crassi oratoris.        |
| 2 Quatuor tribunorum plebis.  | 7 L. Cornelii Sullæ cos. Externorum. |
| 3 Ti. Gracchi cens.           | 1 Pittaci Mitylenæi.                 |
| 4 Collegii tribunorum plebis. | 2 Aristidis Atheniensis.             |
| 5 Cn. Domitii Ahenobarbi.     | 3 Zaleuci Locrensis.                 |
|                               | 4 Charunda Thuri.                    |

**T**EMPVS est iustitiæ quoque sancta penetralia adire, in quibus semper æqui ac probi facti respectus religiosa cum observatione versatur: & ubi studium verecundiæ est, & cupiditas rationi cedit: nihilque utile, quod parum honestum videri possit, ducitur. Ejus autem præcipuum & certissimum inter omnes gentes nostra civitas exemplum est.

1. CAMILLO consule Faliscos circumsedente, magister ludi plurimos & nobilissimos inde pueros, velut ambulandi gratia eductos, in castra Romanorum perduxit: Quibus interceptis, non erat dubium, quin Falisci deposita belli gerendi pertinacia, tradituri se nostro imperatori essent. De ea re senatus censuit, ut pueri victum magistrum virgis cædentes in patriam remitterentur. Quæ iustitia animi eorum sunt capti, quorum moenia expugnari non poterant: namque Falisci beneficio magis quam armis victi, portas Romanis aperuerunt. Eadem civitas aliquoties rebellando, semperque adversis contusa proeliis, tandem se Q. Lutatio consuli dedere coacta est. Adversus quam sævire cupiens populus Romanus, postquam à Papirio (cujus manu, jubente consule, verba deditiois scripta erant) doctus est Faliscos non potestati, sed fidei se Romanorum commisisse; omnem iram placida mente deposuit, pariterque & viribus odii, non sanè facile vincit assuetis, & victoriæ obsequio, quæ promptissime licentiam subministrat, ne iustitiæ suæ deesset, obstitit. Idem, cum P. Claudius Camarinos ductu atque auspiciis suis captos sub hasta vendidisset, etsi ærarium pecunia, sive agris anclos animadvertet, tamen, quia parum liquida fide id gestum ab imperatore videbatur, maxima cura conquisi-

tos redemit, iisque habitandi gratia locum in Aventino assignavit, & prædia eis restituit. Pecuniam etiam non ad Curiam, sed ad sacraria ædificanda, sacrificiaque facienda tribuit: justitiæque promptissimo tenore effectus, ut exitio suo lætari possent, quia sic renati erant.

Moenibus nostris, & finitimis regionibus, quæ adhuc retuli; quod sequitur, per totum terrarum orbem manavit. Timochares Ambracientis Fabricio consuli pollicitus est se Pyrrhum veneno per filium suum, qui potionibus ejus præerat, necaturum. Ea res cum ad leonatum esset delata, missis legatis Pyrrhum monuit ut adversus hujus generis insidias cautius se gereret: memor Urbem à filio Martis conditam: & armis bella, non venenis gerere debere. Timocharis autem nomen suppressit, utroque modo æquitatem amplexus: quia nec hostem malo exemplo tollere, neque eum qui benemereri paratus fuerat prodere voluit.

2. S V M M A justitia in quatuor quoque tribunis pleb. eodem tempore conspecta est. Nam cum C. Atratinus (sub quo dux aciem nostram apud Verruginem à Volscis inclinatam cum ceteris equitibus correxerat) diem ad populum L. Hortensius collega eorum dixisset, pro Rostris juraverunt in squalore se esse, quoad imperator ipsorum reus esset futurus. Non enim sustinuerunt egregii juvenes, cujus armati periculum vulneribus & sanguine suo defenderant; ejus rogati ultimum discrimen, potestatis insignia retinentes intueri: Qua justitia nota concio, actione Hortensium desistere coegit.

3. N E C se etiam aliter eo facto, quod sequitur, exhibuit, cum Ti. Gracchus, & C. Claudius, ob nimis severe gestam censuram, majorem civitatis partem exasperassent, diem his P. Rutilius tribunus plebis perduellionis ad populum dixit, præter communem consternationem, privata etiam ira accensus, quia necessarium ejus ex publico loco parietem demoliri jusserant. Quo in judicio primæ classis permultæ centuriæ Claudium aperte damnabant: de Gracchi absolute universæ consentire videbantur: Qui clara voce juravit, si de collega suo gravius esset judicatum, in factis paribus se eandem cum illo poenam exilii subiturnam. Eaque justitia tota illa tempestas ab utriusque fortunis & capite depulsa est. Claudium enim populus absolvit: Graccho canisæ dictionem trib. Rutilius remisit,

4. M A G N A M laudem & illud collegium tribunorum tulit, quod cum unus ex eo L. Corta fiducia sacrosanctæ potestatis creditoribus suis nollet satisfacere, decrevit; si neque solveret pecuniam, neque daret  
cui



cum quo sponſio fieret; appellantiſus ſe creditoribus auxilio futurum; iniquum ratum, inajeſtatem publicam privatae perfidiae obtentui eſſe. Itaque Cortam in tribunatu quaſi in aliquo ſacrario lateantem, tribunitia inde juſtitia extraxit.

5. **CIVIS** ut ad alium aequae illuſtrem tranſgrediar, Cn. Domitius tribunus plebis M. Scantum principem civitatis in iudicium populi devocavit; Ut ſi fortuna aſpiraret, ruinam; ſi miuus, certe ipſa obtrectatione ampliſſimi viri incrementum claritatis apprehenderet. Cuius opprimendi cum ſummo ſtudio flagraret, ſervus Scanti ad eum noctu pervenit, inſtructum ſe eius accuſationem multis & gravibus domini criminibus promittens. Erant in eodem pectore Domitii, inimicus & dominus diverſa aetimatione nefarium iudicium perpendentes: Juſtitia vicit odium. Continuo eujm & ſus auribus obſeratis, & iudicis ore clauiſo, duci eum ad Scantum juſſit. Accuſatorem etiam reo ſuo ne dicam diſiendum, certe laudandum; quem populus cum propter alias virtutes, tum hoc nomine libentius & conſulem, & cenſorem, & pont. max. fecit.

6. **NEC** aliter ſe L. Crallius in eodem juſtitiae experimento geſſit. C. Carbonis nomen in feſto animo utpote inimiciſſimi ſibi detulerat: ſed tamen ſcrinium ejus a ſervo allatum ad ſe complura continens quibus facile opprimi poſſet: ut erat ſignatum, cum ſervo catenato ad eum remiſit. Quo pacto igitur inter amicos vigiſſe tunc juſtitiam credimus, cum inter accuſatores quoque & reos tantum virium obruiſſe videamus?

7. **IAM** L. Sulla non ſe tam incolumem, quam Sulpicium Rufum perditum voluit, tribunitio furore ejus ſine fine vexatus. Caetum cum eum proſcriptum & in villa latentem a ſervo proditum comperillet; manu ſiſum patriciam, ut fides ediſti ſui exiaret, praecipitari prorius e ſaxo Tarpejo cum illo ſcelere parto pileo juſſit. Victor alioquin inſolens, hoc imperio juſtiſſimus.

### EXTERNA.

1. **VERVM** ne alienigenae juſtitiae obliti videamur, Pittacus Mytilenaeſis, cujus aut meritis tantum civis debuerunt, aut moribus crediderunt, ut ſuis & ſuffragiis tyrannidem deferrent; tam diu illud imperium ſuſtenuit, quam diu bellum de Sygaeo cum Athenienſibus gerendum fuit. Poſtquam autem pax victoria parta eſt, continuo reclamantibus Mytilenaeſis depoſuit; ne dominus civium ultra quam reipublicae neceſſitas exegerat,

exegerat, permaneret. Atque etiam, cum recuperati agri diuidia pars consensu omnium offerretur; auerit animum ab eo munere; deforme iudicans, virtutis gloriæ magnitudine prædæ minuere.

2. **ALTERIVS** nunc mihi prudentia referenda, ut alterius repræsentari iustitia possit. Cum saluberrimo consilio Themistocles migrare Athenienses in classem coegisset, Xerxeque rege, & copiis ejus Græcia pulsas, ruinas patriæ in pristinum habitum reformaret, & opes clandestinis molitionibus ad principatum Græciæ capessendum nutriret; in concione dixit, habere se rem deliberatione sua provisam, quam si fortuna ad effectum perducere passa esset; nihil majus aut potentius Atheniensi populo futurum, sed eam vulgari non oportere. Postulavitque, ut aliquis sibi, cui illam tacite exponeret, daretur: datus est Aristides. Is postquam cognovit, classem illum Lacedæmoniorum, quæ tota apud Gytheum subducta erat, velle incendere, ut ea consumpta dominatio maris ipsis cederet; processit ad cives, & retulit, Themistoclem ut utile consilium, ita minime iustum animo volvere. Evestigio uniuersa concio quod æquum non videretur, ne expedire quidem proclamavit, ac protinus Themistoclem incepto desistere iussit.

3. Nihil illis etiam iustitiæ exemplis fortius. Zaleucus urbe Locrensium à se saluberrimis atque utilissimis legibus munita; cum filius ejus adulterii crimine damnatus, secundum jus ab ipso constitutum, utroque oculo carere deberet, ac tota civitas in honorem patris pœnæ necessitatem adolescentulo remitteret, aliquandiu repugnauit: Ad ultimum precibus populi evictus, suo prius, deinde filii oculo eruto, usum videndi utriusque reliquit. Ita debitum supplicii modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento, se iurer nuse, ricordem patrem & iustum legis latorem partitus.

4. **SED** aliquanto Charundæ Thurii præfractior atque abscisior iustitia. Ad vim & cruorem usque seditiosas conciones civium pacaverat; legem cavendo, ut si quis eas cum ferro intrasset, comminno interficeretur: Interjecto deinde tempore, ex longinquo rure gladio circumctus, domum reperens, subito iudicta concione, sicut erat, in eam processit: ab eoque, qui proxime constiterat, soluta à se legis suæ monitus: Idem ego illam, inquit, sanciam, ac protinus ferro, quod habebat, districto incubuit. Cunque liceret culpam vel dissimulare, vel errore defendere, pœnam tamen repræsentare maluit, ne qua fraus iustitiæ fieret.

## CAPVT VI.

## DE FIDE PVBLICA.

Quam Coluere. 5 *Idem senatus Romanus.*

1 *Senatus Rom.*

2 *L. Manlius, M. Attilius cos.*

Externi.

3 *Idem senatus Rom.* 1 *Saguntini.*

4 *P. Africanus superior.* 2 *Petellini.*

**H**VIVS imagine ante oculos posita, venerabile fidei numen dexteram suam, certissimum salutis humanæ pignus ostentat. Quam semper in nostra civitate viguisse, & omnes gentes senserunt, & nos paucis exemplis recognoscamus.

1. CVM Ptolemæus rex tutorem populum Romanum filio reliquisset, senatus M. Æmilium Lepidum pont. max. bis consulem ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit: amplissimique & integerrimi viri sanctitatem reip. usibus & sacris operatam externæ procurationi vacare voluit; ne fides civitatis nostræ frustra petita existimaretur. Cujus beneficio regia incunabula conservata pariter ac decorata, incertum Ptolemæum reddiderunt, patrisve fortuna magis, au tutoris maiestate gloriari deberet.

2. SPECIOSA quoque illa Romana fides. Ingenti Poenorum classe circa Siciliam devista; duces ejus fractis animis consilia petendæ pacis agirabant. Quorum Amilcar ire se ad consules negabat audere, ne eodem modo catenæ sibi injicerentur, quo ab ipsis Cornelio Asinæ consuli fuerant injectæ. Anno autem certior Romani animi æstimator, nihil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit: Apud quos cum de belli fine ageret, & tribunus militum ei dixisset, posse illi merito evenire quod Cornelio accidisset: uterque consul, tribuno tacere iussu, isto te, inquit, metu, Anno, fides civitatis nostræ liberat. Claros illos fecerat tantum hostiû dncem vincere potuisse; sed multo clariores fecit noluisse.

3. ADVERSVS eosdem hostes parem fidem in iure legationis tuendo Patres conscripti exhibuere. M. enim Æmilio Lepido, C. Flamminio Coss. L. Minucium, & L. Manlium Carthaginiensium legatis, quia matius his attulerant, per feciales Culeo prætor ex sedentibus curavit. Se tunc senatus, non eos quibus hoc præstabatur, aspexit.

4. HÆC

4. HÆC exempla superior Africanus secutus, cum ouistam multis, & illustrium Carthaginensium, viris navem in suam potestatem redegit, inuolatam dimisit, quia se legatos ad eum missos dicebant: Tametsi manifestum erat, illos vitandi præsentis periculi gratia falsum legationis nomen amplecti, ut Romani Imperatoris potius decepta fides, quam frustra implo-rata iudicaretur.

5. REPRÆSENTEMVS etiam illud senatus nullo modo præmittendum opus. Legatos ab urbe Apollonia Romam missos, Qu. Fabius, & Cn. Apronius ædiles orta contentione pulsaverunt. Quod ubi comperit, continuo eos per feciales legatis dedit, quætitoremque cum his Brundisium ire iussit; ne quam in itinere à cognatis deditorum injuriam acciperent. Illam Curiam, mortalium quis concilium, ac non Fidei templum dixerit? Quam ut civitas nostra semper benignam præstitit; ita in sociorum quoque animis constantem recognovit.

### EXTERNÆ.

1. NAM ante duorum in Hispania Scipionum, totidemque Romani sanguinis exercituum miserabilem stragem, Saguntini victricibus Annibalis armis intra moenia urbis suæ compulsi, cum vim Punicam ulterius nequirent arcere; collatis in forum quæ unicuique erant carissima, atque undique circumdatis accensisque ignis nutrimentis, ne à societate nostra desciscerent, publico & communi rogo semetipsi superjecerunt. Crediderunt tunc ipsam Fidem humana negotia speculantem mæ-stum gessisse vulnere; perseverantissimum sui cultum iniquæ fortunæ iudicio tam acerbo exitu damnatum cernentem.

2. IDEM præstando Petellini eundem laudis honorem meruerunt. Ab Annibale, quia deficere nostram amicitiam noluerant, obsessi: legatos ad senatum auxilium implorantes miserunt. Quibus propter recentem cladē Cannensem succurri non potuit; ceterum permissum est, uti facerent, quod utilissimum iucolunitati ipsorum videretur. liberum ergo erat Carthaginensium gratiam amplecti. Illi tamen feminis, omni que ætate imbelli urbe ejecta, quo diutius armati famem traherent, pertinacissime in muris perstiterunt; expiravitque prius eorum tota civitas, quam ulla ex parte Romanæ societatis respectum deponeret. Itaque Annibali non Petelliam, sed fidei Petellinæ sepulchrum capere contigit.

CAPVT VII.  
DE FIDE VXORVM ERGA  
MARITOS.

- 1 *Æmia L. F. Tertie*, 2 *Thuria Q. Lucretii Ve-*  
*P. Africani maio-* *spillonis.*  
*ris.* 3 *Sulpicie Lentuli.*

**A**TQVE ut uxoriam quoque fidem attingamus : Tertia Æmia Africani prioris uxor, mater Cornelie Gracchorum, tantæ fuit comitatis & patientiæ, ut cum sciret viro suo ancillulam ex suis gratam esse, dissimulaverit : ne domitorem orbis Africani femina impudiciæ reum ageret: Tantumque à vindicta mens ejus abfuit, ut post mortem Africani manumissam ancillam in matrimonium liberto suo daret.

2. *Q. Lucretium* proscriptum à triumviris uxor *Thuria* inter cameram & tectum cubiculi additum, una conscia ancilla, ab imminente exitio, non sine magno periculo suo, tutum præstitit : Singularique fide id egit, ut cum cæteri proscripti in alienis & hostilibus regionibus per summos corporis & animi cruciatu vix evaderent; ille in cubiculo, & in conjugis suæ salutem retineret.

3. *SULPICIA* autem cum à matre *Iulia* diligentissime custodiretur, ne *Lentulum Cruscellionem* virum suum proscriptum à triumviris in Siciliam sequeretur; nihilominus famulari veste sumpta, cum duabus ancillis, totidemque servis ad eum clandestina fuga pervenit. Nec recusavit seipsam proscribere, ut ei fides sua in conjuge proscripto constaret.

CAPVT VIII.  
DE FIDE SERVORVM ERGA  
DOMINOS.

- 1 *M. Antonii oratoris* 5 *Cn. Plotii Planci fa-*  
*servus.* *milia.*  
 2 *C. Marii C. F. Cos. ser-* 6 *Urbini Anapionis ser-*  
*vus.* *vus.*  
 3 *C. Gracchi Philocrates.* 7 *Anrii Restionis ser-*  
 4 *C. Cassii Pindarus.* *vus.*

**R**ESTAT ut servorum etiã erga dominos, quo minus respectatam, hoc laudabiliorẽ fidem referamus.

M. A. N.

1. **M. ANTONIVS**, avorum nostrorum temporibus clarissimus orator, iuicesti reus agebatur; Cuius in iudicio accusatores servum in quaestionem perseverantissime postulabant; quod ab eo, cum ad stuprum iret, laternam praelatam contenderent. Erat autem is etiam tum iuberbis, & stabat coram, videbatque rem ad suos cruciatus pertinere, nec tamen eos fugitavit. Ille vero, ut domum quoque ventum est, Antonium hoc nomine vehementius confusum & sollicitum ultro est hortatus, ut se iudicibus torquendum traderet; affirmans nullum ore suo verbum exiturum, quo causa ejus laederetur. Ac promissi fidem mira patientia praestitit: plurimis etiam laceratus verberibus, eculeoque impositus, cadentibus etiam laminis nictus, omnem vim accusationis, custodita rei salute, subvertit. Argui fortuna merito potest, quod tam pium & tam fortem spiritum servili nomine includit.

2. **CONSVLEM** autem C. Marium Praenestinae obsidionis miserabilem exitum sortitum, cuiculi latebris frustra evadere conatum, levique vulnere à Thelesino, cum quo commori destinaverat, perstrictum servus suus ut Sullanæ crudelitatis expertem faceret, gladio trajectum interemit; cum magna praemia sibi proposita videret, si eum victoribus tradidisset: Cujus dexteræ tam opportunum ministerium nihil eorum pietati cedit, à quibus salus dominorum protecta est. Quia eò tempore Mario non vita, sed mors in beneficio repõta erat.

3. **ÆQVE** illustre quod sequitur. C. Gracchus, ne in potestatem inimicorum veniret, Philocrati servo suo cervices incidendas praebuit. Quas cum celeri ictu abscidisset, gladium cruore domini madentem per sua egit p̄cordia. Euporum alii hunc vocitatum existimant: ego de nomine nihil disputo, famularis tantummodo fidei robur admiror: Cujus si praesentiam animi generosus juvenis imitatus foret, suo, non servi beneficio inminuentia supplicia vitasset: nunc commisit ut Philocratis, quam Gracchi cadaver speciosius jaceret.

4. **ALIA** nobilitas, alius furor, sed fidei par exemplum. Pindarus C. Cassium Philippensi praelio victum, nuper ab eo manumissus, jussu ipsius obruncatum, insultationibus hostium subtraxit. Seque e conspectu hominum voluntaria morte abstulit, ita ut ne corpus quidem ejus absumpti inveniretur. Quis deorum gravissimi sceleris ultor, illam dexteram quæ in necem patriæ parentis exarserat, tanto torpore illigavit, ut se

treme.

tremebunda Pindari genibus submitteret, ne publici patricidij, quas merebatur pœnas, arbitrio pii victoris exolveret? Tu profecto, tu Dive Iuli cœlestibus tuis vulneribus debitam exegisti viudictam, perfidum erga te caput sordidis auxiliis supplex fieri cogendo, eo animi æstu compulsus; ut neque retinere vitam velleret, neque finire manu sua auderet.

5. **A DIVNXIT** se iis cladibus C. Plotius Plan-  
cus Munacii Planci consularis & censorii frater, qui  
cum à triumviris proscripius in regione Salernitana la-  
teret, delicatiore vitæ genere, & odore unguenti, occul-  
tam salutis custodiam detexit: istis enim vestigijs, eo-  
rum qui miseros persequabantur, sagax inducta cura  
abditum fugæ illius cubile odorata est. A quibus com-  
prehensi servi, multumque ac diu torti, negabant se sci-  
re ubi dominus esset. Non sustinuit deinde Plancus tam  
fideles, tamque boni exempli servos ulterius cruciari:  
sed processit in medium, jugulumque gladiis militum  
objecit. Quod certamen mutæ benevolentia arduum  
dignosci facit, utrum dignior dominus fuerit, qui tam  
constantem servorum fidem experiretur; an servi, qui  
tam justa domini misericordia quæstionis sævitia libe-  
rarentur.

6. **QVID** Urbini Panopionis servus, quam ad-  
mirabilis fidei! Qui cum ad dominum proscripius oc-  
cidendum, domesticorum indicio certiores factos mili-  
tes in Reatinam villam venisse cognosset; commutata  
cum eo veste, permutato etiam annulo, illum postico  
clam emisit, se autem in cubiculum ac lectulum recepit,  
& ut Panopionem occidi passus est. Brevis hujus facti  
narratio, sed non parva materia laudationis. Nam si  
quis ante oculos ponere velit subitum militum accur-  
sum, convulsa januæ claustra, minacem vocem, truces  
vultus, fulgentia arma; rem vera æstimatione prose-  
quetur: Nec quam cito dicitur aliquem pro alio mori  
voluisse, tam id ex facili etiam fieri potuisse arbitrabi-  
tur. Panopion autem quantum servo deberet, amplum  
ei faciendo monumentum, ac testimonium pietatis gra-  
to titulo reddendo testatus est.

7. **CONTENTVS** essem hujus generis exem-  
plis: nisi unum me dicere admiratio facti cogeret. An-  
tius Restio proscripius à triumviris, cum omnes dome-  
sticos circa rapinam & prædam occupatos videret,  
quam maxime poterat dissimulata fuga se penaribus  
suis intempesta nocte subduxit. Cujus furtivum egres-  
sum servus ab eo vinculorum pœna coercitus, inexpla-  
bilique literarum nota per summam oris contumeliam  
N  
inullus

inustus, curiosis speculatus oculis, ac vestigia huc atque illuc errantia benevolo studio subsecutus, lateri voluntarius comes adrepsit. Quo quidem tam exquisito, tamque ancipiti officio, perfectissimum spectatæ pietatis cumulum expleverat: His enim, quorum felicior in domo status fuerat, lucro intentis, ipse, cum nihil aliud quam umbra & imago suppliciorum suorum esset; maximum sibi emolumentum ejus, à quo tam graviter puuitus erat, salutem vindicavit. Cumque abunde foret iram remittere, adjecit etiam charitatē: nec hactenus benevolentia processit, sed in eo conservando mira quoque arte usus est. Nam ut sensit cupidos sanguinis milites supervenire, amoto domino rogam extruxit: eique egentem à se comprehensum & occisum senem superjecit. Interrogantibus deinde militibus, ubinam esset Antius; manum rogo intentans, ibi illum datis sibi crudelitatis piaculis ari respondit: Quia verisimilia loquebarur, habita est voci fides: quo evenit, ut Antius statum guardendæ incolumitatis hac occasione assequeretur.

## CAPVT IX.

DE MUTATIONE MORVM,  
AVT FORTVNÆ.

## In Romanis.

- 1 T. Manlio L. F. Torquato.
- 2 P. Africano majore.
- 3 C. Valer. Flac. Flamiane.
- 4 Q. Fabio Max. Allobrogico.
- 5 Q. Lutatio Catulo.
- 6 L. Cornelio Sulla Felice.
- 7 T. Aufidio.
- 8 P. Rupilio.
- 9 P. Venidio Basso.
- 10 L. Cornelio Lentulo Lupo.

- 11 Cn. Cornelio Scipione Africano.
- 12 Licinio Crasso Divite.
- 13 Q. Servilio Capione.
- 14 C. Mario.
- 15 C. Julio Casare.

## In externis.

- 1 Polemone Atheniensis.
- 2 Themistocle Atheniensis.
- 3 Cimone Atheniensis.
- 4 Alcibiade Atheniensis.
- 5 Polycrate Samio.
- 6 Dionysio Syracusano.
- 7 Suphace Numidarum rege.

**M**ULTVM animis hominum, & fiduciæ adijcere, & solitudinis detrahere potest morum ac fortunæ in claris viris recognita mutatio; sive nostros



nostros status, sive proximorum ingenia contemplerur. Nam cum aliorum fortunas spectando, ex conditione abjecta atque contempta emeruisse claritatem videamus, quid aberit quin & ipsi meliora de nobis semper cogitemus? memores stultum esse perpetuæ infelicitatis se prædaminare: spemque quæ etiam incerta recte fovetur, interdum certam in desperationem convertere.

1. MANLIVS Torquatus adeo hebetis atque obtusi cordis inter initia juventæ existimatus est, ut à patre L. Manlio amplissimo viro, quia & domesticis & reipublicæ usibus inuilibus videbatur, rus relegatus agrestis opere fatigaretur. Is postmodum patrem reum judiciali periculo liberavit: filium victorem, quod adversus imperium suum cum hoste manum conferuerat, securi percussit: patriam Latino tumultu fessam, speciosissimo triumpho recreavit. In hoc credo fortunæ malignæ nubilo adolescentiæ contemptu perfusum, quo senectutis ejus decus lucidius enitesceret.

2. SCIPIO autem Africanus superior, quem dii immortales nasci voluerunt, ut esset in quo se virtus per omnes numeros hominibus efficaciter ostenderet; solutioris vitæ prius adolescentiæ annos egisse fertur. Remotos quidem à luxuriæ crimine, sed tamen puniceis trophæis, devictæ Carthaginis cervicibus imposito jugo teneriores.

3. C. quoque Valerius Flaccus secundi Punici belli temporibus luxu perditam adolescentiam inchoavit. Ceterum à P. Licinio Pont. Max. flamen captus quo facilius à vitiis recederet; ad curam sacrorum & ceremoniarum converso animo, usus duce frugalitatis religione, quantum prius luxuriæ fuerat exemplum, tantum postea modestiæ & sanctitatis specimen evasit.

4. NIHIL Q. Fabio Maximo, qui Gallica victoria cognomen Allobrogici sibi met ac posteris peperit, adolescentie magis infame; nil eodem sene ornatus, aut speciosius illo seculo nostra civitas habuit.

5. Quis ignorat Q. Catuli auctoritatem in maximo clarissimorum virorum proventu excelsum gradum obtinuisse? Cujus, si superior ætas revolvatur; multi luxus, multæ deliciæ reperientur. Quæ quidem ei impedimento non fuerunt quo minus patriæ princeps existeret, nomenque ejus in Capitolino fastigio fulgeret, ac virtute civile bellum ingenti motu oriens sepe- lleret.

6. L. vero Sulla usque ad quæsturæ suæ comitia vitium libidine, vino, ludicræ artis amore, inquinatum

perduxit. Quapropter C. Marium Consulem moleste tulisse traditur, quod sibi asperrimum in Africa bellum gerenti tam delicatus quæstor sorte obvenisset. Eiusdem virtus quasi perruptis & disjectis nequitiae, qua obsidebatur, claustris, catenas Iugurthæ manibus iniecit: Mithridatem compescuit: socialis belli fluctus repressit, Cinnæ dominationem fregit, eumque qui se in Africa quæstorem fastidierat, illam ipsam provinciam proscriptum & exulem petere coegit. Quæ tam diversa, tamque inter se contraria si quis apud animum suum attentiore comparatione expendere velit, duos in uno homine Sullas fuisse crediderit: turpem adolescentem, & virum dicerem fortem, nisi ipse felicem se appellari maluisset.

7. **ATQVE** ut nobilitatem beneficio poenitentiae se ipsam admouimus respicere, ita altiora modo suo sperare ausos subtexamus. Ti. Aufidius cum Asiatici publici exiguam admodum particulam habuisset, postea totam Asian proconsulari imperio obtinuit. Nec indignati sunt socii ejus parere fascibus, quem aliena tribunalia aduultem viderant. Cessit se etiam integerrime atque splendidissime, eoque modo demonstravit, pristinum quæstum suum fortunæ: præsens vero dignitatis incrementum moribus ipsius imputari debere.

8. **AT P.** Rupilius non publicanum in Sicilia egit, sed opera publicanis dedit: idem ultimam inopiam suam auctorato socii officio sustentavit. Ab hoc postmodum consule leges uniuersi Siculi acceperunt, acerbissimoque prædonum ac fugitivorum bello liberati sunt. Portus ipsos, si quis modo mutis rebus inest sensus, tantam in eodem homine varietatem status admiratos arbitror. Quem enim diurnas capturas exigentem animadverterant, eundem jura dantem, classesque & exercitus regentem viderunt.

9. **HVIC** tanto incremento majus adjiciam: Ascenio capto, Cn. Pompejus Magni pater P. Ventidium ætate impuberem in triumpho suo populi oculis subiecit. Hic est Ventidius, qui postea Romæ ex Parthis, & per Parthos de Crassi manibus in hostili solo miserabiliter jacentibus, triumphum duxit. Itaque qui captivus carcerem exhorruerat, victor Capitolium felicitate celebravit. In eodem etiam illud eximitum, quod eodem anno Prætor & consul est factus.

10. **CASVVM** nunc contemplemur varietatem. L. Lentulus consularis lege Cæcilia reperundarum crimine oppressus, censor cum L. Censorino creatus est. Quem quidem fortuna inter ornamenta & dedecora  
alterna

alterna vice versavit, consulatui illius damnationem, damnationi censuram subjiendo: & neque bonis eum perpetuis frui, neque malis æternis ingemiscere patiendo.

11. **II SDEM** viribus uti voluit in Cn. Cornelio Scipione Asina: Qui consul à Pœnis apud Liparas captus cum belli jure omnia perdidisset; lætiore subinde vultu ejus adjutus, cuncta recuperavit; consulque etiam iterum creatus est. Quis crederet illum à duodecim securibus ad Carthaginensium perventurum catenas? quis rursus existimaret à Punicis vinculis ad summa imperii perventurum fastigia? sed tamen ex consule captivus, & ex captivo consul factus est.

12. **QVID?** Crasso nonne pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit? sed eidem postea inopia turpem decoctoris suggillationem injunxit. Siquidem bona ejus à creditoribus, quia solidum præstare non poterat, venterunt. Ita quoque amara suggillatione non caruit: quia cum egeus ambularet, Dives ab occurrentibus saltabatur.

13. **CRASSVM** casus acerbitate Q. Cæpio præcurrit: is tanque præturæ splendore, triumphu claritate, consulatus decore, maximi pontificatus sacerdotio, ut senatus patronus diceretur assecutus; in publicis vinculis spiritum deposuit, corpusque ejus funesti carnificis manibus laceratum, in scalis Gemoniis jacens, magno cum horrore totius fori Romani conspectum est.

14. Iam C. Marius maxima fortunæ luctatio est: omnes enim ejus imperis qua corporis qua animi robore fortissime sustinuit. Arpini honoribus judicatus inferior, quæsturam Romæ petere ausus est: patientia deinde repulsarum, irrupit magis in Curiam, quam venit. In tribunatus quoque & ædilitatis petitione consulem campi notam expertus: Præturæ candidatus supremo loco inhæsit, quam tamen non sine periculo obtinuit: ambitus enim accusatus, vix atque ægre absolutionem à judicibus impetravit. Ex illo Mario tam humili Arpini, tam ignobili Romæ, tanque falsidico candidato, ille Marius evasit, qui Africam subegit, Jugurtham regem ante currum egit, qui Teutonorum Cimbrorumque exercitus delevit. Cujus bina trophæa in urbe spectantur, cujus septem in fastis consulatus leguntur. Cui post exilium consulem creari, proscriptoque facere proscriptionem contigit. Quid hujus conditione inconstantius aut mutabilius? quem si inter miseros posueris, miserimus: inter felices, felicissimus reperietur.

15. C. autem Cæsar, cuius virtutes aditum sibi in cœlum struxerunt, inter primæ iuventæ initia privatus Asiam petens, à maritimis prædonibus circa insulam Pharmacusam exceptus, quinquaginta se talentis redemit. Parva igitur summa clarissimum mundi fidus in piratico inoparone rependi fortuna voluit. Quid est ergo quod amplius de ea queramus, si ne consortibus quidem divinitatis suæ parcat? Sed cæleste nunen se ab injuria vindicavit, continuo enim captos prædones crucibus affixit.

## EXTERN A.

1. **A T T E N T O** studio nostra commemoravimus, remissiore nunc animo aliena narrentur. Perditæ luxuriæ Athenis adolescens Polemo, neque illecebris tantummodo, sed etiam ipsa infamia gaudens; cum è convivio non post occasum solis, sed post ortum surrexisset, domumque repetens Xenocratis philosophi parentem januam vidisset; vino gravis, unguentis delibutus, fertis capite redimito, pel lucida veste amictus, refertam turba doctorum hominum scholam ejus intravit: Nec contentus tam deformi introitu, confedit etiam, ut clarissimum eloquium & prudentissima præcepta temulentia lasciviis eluderet. Orta deinde, ut par erat, omnium indignatione. Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, omissisque de quibus diserebar, de modestia ac temperantia loqui coepit. Cujus gravitate sermonis resipiscere coactus Polemo, primum coruam capite detractam projecit, paulo post brachium intra pallium reduxit, procedente tempore oris convivalis hilaritatem deposuit; Ad ultimum totam luxuriam exiit, uniusque orationis saluberrima medicina sanatus, ex infami ganeone maximus Philosophus evasit. Peregrinatus est hujus animus in nequitia, non habitavit.

2. **P I G E T** Themistoclis adolescentiam attingere, sive patrem aspiciam, abdicationis inurentem notam, sive matrem suspendio finire vitam propter filii turpitudinem coactam; cum omnium postea Graji sanguinis virorum clarissimus extiterit, mediumque Asiæ & Europæ vel spei, vel desperationis pignus fuerit: Hæc enim salutis eum suæ patronum habuit, illa vadem victoriæ assumpsit.

3. **C I M O N I S** vero incunabula opinione stultitiæ fuerunt referta: ejusdem imperia salutaria Athenenses

nientes senserunt: Itaque coegit eos stuporis semetipfos damnare, qui eum stolidum crediderant.

4. IAM Alcibiadem quasi diuæ fortunæ partitæ sunt: Altera quæ ei nobilitatem eximiam, abundanties diuitias, formam præstantissimam, favorem civium propensum, summa imperia, præcipuas potentia vires, fragrantissimum ingenium assignaret: altera quæ damnationem, exilium, venditionem bonorum, inopiam, odium patriæ, violentam mortem infligeret: Nec aut hæc, aut illa simul uniuersa; sed varie perplexa, freto atque æstui similia.

5. AD invidiam usque Polycratis Samiorum tyranni abundantissimis bonis conspicuus vitæ fulgor excessit: nec sine causa. Omnes enim conatus ejus placido excipiebantur itinere: spes certum cupitæ rei fructum apprehendebant: vota nuncupabantur simul & solvebantur: velle ac posse in æquo positum erat; Semel duntaxat vultum mutavit, perquam brevi tristitiæ salebra succussim; tunc cum admodum gratum sibi annulum de industria in profundum, ne omnis incommodi expers esset, abjecit: Quem tamen continuo recuperavit capto pisce, qui eum devoraverat. Sed hunc felicitatis semper plenis velis prosperum cursum tenere non potuit. Comprehensum enim Orontes Darii regis præfectus, in excelssissimo Micalensis montis vertice cruci affixit. E qua putres ejus artus & rabido cruore manantia membra, atque illam lævam, cui Neptunus annulum piscatoris manu restitnerat, situ marcidam Santos amara servitute aliquandiu pressa, liberis ac lætis oculis aspexit.

6. DIONYSIVS autem cum hæreditatis nomine à patre Syracusanorum, ac pene totius Siciliæ tyrannidem accepisset, maximarum opum dominus, exercituum dux, rector classium, equitarum potens; propter inopiam, literas puerulos Corinthi docuit. Eodemque tempore, tanta mutatione majores natu, ne quis unius fortunæ crederet, magister ludi factus ex tyranno mouit.

7. SEQUITVR hunc Suphax rex, consivilem fortunæ iniquitatem expertus, quem amicum hinc Roma per Scipionem, illinc Carthago per Aldrubalem ultro petiit ad penates deos ejus venerat. Cæternum eo claritatis euectus, ut validissimorum populorum tantum non arbiter victoriæ existeret; parvi temporis interjecta mora, catenatus à Lælio legato ad Scipionem imperatorem pertractus est. Cujusque dexteram regio insidens folio arroganti manu atigerat,

15. C. autem Cæsar, cuius virtutes aditum sibi in cœlum struxerunt, inter primæ iuventutis initia privatus Asiam petens, à maritimis prædonibus circa insulam Pharmacusam exceptus, quinquaginta se talentis redemit. Parva igitur summa clarissimum mundi fidus in piratico myoparone rependi fortuna voluit. Quid est ergo quod amplius de ea queramur, si ne consortibus quidem divinitatis suæ parcat? Sed cæleste numen se ab injuria vindicavit, continuo enim captos prædones crucibus affixit.

## EXTERNÆ.

1. **ATTENTO** studio nostra commemoravimus, remissiore nunc animo aliena narrentur. Perditæ luxuriæ Athenis adolescens Polemo, neque illecebris tantummodo, sed etiam ipsa infamia gaudens; cum è convivio non post occasum solis, sed post ortum surrexisset, domumque repetens Xenocratis philosophi patentem januam vidisset; vino gravis, unguentis delibutus, fertis capite redimiro, pellucida veste amictus, refertam turba doctorum hominum scholam ejus intravit: Nec contentus tam deformi introitu, confedit etiam, ut clarissimum eloquium & prudentissima præcepta temulentia lasciviis eluderet. Orta deinde, ut par erat, omnium indignatione. Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, omissisque de quibus diserebat, de modestia ac temperantia loqui coepit. Cujus gravitate sermonis resipiscere coactus Polemo, primum coruam capite detractam projecit, paulo post brachium intra pallium reduxit, procedente tempore oris convivalis hilaritatem deposuit; Ad ultimum totam luxuriam exiit, uniusque orationis saluberrima medicina sanatus, ex infami ganeone maximus Philosophus evasit. Peregrinatus est hujus animus in nequitia, non habitavit.

2. **PIGET** Themistoclis adolescentiam attingere, sive patrem aspiciam, abdicationis inurentem notam, sive matrem suspendio finire vitam propter filii turpitudinem coactam; cum omnium postea Graji sanguinis virorum clarissimus extiterit, mediumque Asiæ & Europæ vel spei, vel desperationis pignus fuerit: Hæc enim salutis eum suæ patronum habuit, illa vadens victoriæ assumpsit.

3. **CIMONIS** vero incunabula opinione stultitiæ fuerunt referta; ejusdem imperia salutaria Athenienses

nientes senserunt: Itaque coegit eos stuporis semetipsos damnare, qui eum stolidum crediderant.

4. IAM Alcibiadem quasi duæ fortunæ partitæ sunt: Altera quæ ei nobilitatem eximiam, abundanties divitiarum, formam præstantissimam, favorem civium propensum, summa imperia, præcipuas potentia vires, flagrantissimum ingenium assignaret: altera quæ damnationem, exilium, venditionem bonorum, inopiam, odium patriæ, violentam mortem infligeret: Nec aut hæc, aut illa simul univèrsa; sed varie perplexa, freto atque æstui similia.

5. AD invidiam usque Polycratis Samiorum tyranni abundantissimis bonis conspicuus vitæ fulgor excessit: nec sine causa. Omnes enim conatus ejus placido excipiebantur itinere: spes certum cupitæ rei fructum apprehendebant: vota nuncupabantur simul & solvebantur: velle ac posse in æquo positum erat; Semel duntaxat vultum mutavit, perquam brevi iristitiæ salebra succussim; tunc cum admodum gratum sibi anulum de industria in profundum, ne omnis incommodi expers esset, abjecit: Quem tamen continuo recuperavit capto pisce, qui eum devoraverat. Sed hunc felicitatis semper plenis velis prosperum cursum tenere non posuit. Comprehensum enim Orontes Darii regis præfectus, in excelssissimo Micalensis montis vertice cruci affixit. E qua putres ejus artus & rabido cruore manantia membra, atque illam lævam, cui Neptunus anulum piscatoris manu restituerat, situ marcidam Sauros amara servitute aliquandiu pressa, liberis ac lætis oculis aspexit.

6. DIONYSIVS autem cum hæreditatis nomine à patre Syracusanorum, ac pene totius Sicilia tyrannidem accepisset, maximarum opum dominus, exercituum dux, rector classium, equitatum potens; propter inopiam, literas puerulos Corinthi docuit. Eodemque tempore, tanta mutatione majores natu, ne quis unius fortunæ crederet, magister ludi factus ex tyranno movit.

7. SEQUITVR hunc Suphax rex, consimilem fortunæ iniquitatem expertus, quem amicum hinc Roma per Scipionem, illinc Carthago per Asdrubalem ultro petiit ad penates deos ejus venerat. Cæterum eo claritatis evehctus, ut validissimorum populorum tantum non arbiter victoriæ existeret: parvi temporis immerjecta mora, catenatus à Lælio legato ad Scipionem imperatorem pertractus est. Cujusque dexteram regio insidens solio arroganti manu attingerat,

ad ejus genua supplex procubuit. Caduca nimium hæc & fragilia, puerilibusque consentanea crepundiis sunt, quæ vires atque opes humanæ vocantur. Affluunt subito, repente dilabuntur; nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt; sed incertissimo statu fortunæ, huc atque illuc acta, quos in sublimine extulerunt, improvise decursu destitutos, profundo cladum miserabiliter immerguunt. Itaque neque existimari, neque dici debent bona, quæ ut inflictorum malorum amaritudine desiderium sui duplicent: propensiore favore primo delinitos, majore postea malorum cuiuslo opprimere solent.



VALE-



# VALERII MAXIMI LIBER SEPTIMVS.

## CAPVT I.

### DE FELICITATE.

1 *Q. Metelli Macedonici.* 2 *Gygis Lydorum regis.*

**V**OLVIBILIS fortunæ complura exempla retulimus : constanter propitiæ admodum pauca narrari possunt. Quo patet, eam aduersas res cupido animo infligere, secundas parco tribuere : Eadem ubi malignitatis obliuisci sibi imperavit, non solum plurima ac maxima, sed etiam perpetua bona congerit.

1. **VIDEAMVS** ergo quot gradibus beneficiorum *Qy. Metellum* à primo originis die, ad ultimum usque fati tempus nunquam cessante indulgentia, ad summum beatæ vitæ culmen perduxerit. Nasci eum in urbe terrarum principe voluit : parentes nobilissimos dedit : adiecit animi rarissimas dotes, & corporis vires, ut sufficere laboribus possent : uxorem pudicitia & fecunditate conspicuam conciliavit. Consulatus decus, imperatoriam potestatem, speciosissimi triumphii prætextam largita est : Fecit, ut eodem tempore tres filios consulares, unum etiam censorium, ac triumphalem, & quartum prætorium videret. Utque tres filias nuptum daret, earumque sobolem sinu suo exciperet. Tot partus, tot incunabula, tot viriles togæ, tam multæ nuptiales faces, honorum, imperiorum, omnis denique gratulationis summa abundantia ; cum interim nullum fenus, nullus gemitus, nulla causa tristitiæ. Cælum contemplant : vix tamen ibi talem statum reperies ; quoniam quidem luctus & dolores deorum quoque pectoribus a maximis vatibus assignari videmus. Hunc autem vitæ actum ejus consentaneus finis excepit. Nam *Q. Metellum* ultimæ senectutis spacio defunctum, lenique genere mortis inter oscula complexusque charissimorum pignorum extinctum ; filii & generi humeris suis per Urbem latum rogo imposuerunt.

2. **CLARA** hæc fœlicitas : obscurior illa, sed divino splendore præposita : Cum enim *Gyges* regno *Lydæ* armis & diuitiis abundantissimo inflatus *Apol-*

linem Pythium sciscitatum venisset, an aliquis mortali-  
um se esset felicior: Deus ex abdito sacrarii specu, voce  
missa, Aglaum Sophidium ei prætulit. Is erat Arcadum  
pauperissimus, sed ætate jam senior: terminos agelli sui  
nunquam exceſſerat, parvuli ruris fructibus contentus.  
Verum profecto beatæ vitæ finem Apollo, non adum-  
bratum, oraculi sagacitate complexus est. Quocirca in-  
solenter fulgore fortunæ suæ glorianti respondit, ma-  
gis se probare securitate ridens ingurium, quam tristem  
curis & sollicitudinibus aulam: paucasque glebas pa-  
voris expertes, quam pinguiſſima Lydiæ arva metu re-  
ferta: & unum aut alterum jugum boum facilis tutelæ,  
quam exercitus & arma, & equitatum voracibus im-  
pensis onerosum: & usus necessarii horreolum nulli ni-  
mis appetendum, quam thesauros omnium insidiis &  
cupiditatibus expositos. Ita Gyges dum adſtipulatorem  
vanæ opinionis deum habere concupiscit, ubinam soli-  
da & ſecura eſſet felicitas, didicit.

## CAPVT II.

DE SAPIENTER DICTIS AVT  
FACTIS.

## A Romanis.

- 1 Ap. Claudio.
- 2 P. Scipione Africano.
- 3 Q. Cæcilio L. F. Mesello.
- 4 L. Fimbria.
- 5 L. Papirio L. F. Cursore,  
Cos.
- 6 Senatu Romano.

## Ab externis.

- 1 Socrate Atheniensi.
- 2 Solone Atheniensi.
- 3 Biante Priœniensi.
- 4 Platone Atheniensi.

- 5 Antigono rege.
- 6 Xenocrate philosopho.
- 7 Aristophane comico.
- 8 Thalete philosopho.
- 9 Anaxagora Claxonen-  
nio.
- 10 Demade Atheniensi.
- 11 Anatharse Scytha.
- 12 Agesilao Lacedamo-  
nio.
- 13 Annone Pano.
- 14 Herennio Postio Sa-  
mitico.
- 15 Cretenſibus.

**N** V N C id genus felicitatis explicabo, quod to-  
tium in habitu animi est: nec votis petitur; sed in  
pectoribus sapientia præditis natum, dictis factis-  
que prudentibus eniteſcit.

1. A P. Claudium crebro solitum dicere accepi-  
mus, Negotium populo Rom. melius, quam otium com-  
mitti: non quod ignoraret quam juuandus tranquillita-  
tis sta-

tis status esset, sed quod animadverteret præpotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capessendam excitari, nimia quiete in desidiâ resolvî. Et sâne negotium nomine horridum, civitatis nostræ mores in suo statu continuit: blandæ appellationis quies plurimis vitiis respersit.

2. **SCIPIO** vero Africanus turpe esse ajebat in re militari dicere, Non putaram: videlicet quia explorato & excusso consilio, quæ ferro aguntur, administrari oportere arbitrabatur: summa ratione. Inemendabilis enim est error, qui violentia Martis committitur. Idem negabat aliter cum hoste configi debere, quam aut si occasio obvenisset, aut necessitas incidisset: æque prudenter. Nam & prospere gerendæ rei facultatem omittere, maxima dementia est: & in angustias utique pugnandi compulsam abstinere se proelio, pestiferum ignaviæ adfert exitum: Eorumque qui ista committunt, alter beneficio fortunæ uti, alter injuriæ nescit resistere.

3. **Q.** quoque Metelli cum gravis, tum etiam alta in senatu sententiâ: qui devicta Carthagine, nescire se, illa victoria bonine plus an mali Reipubl. attulisset, asseveravit. Quoniam ut pacem restituendo profuisset; ita Anniibalem submovendo, non nihil nocuisset. Ejus enim transitu in Italiam, dormientem jam populi Romani virtutem excitatam: metuque debere, ne acri æmulo liberata in eundem somnum revolveretur. In æquo igitur malorum posuit, uri tecta, vastari agros, exhaustiri ærarium, & præsci roboris nervos hebetari.

4. Quid illud factum **L. Fimbriæ** consularis, quam sapiens! à **M. Lutatio Pythia** splendido equite Rom. judex aditus de sponsione, quam is cum adversario, quod vir bonus esset, fecerat; unquam id judicium pronuntiatione sua finire voluit. Ne aut probatum virum, si contra enim judicasset, fama spoliaret: aut juraret virum bonum esse, cum ea res innumerabilibus laudibus condeatur.

5. **FORENSIBVS** hæc, illa militaribus stipendiis prudentia exhibita est. **Papirius Cursor** consul cum **Aquilonium** oppugnans proelium vellet committere, pullariusque non prosperantibus avibus eminentis optimum ei auspiciam renunciasset; de fallacia illius factus certior, sibi quidem & exercitui bonum omen datum credidit, ac pugnam iniit. Cæterum mendacem aut ipsam aciem constituit: ut haberent dii, cujus capite, si quid iræ conceperant, expiarent. Directum est autem sive casu, sive etiã cœlestis numinis providentiâ, quod primùm è contraria parte missum erat telum, in ipsum pullarii pectus,

pectus, eumque exanimem prostravit. Id ubi consul cognovit, fidente animo & hosteis invasit, & Aquiloniam cepit. Tam cito animadvertit, quo pacto injuria imperatoris vindicari deberet, quemadmodum violata religio expianda foret, & qua ratione victoria apprehendi posset. Egit virum severum, consulem religiosum, imperatorem strenuum: timoris modum, potestatis genus, spei viam, uno mentis impetu rapiendo.

6. **N V N C** ad senatus acta transgrediar. Cum adversus Annibalem senatus Claudium Neronem & Livium Salinatorem consules mitteret; eosque ut virtutibus pares, ita ininimicitis acerrime inter se dissidentes videret, summo studio in gratiam reduxit, ut propter privatas dissensiones rempub. parum utiliter administrarent. Quia consimili imperio, nisi concordia inest, major aliena opera interpellandi, quam sua edendi cupiditas nascitur: ubi vero etiam pertinax intercedit odium, alter alteri, quam e contrariis castris utrique certior hostis proficiscitur. Eosdem senatus cum ob nimis asperam actam censuram à Cn. Bæbio trib. pl. pro Rostris agerentur rei, causæ dictione decreto suo liberavit. Vacuum omnis judicii metu cum honorem reddendo, qui exigere debet rationem, non reddere. Par illa sapientia senatus, qua Ti. Gracchum trib. pl. Agrariam legem promulgare ausum, morte multavit: Idem ut secundum legem ejus per triumviros ager populo viritum divideretur, egregie censuit. Siquidem gravissimæ seditionis eodem tempore & auctorem & causam sustulit.

Quam deinde se prudenter in rege Massanisæ gessit? Nam cum promptissima & fidelissima ejus opera adversus Carthaginenses usus esset, eumque in dilatando regno avidiorem cerneret; legem ferri jussit, qua Massanisæ ab imperio populi Rom. solutam libertatem tribueret. Quo facto cum optime meriti benevolentiam retinuit, tum Mauritanis & Numidis, cæterarumque illius tractus gentium nunquam fida pace quiescentem feritatem, à valvis suis repulit.

## E X T E R N A.

1. **TEMPVS** deficiet domestica narrantem: quoniam imperium nostrum non tam robore corporum, quam animorum vigore incrementum ac tutelam sui comprehendit. Majore itaque ex parte Romana prudentia in admiratione tacita reponatur, alienigenisque hujus generis exemplis detur aditus. Socrates humanæ sapientiæ quasi quoddam terrestre oraculum,  
nihil

nihil ultra petendum à diis immortalibus arbitratur, quam ut bona tribuerent. Quia si demum scirent quid unicuique esset utile : nos autem plerumque id votis expetere quod non impetrasse melius foret. Etenim densissimis tenebris involuta mortalium mens, in quam lateparentes errores cæcas preces tuas spargis ? Divitiarum appetis, quæ multis exitio fuerunt ; honores concupiscis, qui complures pessumdederunt : regna tecum ipsa volvis, quorum exitus sæpenumero miserabiles cernuntur : splendidis conjugiiis injicis manus, at hæc ut aliquando illustrat, ita nonnunquam funditus domos everiunt. Desine igitur stulta futuris malorum morum causis, quasi felicissimis rebus inhiare, teque totam cælestium arbitrio permitte : Quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere aptissima possunt.

Idem expedita & compendiaria via eos ad gloriam pervenire dicebat, qui id agerent, ut quales videri vellent, tales etiam essent. Qua quidem prædicatione aperte monebat, ut homines ipsam potius virtutem quam umbram ejus consecrarentur. Idem ab adolescensulo quodam consultus, uxorem diceret, an se omni matrimonio abstineret ; respondit utrum eorum fecisset, acturum pœnitentiam. Hic te, inquit, solitudo, hic orbitas, hic generis interitus, hic hæres alienus excipiet : illic perpetua sollicitudo, contextus querelarum, dotis exprobratio, affinium grave supercilium, garrula socrus lingua, subseissor alieni matrimonii, incertus liberorum eventus. Non passus est juvenem in contextu rerum asperarum, quasi lætæ materiæ facere delectum.

Idem cum Atheniensium scelerata dementia tristem de capite ejus sententiam tulisset, fortique animo & constanti vultu portionem veneni è manu carnificis accepisset ; adnoto jam labris poculo, uxori Xanthippæ inter fletum & lamentationem vociferanti innocentem eum perimi, Quid ergo, inquit, nocenti mihi mori satius esse duxisti ? O immensam illam sapientiam ; quæ ne in ipso quidem vitæ excessu oblivisci sui potuit !

2. A G E quam prudenter Solon, nepotem, dum adhuc viveret, beatum dici debere arbitratur : quod ad ultimum usque facti diem ancipiti fortunæ subiecti essemus. Felicitatis igitur humanæ appellationem rogus consummat, qui se incursum malorum objicit. Idem cum ex amicis quendam graviter mœrentem videret, in arcem perduxit, hortatusque est ut per omnes subsectorum ædificiorum partes oculos circumferret : Quod ut factum animadvertit, Cogita nunc tecum, inquit, quam multi luctus sub his tectis & olim fuerint, hodieque

hodieque versentur, insequentibusque seculis sicut habitaturi: ac mitte mortalium incommoda tanquam propria desiere. Quæ consolatione demonstravit urbes esse humanarum cladium consepta miseranda. Idem agebat, si in unum locum cuncti mala sua contulissent, futurum, ut propria deportare domum, quam ex communi miseriarum acervo portionem suam ferre mallent. Quo colligebat non oportere nos quæ fortuito patimur, præcipuæ & intolerabilis amaritudinis iudicare.

3. **B I A S** autem, cum patriam ejus Prienem hostes invalissent; omnibus, quos modo sævitia belli incolumes abire passa fuerat, preciosarum rerum pondere onustis fugientibus, interrogatus, quid ira nihil ex bonis suis secum ferret: Ego vero (inquit) bona mea mecum porto. Pectore enim illa gestabat, non humeris: non oculis visenda, sed æstimanda animo. Quæ domicilio mentis inclusa, nec mortalium, nec deorum manibus labefactari queunt; & ut manentibus præsto sunt, ita fugientes non deserunt.

4. **I A M** Platonis verbis adstricta, sed sensu prævalens sententia. Qui tum demum beatum terrarum orbem futurum prædicavit; cum aut sapientes regnare, aut reges sapere cœpissent.

5. **R E X** etiam ille subtilis iudicii, quem ferunt traditum sibi diadema, priusquam capiti imponeret, reventum diu considerasse, ac dixisse: O nobilem magis quam felicem pannum! quem si quis penitus cognoscat, quam multis sollicitudinibus, & periculis & miseriis sit refertus; ne humi quidem jacentem tollere vellet.

6. **Q U I D**, Xenocratis responsum, quam laudabile! cum maledico sermoni quorundam summo silentio iuteresset; uno ex his quærente cur solus ita linguam suam cohiberet: Quia dixisse me, inquit, aliquando pœnituit, tacuisse nunquam.

7. **A R I S T O P H A N I S** quoque altioris est prudentiæ præceptum, qui in comœdia introduxit remissum ab inferis Atheniensem Periclem, vaticinantem non oportere in urbe nutrire leonem, si autem sit altus, obsequi ei convenire. Monet enim ut præcipuæ nobilitatis & concitati ingenii juvenes refrenentur. Nimio vero favore ac profusa indulgentia pasti, quo minus potentiam obtineant, ne impediatur: quod stultum sit, & inutile eas obretare vires, quas ipse fovetis.

8. **M I R I F I C E** etiam Thales: nam interrogatus an facta hominum deos fallerent: Nec cogitata, inquit, Ut non solum manus, sed etiam mentes puras habere

bere vellemus ; cum secretis cogitationibus nostris coeleste numen adesse credidissemus.

Ac ne quod sequitur quidem minus sapiens. Vuicæ filia pater Themistoclem consulebat utrum eam pauperi, sed ornato : an locupleti sed parum probato colloca-ret. cui is, Malo, inquit, virum pecunia, quam pecuniam viro indigentem. Quo dicto stultum monuit ; ut generum potius, quam divitias generi legeret.

Age, Philippi quam probabilis epistola, in qua Alexandrum quorundam Macedonum benevolentiam largitione ad se attrahere conatum sic increpuit : Quæ te fili ratio in hanc tam vanam spem induxit, ut eos tibi fideles futuros existimares, quos pecunia ad amorem tuum compulisses ? a charitate istud præstatur. At vero ante Philippus majore ex parte mercator Græciæ quam victor.

Aristoteles autem Callisthenem auditorem summum ad Alexandrum dimittens monuit, ut cum eo aut rarissime, aut quam jucundissime loqueretur : quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior. At ille dum Alexandrum Perfica Macedonum salutarione gaudentem objurgat, & ad majorum mores invitum revocare perseverat ; spiritu carere jussus, seram neglecti salubris consilii poenitentiam egit.

Idem Aristoteles de semetipso in neutram partem loqui debere prædicabat : quoniam laudare se, vani ; vituperare, stulti esset. Ejusdem est utilissimum præceptum, Ut voluptates abeuntes consideremus : quas quidem sic ostendendo minuit : Festas enim, poenitentiaque plenas animis nostris subjecit, quo minus cupide repetantur.

9. Nec parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam, qui quam esset beatus : Nemo, inquit, ex his quos tu felices existimas : sed eum in illo numero reperies, qui à te ex miseris constare creditur. Non erit ille divitiis & honoribus abundans : sed aut exigui raris, aut non ambitiosæ doctrinae fidelis ac pertinax cultor, in recessu quam in fronte beator.

10. DE M A D I S quoque dictum sapiens : nolentibus enim Atheniensibus divinos honores Alexandro decernere. Videte (inquit) ne dum cælum custoditis, terram amittatis.

11. Q V A M porro subtiliter Anacharsis leges aranearum telis comparabat : Nam ut illas infirmiora animalia retinere, valentiora transmittere, ita his humiles & pauperes constringi, divites & præpotentes non alligari videmus.

12. **NIHIL** etiam Agesilai factio sapientius : Si quidem cum adversus rempublicam Lacedaemoniorum conpirationem ortam noctu comperisset, leges Lycurgi continuo abrogavit, quæ de indemnatis supplicium sumi vetabant : Comprehensis autem & interfectis soubibus, easdem evestigio restituit. Atque utrumque simul providit, ne salutaris animadversio vel injusta esset, vel jure impediretur. Itaque ut semper esse possent, aliquando non fuerunt.

13. **SED** nescio an Annonis excellentioris prudentiæ consilium. Magone enim Cannensis pugna exitum senatui Pœnorum nuntiante, inque tanti successus fidem annulos aureos trium modiorum mensuram expletes effundente, qui interfectis nostris civibus detracti erant ; quæsit an aliquis sociorum post tantam cladem a Romanis defecisset : Atque ut audivit neminem ad Annibalem transisse, suavit protinus ut legati Romam, per quos de pace ageretur, mitterentur : cujus si sententia valuisset, neque secundo Punico bello victa Carthago, neque tertio deleta foret.

14. **NE** Samnites quidem parvas poenas confimilis erroris pependerit, quod Herennii Pontii salutare consilium neglexerunt : Qui auctoritate & prudentia ceteros præstans, ab exercitu & ejus duce filio suo consultus, quidnam fieri de legionibus Romanis apud Furcas Caudinas inclusis deberet, inviolatas dimittendas respondit. Postero die eadem de re interrogatus, deleri eas oportere dixit : ut aut maximo beneficio gratia hostium emeretur, aut gravissima jactura vires confringerentur : Sed improvida temeritas victorum, dum utranque partem spernit utilitatis, sub jugum missas in perniciem suam accendit.

15. **MULTIS** & magnis sapientiæ exemplis parvulum adjiciam. Cretenses cum acerbissima execratione adversus eos, quos vehementer oderunt, uti volunt ; ut mala consuetudine delectentur, optant ; modestoque voti genere efficacissimum ultionis eventum reperiunt. Inutiliter enim aliquid concupiscere, & in eo perseveranter morari, exitio vicina dulcedo est.



## CAPVT III.

DE VAFRE DICTIS AVT  
FACTIS.

## A Romanis.

- 1 Antifite templi Diana.
- 2 L. Iunio Bruto.
- 3 P. Scipione Africano  
  *maiore.*
- 4 Q. Fabio Labeone.
- 5 M. Antonio oratore.
- 6 Q. Sertorio.
- 7 Q. Fabio Max. Verru-  
  *coſſo.*
- 8 M. Voluſio Saturnino  
  *ad. pl.*
- 9 Senſio Saturnino.
- 10 Patre quodam.

## Ab externis.

- 1 Alexandro Magno &  
  *quodam aſinario.*
- 2 Darii regis equiſone.
- 3 Biante Prieniſi.
- 4 Anaximene.
- 5 Demosthene oratore.
- 6 Quodam Athenienſi.
- 7 Annibale Giſgonis F.  
  *Pæno.*
- 8 Annibale Amiltaris F.  
  *Pæno.*
- 9 Tuſculaniſi.
- 10 Tullo Attio Volſcorũ  
  *duce.*

**E**ST aliud factorum dictorumque genus à sapien-  
tia proximo deſlexu ad Vafri nomen progreſſum ;  
quod niſi fallacia vires aſſumpſerit, fidem propoſi-  
ti non invenit: laudemque occulto magis tranſiit, quam  
aperta via petit.

1. **SER.** Tullio regnante, cuidam patriſamilia  
in agro Sabino præcipuè magnitudinis & eximiae for-  
mæ vacca nata eſt. Quam oraculorum certiffimi au-  
ſtores in hoc à diis immortalibus editam reſponderunt,  
in quiſquis eam Aventinjenſi Dianæ immolaſſet; ejus  
patria totius terrarum orbis imperium obrineret. Læ-  
tus eo dominus, bovem cum ſumma feſtinatione Ro-  
mam actam, in Aventino ante aram Dianæ conſtituit,  
ſacrificio Sabinis regimen humani generis daturus. De  
qua re amiſtes templi certior factus, religionem ho-  
ſpiti intulit, ne prius victimam cæderet, quam proxi-  
mi annis aqua ſe abluiffet. Eoque alveum Tiberis pe-  
tente, vaccam ipſe immolavit, & urbem noſtram tot  
civitarum, tot gentium dominam, pio ſacrificii furto  
reddidit.

2. **QVO** in genere acuminis in primis Inuius Bru-  
tus referendus eſt: Nam cum à rege Tarquinio avuncu-  
lo ſuo omnem nobilitatis indolem exceperit, interque ce-  
teros etiam fratrem ſuum, quod vegetioris ingenierat,

interfectum animadverteret; obtunsi se cordis esse simlavit, eaque fallacia maximas virtutes suas texit. Profectus etiam Delphos cum Tarquinii filiis, quos is ad Apollinem Pythium muneribus sacrificiisque honorandum miserat, aurum deo nomine doni clam cavato baculo inclusum tulit: quia timebat ne sibi caeleste iumen aperta liberalitate venerari tutum non esset. Peractis deinde mandatis patris, Apollinem juvenes consuluerunt, quisnam ex ipsis Romae regnaturus videretur. At is penes eum summam urbis nostrae potestatem futuram respondit; qui ante omnes matri osculum dedisset. Tunc Brutus, perinde atque casu prolapsus, de industria se abjecit, terramque communem omnium matrem existimans, oscularus est. Quod tam vafre telluri impressum osculum, Vibi libertatem, Bruto primum in fastis locum tribuit.

3. SCIPIO quoque superior praesidium calliditatis amplexus est. Ex Sicilia enim petens Africam, cum ex fortissimis peditibus Romanis trecentorum equitum numerum complere vellet, neque tam subito posset eos instruere: quod temporis angustiae negabant, sagacitate consilii affectus est. Namque ex iis juvenibus, quos secum ex tota Sicilia nobilissimos & ditissimos, sed inermes habebat, trecentos speciosa arma & electos equos quam celerrime expedire iussit; velut eos continuo secum ad oppugnandam Carthaginem averturus: Qui cum imperio ut celeriter, ita longinqui & periculosi belli respectu sollicitis animis paruisent; remittere se Scipio illam expeditionem, si arma & equos militibus suis traderent, edixit: Rapuit conditionem imbellis ac timida juventus, instrumentoque suo cupide nostris cessit. Ergo calliditas ducis providit, ut si quod protinus imperaretur, grave prius, deinde remisso militiae metu maximum beneficium fieret.

4. QVOD sequitur narrandum quoque est. Q. Fabius Labeo arbiter a senatu finium constituendorum inter Nolanos & Neapolitanos datus, cum in rem praesentem venisset, utrosque separatim monuit; ut omnia cupiditate, regredi modo controverso, quam progredi mallet: Idque cum utraque pars auctoritate viri mota fecisset, aliquantum in medio vacui agri relictum est. Constitutis deinde finibus ut ipsi terminaverant; quicquid reliqui soli fuit populo Romano adjudicavit: Ceterum etsi circumventi Nolani ac Neapolitani queri nihil potuerunt, secundum ipsorum demonstrationem dicta sententia; improbo tamen praestigiorum genere bovum civitati nostrae vedigal accessit. Eundem

ferunt cum à rege Antiocho, quem bello superaverat, ex foedere isto dimidiam partem navium accipere deberet, medias omnes secuisse, ut eum tota classe privaret.

5. I AM M. Antonio remittendum convitium est: qui idcirco se ajebar nullam orationem scripsisse, ut si quid superiore iudicio actum, ei quem postea defensurus esset, nociturum foret, non dictum à se affirmare posset: Qui facti vix pudentis, tolerabilem causam habuit: pro periclitantium enim capite, non solum eloquentia sua uti, sed etiam verecundia abuti erat paratus.

6. SERTORIUS vero corporis robore, atque animi consilio parem naturæ indulgentiam expertus, proscriptioe Sullana dux Lusitanorum fieri coactus, cum eos oratione flectere non posset, ne cum Romanorum universa acie configere vellent, vasro consilio ad suam sententiam perduxit. Duos enim in conspectu eorum contulit equos, alterum validissimum, alterum infirmisimum; ac deinde validi caudam ab imbecillo senepaulatim carpi, infirmi à juvene eximiarum virium universam convelli iussit. Obtemperatum imperio est. Sed dum adolescentis dextera irrita se labore fatigat, senio confecta manus ministerium executata est. Tunc barbaræ concioni, quorsum ea res tenderet cognoscere cupienti, subjecit: Equi caudæ consimilem esse Romanorum exercitum, cuius partes aliquis aggrediens opprimere possit: universum conatus prosteruere, celerius tradiderit victoriam, quam occupaverit. Irægens barbara aspera, & regi difficilis, in exitium suum ruens, quam utilitatem auribus respuerat, oculis prævidit.

7. FABIVS autem Maximus, cuius non dimicare, vincere fuit: cum præcipuæ fortitudinis Nolanum peditem dubia fide suspectum, & strenuæ operæ Lucanum equitem amore scorti deperditum in castris haberet: ut utroque potius bono milite ureretur, quam in utrumque animadverteret; alteri suspicionem suam dissimulavit: in altero, disciplinam paululum à recto tenore deflexit: Nam illum plene pro tribunali laudando, omnique genere honoris prosequendo animum suum à Pœnis ad Romanos coegit revocare; & hunc clam mereitricem redimere passus, paratissimum pro nobis excursorem reddidit.

8. VENIAM nunc ad eos, quibus salus astutia quærens est. M. Volusius ædilis plebis prescriptus, assumpto Isiaci habitu, per itinera viasque publicas stipem petens, quibusam re vera esset, occurrentes dignoscere

passus non est. Eoque fallaciæ genere testis in M. Bru-  
zi castra pervenit. Quid illa necessitate miserius, quæ  
magistratum populi Romani abjecta honoris prætexta,  
alienigenæ religionis obscuratum insignibus, per Vr-  
bem jussit incedere? Omnes autem hi sine vitæ, aut illi  
alienæ mortis cupidi, qui talia vel ipsi sustinuerunt, vel  
alios perpeti coegerunt.

9. ALIQUANTO speciosius Sentii Saturnioi  
Vetulionis in eodem genere casus ultimæ fortis auxili-  
um. Qui cum à triumviris inter proscriptos nome-  
n suum propositum audisset; continuo præturæ insignia  
invasit: præcedentibusque in modum lictorum, & ap-  
paritorum, publicorumque servorum subornatis, vehi-  
cula comprehendit, hospitia occupavit, obvios submo-  
vit, ac tam audaci usurpatione imperii, in maxima lu-  
ce densissimas hostilibus oculis tenebras offudit. Idem  
ut Puteolos venit, perinde ac publicum ministerium a-  
gens, summa cum licentia correptis navibus in Sicili-  
am, certissimum tunc proscriptorum profugium pene-  
travit.

10. HIS uno adjecto levioris notæ exemplo, ad  
externa convertar. Amantissimus quidam filii, cum eum  
incoaccessis ac periculosis facibus accensum, ab insana  
cupiditate inhibere vellet; salubris consilii astutia pa-  
triam indulgentiam temperavit. Petiit enim ut prius  
quam ad eam, quam diligebat, iret; vulgari ac permis-  
sa Venere uteretur. Cujus precibus obsecutus adole-  
scens, infelicem animi imperium satietate concubitus li-  
citi resolutum; ad id, quod non licebat, tardiores  
pigrioremque afferens, paulatim deposuit.

### EXTERNA.

1. CVM Alexander Macedonum rex sorte mo-  
nitus ut eum qui sibi porta egresso primus occurrisset, in-  
terfici juberet; a sinarium forte ante omnes obviam fa-  
ctum, ad mortem arripi imperavit. Eoque quærente  
quidnam se immerentem capitali supplicio, innocen-  
temque addiceret; cum ad excusandum factum suum  
oraculi præceptum retulisset; a sinarius, Si ira est, inquit,  
rex, alium fors huic morti destinavit; nam a sellus,  
quem ego ante me agebam, prior tibi occurrat. Delecta-  
tus Alexander & illius tam callido dicto, & quod ab  
errore ipse revocatus erat; occasionem in aliquanto vi-  
liore animalis expiandæ religionis rapuit. Summa in  
hoc cum calliditate mansuetudo, summa quoque in al-  
terius regis equifone calliditas.

2. **SORDIDA** Magorum dominatione oppressa, Darius rex adjutoribus ejusdem dignitatis assumptis, pactum cum præclari operis conforibus fecit; ut equis insidentes, solis ortu cursum in quendam locum dirigerent; isque regno potiretur, cujus equus in eo primus hinnisset. Ceterum maxime mercedis comperitoribus fortunæ beneficium expectantibus, solus acumine equisonis sui Ebaris prosperum exoptatæ rei effectum affectus est: qui in equæ genitalem partem demissam manum, cum ad eum locum ventum esset, naribus equi admovit. Quo odore irritatus, ante omnes hinnitum edidit: Auditoque eo, sex reliqui summæ potestatis candidati continuo equis delapsi, (ut est mos Persarum) humi prostratis corporibus Dariam regem saluaverunt. Quantum imperium, quam parvo interceptum est vaframento!

3. **BIAS** autem, cujus sapientia diuturnior inter homines est, quam patria Priene fuit (liquidem illa etiam nunc spirat, hujus perinde atque extinctæ vestigia tantummodo extant) ita agebat oportere homines in usu amicitiae versari; ut meminissent eam ad gravissimas inimicitias posse converteri. Quod quidem præceptum prima specie nimis fortasse callidum videatur, inimicumque simplicitati qua præcipue familiaritas gaudet: sed si altioribus animis cogitatio demissa fuerit, perquam utile reperietur.

4. **LAMP SACENÆ** vero urbis salus unius vaframenti beneficio constitit. Nam cum ad excidium ejus summo studio Alexander ferretur, progressumque extra mœnia Anaximenem præceptorem suum vidisset; quia manifestum erat, futurum, ut preces suas iræ ejus opponeret; non facturum se quod petisset juravit. Tunc Anaximenes, Peto, inquit, ut Lampfacum diruas. Hæc velocitas sagacitatis oppidum vetusta nobilitate inclutum exitio cui destinatum erat, subtraxit.

5. **DEMOSTHENIS** quoque astutia misericordie cuidam ancillæ succursus est, quæ pecuniam depositi nomine à duobus hospitibus acceperat, ea conditione ut illam simul utrisque redderet. Quorum alter interjecto tempore tanquam mortuo socio squalore oblitus, decepta ea omnes nummos abstulit. Supervenit deinde alter, & depositum petere coepit. Hærebat misera in maxima pariter & pecuniæ & defensionis penuria: jamque de laqueo & suspendio cogitabat: Sed oportune Demosthenes ei patronus adfulsit: qui ut in advocacionem venit. Mulier, inquit, parata est depositi se fide solvere; sed nisi socium adduxeris, id facere

non potest. Quoniam ut ipse vociferaris, hæc dicta est lex, ne pecunia alteri suo ea kero numeretur.

6. A C ne illud parum quidem prudenter. Quidam Athenis universo populo invisus, causam apud eum de capitali crimine dicturus, maximum honorem subito petere coepit: Non quod speraret se illum consequi posse; sed ut haberent homines ubi procursum iræ, qui acerrimus esse solet, effunderent. Neque eum hæc tam callidi consilii ratio sefellit: comitiis enim clamore infesto, & crebris totius concionis sibilis vexatus, nota etiam denegati honoris perstrictus, ejusdem plebis paulo post in discrimine vitæ clementissima suffragia expertus est. Quod si adhuc ei ultionem sitienti, capitis sui periculum objecisset, nullam partem defensionis odio obsecræ aures recepissent.

7. H V I C vaframento consimilis illa calliditas. Superior Annibal à Duilio consule navali proelio victus, timensque classis amissæ poenas dare; offensam astutia mire avertit: Nam ex illa infelici pugna prius quam cladis nuntius domum perveniret, queudam ex amicis compositum & oruarum Carthagiem misit. Qui postquam civitatis ejus curiam intravit: Consulit, inquit, vos Annibal, cum dux Romanorum magnas secum maritimas trahens copias adveuerit, an cum eo confingere debeat: Acclamavit universus senatus, non esse dubium quin oporteret. tum ille: Confluxit, inquit, & superatus est. Ita liberum iis non reliquit id factum damnare, quod ipsi fieri debuisse judicaverant.

8. A L T E R item Annibal Fabium Maximum invictam armorum suorum vim saluberrimis cunctationibus pugnæ ludificantem, ut aliqua suspitione irahendi belli respergeret, totius Italiæ agros ferro atque igni vastando, unius ejus fundum immunem ab hoc injuriæ genere reliquit. Profecisset aliquid tanti beneficii insidiosa adumbratio, nisi Romæ urbi, & Fabii pietas, & Annibalis vafræ mores fuissent notissimi.

9. T V S C V L A N I S etiam acumine consilii incolumitas parta est: Cum enim crebris rebellionibus meruissent, ut eorum urbem funditus Romani evertere vellent, atque ad id exequendum Furius Camillus, dux validissimo instructus exercitu venisset; universi eotogati obviam processerunt, comineatusque, & cætera pacis munia benignissime præstiterunt: Armatum etiam intrare inœnia passi sunt, nec vultu, nec habitu mutato. Qua constantia tranquillitatis non solum ad amicitiam nostræ jus; sed etiam ad communionem civitatis, quam usque cupierant, penetraverunt. Sa-  
gaci

gaci hercule usi simplicitate; quoniam aptius esse intellexerant, metum officio dissimulare, quam armis protegere.

10. AT Volscorum ducis Tulli execrabile consilium; Qui ad bellum inferendum Romanis maxima cupiditate accensus, cum aliquot adversis præliis contusos animos suorum, & ob id paci proniores animadverteret; insidiosa ratione, quo volebat, compulsi. Nani cum spectandorum ludorum magna Volscorum multitudo Romanam convenisset; consulibus dixit, Vehementer se timere, nequid hostile subito inolirentur: monuitque ut essent cautiores, & protinus ipse urbe egressus est. Quam rem confuses ad senatum retulerunt, qui, tamen nulla suspicio suberat, auctoritate tamen Tulli commotus, ut ante noctem Volsci abirent, decrevit. Qua contumelia irritati, facile impelli poterunt ad rebellandum. Ita mendacium versuti ducis, simulatione benevolentiae involutum, duos simul populos fefellit: Romanum, ut fontes notaret: Volscum, ut deceptis irascereur.

## CAPVT IV.

## DE STRATAGEMATIS.

Romanorum.

5 *Q. Metelli Macedonici.*1 *Tulli Hostilii regis.*2 *Sex. Tarquinii L.F.*3 *Obsessorum in Capitolio.*4 *M. Livii C. Claudii Coss.*

Externorum.

1 *Agathoclis Syracusanorum regis.*2 *Annibalii Pæni.*

**I**LLA vero pars calliditatis egregia, & ab omni reprehensione procul remota; cujus opera, quia appellatioe nostra vix apte exprimi possunt, Græca pronuntiatione Stratagemata dicuntur.

1. OMNIBVS militaribus copiis Tullo Hostilio Bidas aggreſſo; quæ surgentis imperii nostri incunabula crebris rebellionibus torpere passæ non sunt, finitimisque trophæis ac triumphis aliam virtutem ejus, spes suas ulterius promovere docuerunt, Metius Sufferius dux Albanorum, dubiam & suspectam semper societatis suæ fidem repente in ipsa acie detexit: Detecto enim Romani exercitus latere, in proximo colle confedit, pro adjutore speculator pugnae futurus; ut aut victis insultaret, aut victores fessos aggredereur.

Non erat dubium quin ea res militum nostrorum animos debilitatura esset; cum eodem tempore & hostes configere, & auxilia deficere cernerent. Itaque ne id fieret, Tullus providit: concitato enim equo omnes pugnantium globos præcurrit, prædicans suo jussu secessisse Metium; eumque, cum ipse signum dedisset, invasurum Fidenatum terga. Quo imperatoris artis consilio metum fiducia mutavit; proque trepidatione, alacritate suorum pectora replevit.

2. **AT** ne continuo a nostris regibus recedam, Sex-Tarquinius Tarquini filius indigne ferens quod patris viribus expugnari Gabii nequirent, valentioris armis excogitavit rationem, qua interceptum id oppidum Romano imperio adjiceret. Subito namque se ad Gabinos contulit, tanquam parentis sævitiam & verbera, quæ voluntate sua perpessus erat, fugiens: Ac paulatim uniuscujusque fictis & compositis blanditiis alliciendo benevolentiam, ut apud omnes plurimum posset, consecutus; familiarem suum ad patrem misit, indicaturum, quemadmodum in sua manu haberet universa: & quæsiturum quidnam fieri vellet. Invenili calliditati senilis astutia respondit. Siquidem re eximia delectatus Tarquinius, fidei autem nuntii parum credens, nihil respondit; sed seducto eo in horum, maxima & altissima papaverum capita baculo decussit. Cognito adolescens silentio patris, simul ac factò, causam altioris argumenti pervidit: nec ignoravit præcipi sibi ut excellentissimum quemque Gabinorum, aut exilio summo veret, aut morte consumeret. Ergo spoliatam bonis propugnatoribus civitatem tantum non victis manibus ei tradidit.

3. **ILLVD** quoque a majoribus & consilio prudenter, & exitu feliciter provisum, cum Urbe capta Galli Capitolium obsiderent; solamque potiendi ejus spem in fame obsessorum repositam animadvertent: Per quam callido enim genere consilii, unico perseverantiæ irritamento victores spoliaverunt. Panes enim jacere compluribus ex locis cæperunt. Quo spectaculo obstupefactos, infinitamque frumenti abundantiam nostris superesse credentes; ad passionem omnitendæ obfidionis compulerunt. Misertus est tunc profecto Jupiter Romanæ virtutis, præsidium ab astutia mutuantis; cum in summa alimentorum inopia, projici præsidia inopiæ cerneret. Igitur ut vasro, ita periculoso consilio salutarem exitum dedit.

4. **IDEMQUE** Iupiter postea præstantissimorum ducum nostrorum sagacibus consiliis propitius aspiravit



aspiravit: Nam cum alterum Italiæ latus Annibal laceraret, alterum invasisset Asdrubal, ne duorum fratrum junctæ copiæ intolerabili onere fessas simul res nostras urgerent hinc Claudii Neronis vegetum consilium, illinc Livii Salinatoris incluta providentia effecit. Nero enim compresso à se in Lucanis Annibale, præsentiam suam (quoniam ita ratio belli desiderabat) mentitus hosti; ad opem collegæ ferendam per longum iter celeritate mira tetendit. Salinator in Umbria apud Metaurum flumen proximo die dimicaturus; summa cum dissimulatione Neronem castris noctu recepit: Tribunos enim à tribunis, centuriones à centurionibus, equites ab equitibus, pedites à peditibus excipi jussit: ac sine ulla tumultuatione, solo vix unum exercitum capiente, alterum inferuit. Quo evenit ne Asdrubal cum duobus se consulibus procliaturum prius sciret; quam ab utrisque prosterneretur. Ita illa tota terrarum orbe infamis Punica calliditas frustrata fuit: Romana prudentia Annibalem Neroni: Asdrubalem Salinatori decipiendum tradidit.

5. MEMORABILIS etiam consilii Qu. Metellus. Qui cum proconsule bellum in Hispania adversus Celtiberos gereret; urbemque Contrebian caput ejus gentis viribus expugnare non posset; intra pectus suum diu multumque consiliis agitatis, viam reperit qua propositum ad exitum perduceret. Itinera magno impetu ingrediebatur, deinde alias atque alias regiones petebat. Modo hos obsidebat monies, paullo post ad illos transgrediebatur. Cum interim tam suis omnibus, quam ipsis hostibus ignota erat causa inopinatæ ejus ac subitæ fluctuationis. Interrogatus quoque à quodam amicissimo sibi, quid ita sparsum & incertum militiæ genus sequeretur: Absiste, inquit, ista quærere: nam si hujus consilii mei interiorum tunicam consciam sensero, continuo eam cremari jubebo. Quorsum igitur ista dissimulatio erupit? aut quem finem habuit? Postquam vero & exercitum suum ignorantia, & totam Celtiberiam errore implicavit; cum alio cursum direxisset, subito ad Contrebian reflexit, eamque inopinatam & attonitam oppressit. Ergo nisi mentem suam dolos scrutari coegisset, ad ultimam ei senectutem apud mœnia Contrebiæ annato sedendum foret.

#### EXTERNÆ.

1. AGATHOCLES antem Syracusanorum rex audaciter callidus. Cum enim urbem ejus majore

ex parte Carthaginienſes occupaffent, exercitum ſuum in African trajecit: ut metui metu, vim vi diſcueret, neque ſine effectu: Nam repentiſſimo ejus adventu perculſi Pœni, libenter incolumitatem ſuam ſalutem hoſtium redemerunt: pactique ſunt ut eodem tempore & Africa Siculis, & Sicilia Punicis armis liberaretur. Age ſi Siracularum moenia tueri perfeveraffet, illa belli malis urgerentur, bona pacis fruenda ſecuræ Carthagini reliquiffet. Nunc inferendo quæ patiebatur, dum alienas potius laceſſit opes, quam ſuas tueretur; quo æquiore animo regnum deſeruit, eo tutius recepit.

2. QUID Annibal Canuſi proelio? nonne prius quam ad dimicandum deſcenderet, aciem populi Rom. compluribus aſtutiæ implicatam laqueis, ad tam miſerabilem perduxit exitum? Ante omnia enim providit, ut & ſolem & pulverem, qui tibi vento multus excitari ſolet, adverſum haberet. Deinde partem copiarum ſuarum, inter ipſum proelii tempus de industria fugere juſſit, quam cum à reliquo exercitu abruptam legio Romana ſequeretur, trucidandam eam ab iis, quos in inſidiis collocaverat, curavit. Poſtremo quadringentos equites ſubornavit, qui ſimulata tranſitione petierunt conſilem, à quo juſſi more traufugarum depositis armis in ultimam pugnæ partem ſecedere; diſtinctis gladiis, quos inter tunicas & loricas abdiderant, poplites pugnantium Romanorum ceciderunt. Hæc fuit Punica fortitudo, dolis & inſidiis & fallacia inſtructa. Quæ nunc certiffima circumventæ virtutis noſtræ excuſatio eſt; quæpiam decepti magis quam victi fuimus.

## CAPVT V.

## DE REPVLſIS.

- |                        |                         |
|------------------------|-------------------------|
| 1 Q. Aelii Tuberonis.  | nicj.                   |
| 2 P. Scipionis Naſica. | 5 L. Cornelii Sullæ.    |
| 3 L. Aemilii Paulli.   | 6 M. Catonis Vticenſis. |
| 4 Qu. Metelli Macedo-  |                         |

CAMP I quoque repræſentata conditio ambitioſam ingredientem viam, ad fortius ſuſtinendos partium proſperos comitiorum eventus utiliter intruxerit. Ut propoſitis ante oculos clariffimorum virorum repulſis; non minore cum ſpe honores, ac prudentiore cum animi judicio petant: Meminerintque nefas non eſſe, aliquid ab omnibus ſui negari: cum ſæpenumero Anguli

singuli cunctorum voluntatibus resistere fas esse duxerint. Scientes etiam, patientia queri debere, quod gratia impetrari nequirit.

1. QV. Ælius Tubero, à Qu. Fabio Maximo, epulum populo nomine P. Africani patrui sui dante, rogatus ut triclinium sterneret: lectulos Punicanos pellibus hædinis stravit: & pro argenteis vasis Samia exposuit. Cujus rei deformitate sic omnes offendit, ut cum alioqui vir egregius haberetur, comitiisque Prætoris candidatus in campum L. Paullo avo, & P. Africano avunculo mixus descendisset, repulsa inde notatus abierit. Nam ut privatim semper continentiam probabant, ita publice maxima cura splendoris habita est: Quocirca non unius convivii numerum, sed totam se in illis pelliculis jacuisse credens civitas: ruborem epulis suffragiis suis vindicavit.

2. PVB. autem Scipio Nasica, togatæ potentæ clarissimum lumen, is qui consul Iugurthæ bellum indixit, qui matrem Idæam Phrygicis sedibus ad nostras aras focusque migrantem sanctissimis manibus excepit: qui multas & pestiferas seditiones auctoritatis suæ robore oppressit: quo principe senatus per aliquot annos gloriatus est: cum ædilitatem curulem adolescens peteret, manumque cujusdam rustico opere duratam more candidatorum tenacius apprehendisset; joci gratia interrogavit eum, num manibus solitus esset ambulare. Quod dictum à circumstantibus exceptum ad populam: mauavit, causamque repulsæ Scipioni attulit. Omnes namque rusticæ tribus paupertatem sibi ab eo exprobratam judicantes, iram suam adversus contumeliosam ejus urbanitatem distinxerunt. Igitur civitas nostra nobilium juvenum ingenia ab insolentia revocando, magnos & utiles cives fecit; honoribusque non pariendo eos à securis peti, debitum auctoritatis pondus adjecit.

3. NVLLVS error talis in L. Æmilio Paullo conspectus est: sed tamen aliquoties frustra consulatum petiit. Idemque, cum jam campum repulsis suis fatigasset, bis consul & censor factus, amplissimum dignitatis gradum obtinuit. Cujus virtutè injuriæ non fregerunt, sed acuerunt. Quoniam quidem ipsa nota accensus, cupiditatem summi honoris ardentiorum ad comitia detulit; ut populam, quia nobilitatis splendore & animi bonis movere non poterat, pertinacia vinceret.

4. QV. autem Cæcilium Metellum pauci & mæsti amici, consulatus repulsa abstatum, tristitia ac rubore plenum, domum reduxerunt: quem de Pseudo-

philippo triumphantem uniuersus senatus lætum & alacrem in Capirolitum profecutus erat. Achaici etiam belli, cui summam manum L. Mummius adiecit, maxima pars ab hoc viro profligata fuerat. Eius ergo populus consulatum negare potuit, cui mox duas clarissimas provincias aut debebat, aut erat debiturus? Et quidem hoc factum, meliore eo cive usus est. Intellexit enim quam industrie sibi gerendus esset consulatus, quem tanto labore impetrari senserat.

5. QUID tam excellens, quid tam opulentum quam L. Sulla? Diuitias & imperia largitus est, leges vetustas abrogavit, novas tulit: Hic quoque in eo campo cuius postea dominus extitit, repulsa Præturæ sigillatus est: omnia loca petiti honoris, si quis modo deorum formam & imaginem futuræ ejus potentia: populo Romano repræsentasset, impetraturus.

6. SED ut comitorum maximum crimen referam, M. Portius Cato plus moribus suis præturæ decoris adiecturus, quam prætexto ejus splendoris ipse laturus; consequi illam à populo aliquando non potuit. Proxima dementia: suffragia, quæ satis quidem graves poenas erroris sui pependissent! quoniam quem honorem Catoni negauerant, Vatinius dare coacti sunt. Ergo si vere æstimare volumus, non Catoni tunc prætura, sed præturæ Cato negatus est.

## CAPVT VI.

### DE NECESSITATE.

- |   |                                      |
|---|--------------------------------------|
| 1 Populi Rom. post cladem Cannensem.        | 6 Populi Asiatici bello Parthico.    |
| 2 Casilinatum in obsidione.                 | Externorum.                          |
| 3 Prænestinorum militum in eadem obsidione. | 1 Cretensum a Q. Metello obsessorum. |
| 4 Populi Rom. bello Mariano.                | 2 Numantinorum a P. Scipione.        |
| 5 C. Casaris ad Mundam.                     | 3 Calagurritanorum a Cn. Pompejo.    |

**A**BOMINANDÆ quoque necessitatis amarissimæ leges, & truculentissima imperia, tum Urbem nostram, tum etiam exteras gentes multa non intellectu tantum, sed etiam auditu graua, perpeti coegerunt.

1. **NAM** aliquot adversis proeliis secundo Punico bello exhausta militari juventute Romana, senatus auctore Ti. Graccho consule design. censuit; uti publice servi adversus propulsandorum hostium impetum emerentur: Eaque de re per tribunos plebis ad populum lata rogatione tres creati sunt viri, qui quatuor & viginti millia servorum comparaverunt: adactosque jurejurando, strenuam se, fortemque operam daturos, Quoad Pœni essent in Italia, datis armis in castra miserunt. Ex Apulia quoque & Fidiculis septuaginta atque ducenti ad supplementum equitatus sunt empti. Quanta violentia est casus acerbi! Quæ civitas ad id tempus ingenuæ quoque originis capite census habere milites fastidierat; eadem cellis servilibus extracta corpora, & a pastoralibus casis collecta mancipia, velut præcipuum firmamentum, exercitui suo adjecit. Cedit ergo interdum generosus spiritus militati, & fortunæ viribus succumbit: ubi nisi tutiora elegerit consilia, speciosa sequenti concidendum est. Cauensis autem clades adeo urbem nostram vehementer confudit, ut M. Junii opera dictatura rempublicam administrantis spolia hostium affixa templis, deorum numini consecrata, instrumeto militiæ futura convellerentur, ac prætextati pueri arma induerent: addictorum etiam, & capitali crimine damnatorum sex millia conscriberentur. Quæ si per se aspiciantur, aliquid ruboris habent: si autem admotis necessitatis viribus ponderentur, sævitæ temporis convenientia præsidia videbuntur. Propter eandem cladem senatus Oracilio, qui Siciliam, & Cornelio Mammulæ, qui Sardiniam proprætoribus obtinebant; querentibus quod neque stipendium, neque frumentum classibus eorum & exercitibus focii præberent: Afirmantibus etiam, ne habere quidem eos, unde id præstare possent; rescripsit, ærarium longinquis expensis non sufficere: Proinde quo pacto tantæ inopiæ succurrendum esset, ipsi viderent. His literis quid aliud quam imperii sui gubernacula è manibus abjecit? Siciliamque & Sardiniam, benignissimas urbis nostræ nutrices, gradus & stabilimenta bellorum; tam multo sudore & sanguine in jus ac potestatem redactas, paucis verbis, te scilicet necessitate jubente, dimisit.

2. **EADÉM** Casilinales obsidione Annibalis clausos, alimentorumque facultate defectos, lora necessariorum vinculorum usibus subducta, eque scutis detractas pelles ferventi resolutas aqua mandere voluisti. Quid illis, si acerbiter casus intusare, miserius? si constantiam respicias, fidelius? qui ne à Romanis desciscerent,

sciscerent, tali cibi genere uti sustinuerunt; cum pinguis arva sua fertilissimosque campos necuibus suis subjectos intrerentur. Itaque Campanæ urbis, quæ Punicam feritatem delitiis suis cupide fovit, in propinquo situm Casilinum modo rara virtute clarum, perseverantis amicitia pignore impios oculos verberavit.

3. IN illa obsidione & fide, cum trecenti Prænestini permanerent, evenit ut ex his quidam murem captum ducentis potius denariis vendere, quam ipse leniendæ famis gratia consumere mallet. Sed credo, deorum providentia & venditori & emptori, quem uterque merebatur exitum, attribuit. Avaro enim fame consumpto, manubiis sordium suarum frui non licuit: æqui animi vir ad salutarem impensam faciendam; care quidem, verum necessarie comparatio cibo vixit.

4. C. autem Mario & Cn. Carbone consulibus, bello civili cum L. Sulla dissidentibus; quo tempore non reipubl. victoria quærebatur, sed præmium victoriæ res erat publica; senatusconsulto aurea atque argentea templorum ornamenta, ne militibus stipendia decissent, conflata sunt. Digna enim erat causa, hinc, an illi crudelitatem suam proscriptione civium satiarent, ut dii immortales spoliarentur. Non ergo patrum conscriptionum voluntas, sed tua teterrima necessitas truculenta manus illi consulto stylum impressit.

5. Divi Iulii exercitus, idem invicti ducis invicta dextera, cum armis Mundam clausisset, aggerique extruendo materia deficeret; congerie hostilium cadaverum quam desideraverat altitudinem instruxit. Eamque tragulis & pilis, quia roboreæ fudes deerant, magistra novæ molitionis necessitate usus vallavit.

6. ATQUE ut divinam filii mentionem cælestis patris recordationi subnectam: cum effusus se in nostras provincias Parthorum rex Phraartes videretur, vicinæque imperio ejus regiones subita indicti tumultus denuntiatione quererentur: tanta in Bosphorano tractu commeatus penuria incessit, uti à militibus, singulis olei frumentique modis totidem maucipia permurarentur. Sed amarissimam tempestatem Augusti cura, tutelæ tunc terrarum vacans dispulit.

## EXTERNÆ.

1. CRETENSIBVS nihil tale præsidii affulsit: qui obsidione Metelli ad ultimam usque penuriam compulsi, suæ, jumentorumque suorum usura sitim torserunt, justius dixerim, quam sustentarunt: Quia dum  
vini

viuci timent, id passi sunt, quod eos ne victor quidem pati coegisset.

2. **NVMANTINI** autē à Scipione vallo & agere circumdati, cum omnia, quæ famem eorum trahere poterant, consumpsissent: ad ultimum humanorum corporum dapibus nisi sunt. Quapropter capta jam urbe, complures iuuenti sunt, artus & membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes. Nulla est in his necessitatis excusatio: nam quibus mori licuit, sic vivere necesse non fuit.

3. Horum trucem pertinaciam in consimili facinore Calagurritanorum execrabilis impietas supergressa est: Qui quo perseveratius interempti Sertorii cineribus, obsidionem Cn. Pompeji frustrantes, fidem præstarent: quia nullum jam aliud in urbe eorum supererat animal, uxores suas natosque ad usum nefariæ dapis verterunt. Quoque diutius armata iuventus viscera sua visceribus suis aleret, infelices cadaverum reliquias salire non dubitavit. En unquam aliquis in acie hortaretur, ut pro salute conjugum & liberorum fortiter dimicaret? Ex hoc nimirum hoste, tanto duci poena magis quam victoria petenda fuit: quia plus vindicatus libertatis, quam victus gloriæ afferre potuit: cum omne serpentium ac ferarum genus comparatione sui titulo feritatis superarit: Nam quæ illis dulcia vitæ pignora proprio spiritu chariora sunt, ea Calagurritanis prandia atque cænæ extiterunt.

## CAPVT VII.

## DE TESTAMENTIS RESCISISSIS.

- |   |                                       |
|---|---------------------------------------|
| 1 <i>Patris qui filium exheredauerat.</i> | 4 <i>Septisia Trachalorum matris.</i> |
| 2 <i>M. Anneji Carseolani.</i>            | 5 <i>Terentii cuiusdam.</i>           |
| 3 <i>C. Tettii.</i>                       | 6 <i>Naviani cuiusdam.</i>            |
|   | 7 <i>Iuventii cuiusdam.</i>           |

**VACEMVS** nunc negotio, quod actorum hominis & præcipuæ curæ, & ultimi est temporis: consideremusque quæ testamenta aut rescissa sunt legitime facta: aut cum merito rescindi possent, rata manserunt: quæve ad alios quam qui expectabant, honorem hereditatis transtulerunt.

1. **ATQVE** ista, ut ordine, quo proposui exequar: militantis cuiusdam pater, cum de morte filii, factum è castris

è castris nuntium accepisset, aliis hæredibus scriptis decessit. Peractis deinde stipendiis; adolescens reversus, domum errore patris, impudentiaque amicorum. sibi clausam reperit. Quid enim illis inverecundius? florem juventæ pro republica absumpserat, maximos labores, & plurima pericula toleraverat, adverso corpore exceptas ostendebat cicatrices: & postulabat ne avitos ejus lares otiosa ipsi urbi onera possiderent. Itaque depositis armis coactus est in foro togatam ingredi militiam. Acceperat, cum improbißimis enim hæredibus de paternis bonis apud centumviros contendit: omnibusque non solum consiliis, sed etiam sententiis superior discessit.

2. ITEM M. Annejus M. Carseolani splendidissimi equitis Rom. filius à Sufenate avunculo suo adoptatus, testamentum naturalis patris, quo præteritus erat, apud centumviros rescidit, cum in eo Tullianus Pompeji Magui familiaris, ipso quidem Pompejo signatore, hæres scriptus esset. Itaque plus illi in judicio, cum excellentissimi viri gratiâ, quam cum parentis cineribus negotii fuit: Ceterum quamvis utraque hæc adversus eum nitebantur, tamen paterna bona obtinuit. Nam L. quidem Sextilius & P. Popilius, quos M. Annejus sanguine sibi conjunctos eadem ex parte, qua Tullianum hæredes fecerat, sacramento cum adolescentulo contendere ausi non sunt: tamen præcipuis eo tempore Magni viribus ad defendendas tabulas testamenti invitari poterant. Et aliquantulum adjuvabat hæredes, quod M. Annejus in Sufenatis familiam ac sacra transierat: sed arctissimum inter homines procreationis vinculum patris simul voluntatem, & principis viri auctoritatem superavit.

3. C. autem Tertium infantem à patre exhæredatum, Petronia matre, quam Tertius quoad vixit, in matrimonio habuerat, natum, Divus Augustus in bona paterna ire decreto suo jussit: patris patriæ animo usus: Quoniam Tertius in proprio jure procreato filio, summa cum iniquitate paternum nomen abrogaverat.

4. SEPTICIA quoque mater Trachalorum Arminensium filius irata, in contumeliam eorum, cum jam parere non posset, Publicio seni admodum nupsit, testamento etiam utraque præterit. A quibus aditus Divus Augustus, & nuptias mulieris, & suprema judicium improbat. Nam hæreditatem maternam filios habere jussit: dotem, quia non quærendorum liberorum causa conjugium intercesserat, virum retinere vetuit.

Si



Si ipsa æquitas hac de re cognosceret, possetne justius aut gravius pronuntiare? Spernis quos genuisti: nubis effœta: testamenti ordinem violento avino confundis: neque erubescis ei totum patrimonium addicere, cujus polliucto jam corpori marcidam senectutem tuam substravisti. Ergo dum sic te geris, ad inferos usque cœlesti fulmine afflata es.

5. **E G R E G I A** est quoque C. Calpurnii Pisonis prætoris Urb. Constitutio. Cum enim ad eum Terentius ex octo filiis, quos in adolescentiam perduxerat, ab uno in adoptionem dato exhæredatum se querelam detulisset: bonorum adolescentis possessionem ei dedit, hæredesque lege agere passus non est. Movit profecto Pisonem patria majestas, donum vitæ, beneficium educationis: sed aliquid etiam flexit circumstantiarum liberorum numerus, quod cum patre septem fratres impie exhæredatos videbat.

6. **Q V I D** Mamerci Æmilii Lepidi consulis quam grave decretum! Genucius quidam, Matris Magnæ Gallus, à Cn. Oreste prætore Urbis impetraverat, ut restitui se in bona Næviani juberet, quorum possessionem secundum tabulas testamenti ab ipso acceperat. Appellatus Mamercus à Surdium, cujus libertus Genucium hæredem fecerat, prætoriam jurisdictionem abrogavit: quod diceret Genucium amputatis sui ipsius sponte genitalibus corporis partibus, neque virorum, neque mulierum numero haberi debere. Conveniens Mamercus, conveniens principi senatus decretum: quo provisum est ne obscœna Genucii præsentia iniqua-que voce, tribunalia magistratuum sub specie petiti juris polluerentur.

7. **M V L T O** Q. Metellus prætorem urbanum se-  
verioreni egit, quam Orestes gesserat: Qui Vecilio le-  
noni bonorum Juventii possessionem secundum tabu-  
las testamenti non dedit; quia vir nobilissimus & gra-  
vissimus, fori ac lupanaris separandam conditionem  
existimavit: Nec aut factum illius comprobare voluit,  
qui fortunas suas in stabulum contaminatum projece-  
rat: aut huic tanquam integro civi jura reddere, qui  
se ab omni honesto vitæ genere abruperat.

DE RATA TESTAMENTIS  
ET INSPERATIS.

- |                                  |                                  |
|----------------------------------|----------------------------------|
| 1 <i>Sempronii Tuditani.</i>     | 6 <i>T. Marii.</i>               |
| 2 <i>Æbuciae.</i>                | 7 <i>L. Valerii Heptachardi.</i> |
| 3 <i>Q. Metelli.</i>             | 8 <i>T. Barruli.</i>             |
| 4 <i>Fratris Pompeji Regini.</i> | 9 <i>M. Popillij.</i>            |
| 5 <i>Q. Cæcilij.</i>             |                                  |

**H**IS rescissorum testamentorum exemplis contenti attingamusea quæ rata manserunt, cum causas haberent propter quas rescindi possent.

1. **Q**UAM certæ, quam etiam notæ insanix Tuditanus, utpote qui populo nummos sparserit, togamque velut tragicam vestem in foro trahens, maximo cum hominum risu conspectus fuerit, ac multa his consentanea fecerit: Testamento Osilium instituit hæredem: quod Ti. Longus sanguine proximus, hastæ iudicio subvertere frustra conatus est. Magis enim centumviri, quid scriptum esset in tabulis, quam quis eas scripsisset, consideraudum existimaverunt.

2. **V**ITA Tuditani demens: Æbucix autem, quæ L. Meneij Agrippæ uxor fuerat, tabulæ testamenti plenæ furoris. Nam cum haberet duas suillimæ probitatis filias Plætorem & Afraniam: animi sui potius inclinatione prosecta, quam ullis alterius iniuriis aut officiis commota, Plætorem tantummodo hæredem instituit: Filiis autem Afranix ex suo admodum amplo patrimonio viginti minimum legavit. Afrania tamen cum sorore sua sacramento contendere noluit; testamentumque matris, patientia honorare, quam iudicio convellere satius esse duxit: Eo se ipsa indigniorum injuria ostendens, quo eam æquiore animo sustinebat.

3. **M**INVS mirandum errorem muliebrem Qu. Metellus fecit. Is namque plurimis & celeberrimis ejusdem nominis viris in urbe nostra vigentibus, Claudiorum etiam familia, quam arctissimo sanguinis vinculo contingebat, florente; Carrinatæ solum hæredem reliquit: nec hocce ejus testamentum quisquam attemptavit.

4. **ITEM** Pompejus Reginus, vir transalpinæ regionis, cum testamento fratris præteritus esset, & ad cogruendam iniquitatem ejus, binas tabulas testamentorum suorum in comitio incisas, habita utriusque ordinis maxima frequentia, recitasset; in quibus magna ex parte hæres frater erat scriptus, prælegabaturque ei centies & quinquagies sestertium: mustum ac diu inter assentientes indignationi suæ amicos questus, quod ad hastæ judicium attinuit, cineres fratris quietos esse passus est. Et erant ab eo instituti hæredes, neque sanguine patrio pares, neque proximi: sed & alieni & humiles: ut non solum flagitiosum silentium, sed etiam prælatio contumeliosa videri posset.

5. **ÆQVE** felicitis impunitatis, sed nescio an terrioris hæc delicti testamenta. **Q.** Cæcilius L. Luculli promptissimo studio, maximæque liberalitate, & honestum dignitatis gradum, & amplissimum patrimonium consecutus: cum præ se semper tulisset, unum illum sibi esse hæredem, inoriens etiam annulos ei suos tradidisset; Pomponium Atticum testamento adoptavit, omniumque bonorum reliquit hæredem. Sed fallacis & insidioli cadaver pop. Rom. cervicibus recte circumdatum, per viam traxit: Itaque nefarius homo filium quidem, & hæredem habuit quem voluit: funus autem & exequias quales meruit.

6. **NEQVE** aliis dignus fuit T. Marinus Urbinas qui ab infimo militiæ loco, beneficiis Divi Augusti Imperatoris ad summos castrenses honores perductus, eorumque uberrimis quæstibus locuples factus; non solum ceteris vitæ temporibus ei se fortunas suas relinquere, à quo acceperat, prædicavit; sed etiam pridie quam expiraret, idem istud ipsi Augusto dixit: cum interitum ne nomen quidem ejus tabulis testamenti adjectum.

7. **L.** autem Valerius, cui cognomen Heptachordo fuit, rogatum hostem Cornelium Balbum expertus, utpote opera ejus & consilio compluribus privatis vexatus litibus, ad ultimumque subjecto accusatore capitali crimine accusatus: præteritis advocatis & patronis suis, solum hæredem reliquit: nimia consternatione quæ animum ejus transversum egit, depravatus. Amavit enim sordes suas, & dilexit pericula, & damnationem votis expertivit: auctorem harum rerum benevolentia, propulsatores odio insecutus.

8. **T. BARRVLVS** Lentulo Spintheri, cujus amarissimum animum, liberalissimamque avaritiam senserat, decedens suos annulos perinde atque unice

hæredi tradidit, quem nulla ex parte hæredem relinquebat. Quantum illo momento temporis conscientia, (si modo vires, quas habere creditur possidet) à terribino homine supplicium exegit! Inter ipsam enim fallacis & ingratae culpæ cogitationem, spiritum posuit, quasi torzore aliquo mentē ejus intrus cruciante: Quod animadvertēbat e vita ad mortem transitum suum, & superis diis invisum esse, & inferis detestabilem futurum.

M. VERO Popillius senatorii ordinis Oppium Gallum ab ineunte ætate familiarissimum sibi, moriens pro vetusto jure amicitia, & vultu benigno respexit, & verbis magnum præ se amorem ferentibus profecutus est. Vnum etiam de multis, qui assidebant ultimo complexu & osculo dignum judicavit: superque annulos suos ei tradidit: videlicet nequid ex ea hæreditate, quam non erat aditurus, amitteret. Quos ocyus vir diligens, sed morientis amici plenum contumeliae Indibrium, in locellum repositos & à præsentibus assignatos, diligentissime heredibus illius, ex hæres ipse reddidit. Quid hoc loco inhonestius? aut quid intempestivius? Senatorem pop. Rom. Curia egressum homo vitæ fructibus continuo cariturnus, sanctissimæ jura familiaritatis mortem pressis oculis, & spiritu supremos anhelitus reddente, scurrili lusu sigillanda sibi desumpsit.



VALE

## VALERII MAXIMI

## LIBER OCTAVVS.

## CAPVT I.

DE IVDICIIS PVBLICIS  
INSIGNIBVS:

## Quibus absoluti,

- 1 M. Horatius Tergemi-  
nus.
- 2 Ser. Sulpitius Galba.
- 3 A. Gabinus.
- 4 P. Claudius Pulcher.
- 5 Tuccia virgo Vestalis.
- 6 L. Calpurnius Piso.
- 7 Q. Flavius Augur.
- 8 C. Cosconius Callidia-  
nus.
- 9 A. Atilius Calati-  
nus.
- 10 M. Æmilius Scaurus  
junior.
- 11 L. Aurelius Cotta.
- 12 Calidius Bononiensis.
- 13 Clælii duo T. F. Tar-  
racinenses.

## Damnati,

- 1 L. Scipio Asiaticus.
- 2 C. Decianus.
- 3 Sex. Titius.
- 4 Claudia Ap. Cæci F.
- 5 M. Mulvius, Cn. Lol-  
lius, L. Sextilius,  
III. viri.
- 6 P. Villius III. vir.
- 7 M. Æmilius Porcina.
- 8 Paterfamilias quidam.

## Ambustæ duæ.

- 1 Mulier matricida.
- 2 Materfamilias qua-  
dam.

## ABSOLVTI.

**N**VNC quoque ut æquiore animo ancipites judi-  
ciorum motus tolerantur, recordemur invidia la-  
borantes, quibus de causis aut absoluti sunt, aut  
damnati.

1. M. HORATIVS interfectæ sororis crimine  
à Tullo rege damnatus, ad populum provocato iudicio  
absolutus est. Quorū alterum atrocitas necis movit, al-  
terum causa flexit; quia immaturū virginis amorem se-  
vere magis, quam impie punitum existimabat. Itaque  
forti punitioe librata fratris dextera, tantum consan-  
guineo, quantum hostili cruore gloriæ haurire ponit.

2. Acrem se tunc pudicitie custodem populus Ro-  
manus postea plus iusto placidum iudicem præstitit.  
Cum à Libone trib. pleb. Ser. Galba pro rostris vehe-  
menter

philippo triumphantem universus senatus lætum & alacrem in Capitolium profecutus erat. Achaici etiam belli, cui summam manum L. Mummius adjecit, maxima pars ab hoc viro profligata fuerat. Eine ergo populus consulatum negare potuit, cui mox duas clarissimas provincias aut debebat, aut erat debiturus? Et quidem hoc facto, meliore eo cive usus est. Intellexit enim quam industrie sibi gerendus esset consulatus, quem tanto laudore impetrari senserat.

5. QUID tam excellens, quid tam opulentum quam L. Sulla? Divitias & imperia largitus est, leges vetustas abrogavit, novas tulit: Hic quoque in eo campo cujus postea dominus extitit, repulsa Præturæ sigillatus est: omnia loca petiti honoris, si quis modo deorum formam & imaginem futuræ ejus potentiaë populo Romano repræsentasset, impetraturus.

6. SED ut comitiorum maximum crimen referam, M. Portius Cato plus moribus suis præturæ decoris adjecturus, quam prætexto ejus splendoris ipse laturus; consequi illam à populo aliquando non potuit. Proxima dementiae suffragia, quæ satis quidem graves poenas erroris sui pependerit! quoniam quem honorem Catoni negaverant, Vatinius dare coacti sunt. Ergo si vere æstimare volumus, non Catoni tunc prætura; sed præturæ Cato negatus est.

## CAPVT VI.

## DE NECESSITATE.

- |   |                                       |
|---|---------------------------------------|
| 1 Populi Rom. post cladem Cannensem.        | 6 Populi Asiatici bello Parthico.     |
| 2 Casilinatum in obsidione.                 | Externorum.                           |
| 3 Prænestinorum militum in eadem obsidione. | 1 Cretensium a Q. Metello obsessorum. |
| 4 Populi Rom. bello Mariano.                | 2 Numantinorum a P. Scipione.         |
| 5 C. Caesaris ad Mundam.                    | 3 Calagurritanorum a Cn. Pompejo.     |

**A**BOMINANDÆ quoque necessitatis amarissimæ leges, & truculentissima imperia, tum Vrbem nostram, tum etiam exteras gentes multa non intellectu tantum, sed etiam auditu gravia, perpeti cogerunt.

1. NAM aliquot adversis proeliis secundo Punico bello exhancta militari juventute Romana, senatus auctore Ti. Graccho consule design. censuit; ut publice servi adversus propulsandorum hostium impetum emerentur: Eaque de re per tribunos plebis ad populum lata rogatione tres creati sunt viri, qui quatuor & viginti millia servorum comparaverunt: adactosque jurejurando, strenuam se, fortemque operam daturos, Quoad Poeni essent in Italia, datis armis in castra miserunt. Ex Apulia quoque & Fidiculis septuaginta atque ducenti ad supplementum equitatus sunt empti. Quanta violentia est casus acerbi! Quæ civitas ad id tempus ingenue quoque origenis capite census habere milites fastidierat; eadem cellis servilibus extracta corpora, & a pastoralibus casis collecta mancipia, velut præcipuum firmamentum, exercitui suo adjecit. Cedit ergo interdum generosus spiritus utilitati, & fortunæ viribus succumbit: ubi nili tutiora elegerit consilia, speciosa sequenti concidendum est. Caunenensis autem clades adeo urbem nostram vehementer confudit, ut M. Junii opera dictatura rempublicam administrantis spolia hostium affixa templis, deorum munimmi consecrata, instrumendo militiæ futura convellerentur, ac prætextati pueri arma induerent: addictorum etiam, & capitali crimine damnatorum sex millia conscriberentur. Quæ si per se aspiciantur, aliquid ruboris habent: si autem ad motis necessitatis viribus ponderentur, sævitia temporis convenientia præsidia videbuntur. Propter eandem cladem senatus Oracilio, qui Siciliam, & Cornelio Mammulæ, qui Sardiniam proprætoribus obtinebant; querentibus quod neque stipendium, neque frumentum classibus eorum & exercitibus socii præberent: Affirmantibus etiam, ne habere quidem eos, unde id præstare possent; rescripit, ærarium longinquis expensis non sufficere: Proinde quo pacto tantæ inopiæ succurrendum esset, ipsi viderent. His literis quid aliud quam imperii sui gubernacula è manibus abjecit? Siciliamque & Sardiniam, benignissimas urbis nostræ nutrices, gradus & stabilimenta bellorum; tam multo sudore & sanguine in jus ac potestatem redactas, paucis verbis, te scilicet necessitate jubente, dimisit.

2. EADEM Casilinales obsidione Annibalis clausos, alimentorumque facultate defectos, lora necessariis vinculorum usibus subducta, eque scutis detractas pelles ferventi resolutas aqua mandere voluisti. Quid illis, si acerbiter casus futare, miserius? si constantiam respicias, fidelius? qui ne à Romanis desiscerent,

sciscerent, tali cibi genere uti sustinuerunt; cum pi-  
guissima arva sua fertilissimosq; campos necvibus suis  
subjectos intuerentur. Itaque Campanæ urbis, quæ Pu-  
nicam feritatem delitiis suis cupide fovit, in propinquo  
situm Casilinum modo rara virtute clarum, perseveran-  
tis amicitiaë pigrore impios oculos verberavit.

3. IN illa obsidione & fide, cum trecenti Præne-  
stini permanerent, evenit ut ex his quidam murem ca-  
ptum ducentis potius denariis vendere, quam ipse le-  
niendæ famis gratia consumere mallet. Sed credo, deo-  
rum providentia & venditori & emptori, quem uterque  
merebatur exitum, attribuit. Avato enim fame consum-  
pto, manubiis sordium suarum frui non licuit: æqui avi-  
ni vir ad salutarem impensam faciendam; care quidem,  
verum necessarîe comparatio cibo vixit.

4. C. autem Marius & Cn. Carbone consulibus, bel-  
lo civili cum L. Sulla dissidentibus; quo tempore non  
reipubl. victoria quærebatnr, sed præmium victoriæ res  
erat publica; senatusconsulto aurea atque argentea  
templorum ornamenta, ne militibus stipendia deessent,  
constata sunt. Digna enim erat causa, hinc, an illi cru-  
delitatem suam proscriptione civium satiarent, ut dii  
immortales spoliarentur. Non ergo patrum conscripto-  
rum voluntas, sed tua terribilissima necessitas truculenta  
manus illi consulto stylum impressit.

5. Divi Iulii exercitus, idem invicti ducis invicta  
dextera, cum armis Mundam clausisset, aggerique ex-  
truendo materia deficeret; congerie hostilium cadave-  
rum quam desideraverat altitudinem instruxit. Eamque  
tragulis & pilis, quia roboreæ fudes deerant, magistra  
novæ molitionis necessitate usus vallavit.

6. ATQVE ut divinam filii mentionem cælestis  
patris recordationi subvectam: cum effusus se in no-  
litas provincias Parthorum rex Phraartes videretur, vi-  
cinæque imperio ejus regiones subita indicti tumultus  
denuntiatione quererentur: tanta in Bosphorano tractu  
commearus penuria iucessit, uti à militibus, singulis olei  
frumentique modis totidem mancipia permutarentur.  
Sed amarissimam tempestatem Augusti cura, tutelæ tunc  
terrarum vacans dispulit. ;

## EXTERN A.

1. CRETENSIBVS nihil tale præsidii afful-  
sit: qui obsidione Metelli ad ultimam usque penuriam  
compulsi, suæ, jumentorumque suorum urina sitim tor-  
serunt, justius dixerim, quam sustentarunt: Quia dum  
vini



viuci timent, id passi sunt, quod eos ne victor quidem pati coegisset.

2. NVMANTINI autē à Scipione vallo & agere circumdati, cum omnia, quæ famem eorum trahere poterant, consumpsissent: ad ultimum humanorum corporum dapibus usi sunt. Quapropter capta jam urbe, complures iuuenti sunt, artus & membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes. Nulla est in his necessitatis excusatio: nam quibus mori licuit, sic vivere necesse non fuit.

3. Horum trucem pertinaciam in consimili facinore Calagurritanorum execrabilis impietas supergressa est: Qui quo perseveratius interempti Sertorii cineribus, obsidionem Cn. Pompeji frustrantes, fidem præstarent: quia nullum jam aliud in urbe eorum supererat animal, uxores suas natosque ad usum nefariæ dapis verterunt. Quoque diutius armata iuventus viscera sua visceribus suis aleret, infelices cada verum reliquias salire non dubitavit. En unquam aliquis in acie hortaretur, ut pro salute conjugum & liberorum fortiter dimicaret? Ex hoc nimirum hoste, tanto duci poena magis quam victoria petenda fuit: quia plus vindicatus libertatis, quam victus gloriæ afferre potuit: cum omne serpentum ac ferarum genus comparatione sui titulo feritatis superarit: Nam quæ illis dulcia vitæ pigiora proprio spiritu chariora sunt, ea Calagurritanis prandia atque tænx extiterunt.

## CAPVT VII.

## DE TESTAMENTIS RESCISISSIS.

- |                                    |                                |
|------------------------------------|--------------------------------|
| 1 Patris qui filium exheredauerat. | 4 Septisia Trachalorum matris. |
| 2 M. Anneji Carseolani.            | 5 Terentii cuiusdam.           |
| 3 C. Tettii.                       | 6 Naviani cuiusdam.            |
|                                    | 7 Iuuentii cuiusdam.           |

VACEMVS nunc negotio, quod actorum hominis & præcipuæ curæ, & ultimi est temporis: consideremusque quæ testamenta aut rescissa sunt legitime facta: aut cum merito rescindi possent, rara manserunt: quæve ad alios quam qui expectabant, honorem hæreditatis transtulerunt.

1. ATQVE ista, ut ordine, quo proposui exequar: militantis cuiusdam pater, cum de morte filii, saltim  
 c. castis

è castris nuntium accepisset, aliis hæredibus scriptis decessit. Peractis deinde stipendiis; adolescens reversus, domum errore patris, impudentiaque amicorum sibi clausam reperit. Quid enim illis inverecundius? florem juventæ pro republica absumpserat, maximos labores, & plurima pericula toleraverat, adverso corpore exceptas ostendebat cicatrices: & postulabat ne aviros ejus lares otiosa ipsi urbi onera possiderent. Inaque depositis armis coactus est in foro togaram ingredi militiam. Acerbe, cum improbissimis enim hæredibus de paternis bonis apud centumviros contendit: omnibusque non solum consiliis, sed etiam sententiis superior discessit.

2. **ITEM** M. Annejus M. Carseolani splendidissimi equitis Rom. filius à Sufenate avunculo suo adoptatus, testamentum naturalis patris, quo præteritus erat, apud centumviros rescidit, cum in eo Tullianus Pompeji Magui familiaris, ipso quidem Pompejo signatore, hæres scriptus esset. Itaque plus illi in judicio, cum excellentissimi viri gratia, quam cum parentis cineribus negotii fuit: Ceterum quamvis utraque hæc adversus eum nitebantur, tamen paterna bona obtinuit. Nam L. quidem Sextilius & P. Popilius, quos M. Annejus sanguine sibi conjunctos eadem ex parte, qua Tullianum hæredes fecerat, sacramento cui adolescentulo commendare ausi non sunt: tamen præcipuis eo tempore Magni viribus ad defendendas tabulas testamenti invitari poterant. Et aliquantulum adjuvabat hæredes, quod M. Annejus in Sufenatis familiam ac sacra tranherat: sed arctissimum inter homines procreationis vinculum patris simul voluntatem, & principis viri auctoritatem superavit.

3. C. autem Tertium infantem à patre exhereditatum, Petronia matre, quam Tertius quoad vixit, in matrimonio habuerat, natum, Divus Augustus in bona paterna ire decreto suo jussit: patris patriæ animo natus: Quoniam Tertius in proprio jure procreato filio, summa cum iniquitate paternum nomen abrogaverat.

4. **SEPTICIA** quoque mater Trachalorum Arminensium filii irata, in contumeliam eorum, cum jam parere non posset, Publicio seni admodum nupti, testamento etiam utriusque præterit. A quibus adius Divus Augustus, & nuptias mulieris, & suprema judicija improbavit. Nam hæreditatem maternam filios habere jussit: dotem, quia non quærendorum liberorum causa conjugium intercellerat, virum retinere vetuit.

Si ipsa æquitas hac de re cognosceret, possetne justius aut gravius pronuntiare? Spernis quos genuisti: nobis efforta: testamenti ordinem violento animo confundis: neque erubescis ei totum patrimonium addicere, cujus polliucto jam corpori marcidam senectutem tuam substravisti. Ergo dum sic te geris, ad inferos usque cælesti fulmine asitata es.

5. **E G R E G I A** est quoque C. Calpurnii Pisonis prætoris Urb. Constitutio. Cum enim ad eum Terentius ex octo filiis, quos in adolescentiam perdixerat, ab uno in adoptionem dato exhæredatum se querelam detulisset: bonorum adolescentis possessionem ei dedit, hæredesque lege agere passus non est. Movit profecto Pisonem patria majestas, donum vitæ, beneficium educationis: sed aliquid etiam flexit circumstantium liberorum numerus, quod cum patre septem fratres impie exhæredatos videbat.

6. **Q U I D** Mamerci Æmilii Lepidi consulis quam grave decretum! Genucius quidam, Matris Magnæ Gallus, à Cn. Oreste prætore Urbis impetraverat, ut restitui se in bona Næviani juberet, quorum possessionem secundum tabulas testamenti ab ipso acceperat. Appellatus Mamercus à Surdino, cujus libertus Genucium hæredem fecerat, prætoriam jurisdictionem abrogavit: quod diceret Genucium amputatis sui ipsius sponte genitalibus corporis partibus, neque virorum, neque mulierum numero haberi debere. Conveniens Mamercus, conveniens principi senatus decretum: quo provisum est ne obscœna Genucii præsentia iniquitateque voce, tribunalia magistratuum sub specie peccati juris polluerentur.

7. **M V L T O** Q. Metellus prætorem urbanum severe egit, quam Orestes gesserat: Qui Vecilio lenoni bonorum luventii possessionem secundum tabulas testamenti non dedit; quia vir nobilissimus & gravissimus, fori ac lupanaris separandam conditionem existimavit: Nec aut factum illius comprobare voluit, qui fortunas suas in stabulum contaminatum projecerat: aut huic tanquam integro civi jura reddere, qui se ab omni honesto vitæ genere abruperat.

DE RATA TESTAMENTIS  
ET INSUPERATIS.

- |                                    |                                  |
|------------------------------------|----------------------------------|
| 1 <i>Sempronii Tuditani.</i>       | 6 <i>T. Marii.</i>               |
| 2 <i>Æbucie.</i>                   | 7 <i>L. Valerii Heptachordi.</i> |
| 3 <i>Q. Metelli.</i>               | 8 <i>T. Barruli.</i>             |
| 4 <i>Fratris Pompeji Rhengini.</i> | 9 <i>M. Popillij.</i>            |
| 5 <i>Q. Cæcilij.</i>               |                                  |

**H**IS rescissorum testamentorum exemplis contenti attingamus ea quæ rata manserunt, cum causas haberent propter quas rescindi possent.

1. **Q**UAM certæ, quam etiam notæ insanix Tuditani; utpote qui populo nummos sparserit, togamque velut tragicam vestem in foro trahens, maximo cum hominum risu conspectus fuerit, ac multa his consentanea fecerit: Testamento Osilium instituit heredem: quod Ti. Longus sanguine proximus, hastæ iudicio subvertere frustra conatus est. Magis enim centumviri, quid scriptum esset in tabulis, quam quis eas scripsisset, considerandum existimaverunt.

2. **V**ITA Tuditani demens: Æbucie autem, quæ L. Meneij Agrippæ uxor fuerat, tabulæ testamenti plenæ furoris. Nam cum haberet duas simillimæ probitatis filias Plætorem & Afraniam: animi sui potius inclinatione prosecta, quam ullis alterius iniuriis aut officiis commota, Plætorem tantummodo heredem instituit: Filiis autem Afraniæ ex suo admodum amplo patrimonio viginti nimum legavit. Afrania tamen cum sorore sua sacramento contendere noluit; testamentumque matris, patientia honorare, quam iudicio convellere satius esse duxit: Eo se ipsa indignitatem injuria ostendens, quo eam æquiore animo suslinebat.

3. **M**INVS mirandum errorem muliebrem Q. Metellus fecit. Is namque plurimis & celeberrimis ejusdem nominis viris in urbe nostra vigentibus, Claudiorum etiam familia, quam arctissimo sanguinis vinculo contingebat, florente; Carrinatam solum heredem reliquit: nec hocce ejus testamentum quisquam ar-

6. ITEM

4. **ITEM** Pompejus Reginus, vir transalpinæ regionis, cum testamento fratris præteritus esset, & ad cogruendam iniquitatem ejus, binas tabulas testamentorum suorum in comitio incisas, habita utriusque ordinis maxima frequentia, recitasset; in quibus magna ex parte hæres frater erat scriptus, prælegabaturque ei centies & quinquagies sestertium: multum ac diu inter assentientes indignationi suæ amicos questus, quod ad hastæ judicium attinuit, cineres fratris quietos esse passus est. Et erant ab eo instituti hæredes, neque sanguine patrio pares, neque proximi: sed & alieni & humiles: ut non solum flagitiosum silentium, sed etiam prælatio contumeliosa videri posset.

5. **ÆQVE** felicitis impunitatis, sed nescio anterioris hæc delicti testamenta. **Q.** Cæcilius L. Lucullus prompissimo studio, maximæque liberalitate, & honestum dignitatis gradum, & amplissimum patrimonium consecutus: cum præ se semper tulisset, unum illum sibi esse hæredem, moriens etiam annulos ei suos tradidisset; Pompeium Atticum testamento adoptavit, omniumque honorum reliquit hæredem. Sed fallacis & insidioli cadaver pop. Rom. cervicibus recte circumdatum, per viam traxit: Itaque nefarius homo filium quidem, & hæredem habuit quem voluit: funus autem & exequias quales meruit.

6. **NEQVE** aliis dignus fuit **T. Marius** **Vrbina** qui ab infimo militiæ loco, beneficiis Divi Augusti Imperatoris ad summos castrenses honores perductus, eorumque uberrimis quæstibus locuples factus; non solum ceteris vitæ temporibus ei se fortunas suas relinquere, à quo acceperat, prædicavit; sed etiam pridie quam expiraret, idem istud ipsi Augusto dixit: cum interim ne nomen quidem ejus tabulis testamenti adjecterit.

7. **L. autem Valerius**, cui cognomen **Heptachordo** fuit, rogatum hostem **Cornelium Balbum** expertus, utpote opera ejus & consilio compluribus privatis vexatus litibus, ad ultimumque subjecto accusatore capitali crimine accusatus: præteritis advocatis & patronis suis, solum hæredem reliquit: nimia consternatione quæ animum ejus transversum egit, depravatus. Amavit enim sordes suas, & dilexit pericula, & damnationem votis expetivit: auctorem harum rerum benevolentia, propulsatores odio infecutus.

8. **T. BARRVLVS** **Lentulo Spintheri**, cujus amantissimum animum, liberalissimamque amicitiam senserat, decedens suos annulos perinde atq; unico hæredi

hæredi tradidit, quem nulla ex parte hæredem relinquebat. Quantum illo momento temporis conscientia, (si modo vires, quas habere creditur possidet) à terribino homine supplicium exegit! Inter ipsam enim fallacis & ingratae culpæ cogitationem, spiritum posuit, quasi tortore aliquo mentē ejus intus cruciantē: Quod animadvertēbat e vita ad mortem transitum suum, & superis diis invisum esse, & inferis detestabilem futurum.

M, VERO Popillius senatorii ordinis Oppium Gallum ab ineunte ætate familiarissimum sibi, moriens pro vetusto jure amicitia, & vultu benigno respexit, & verbis magnum præ se amorem ferentibus prosecutus est. Vnum etiam de multis, qui assidebant ultimo complexu & osculo dignum judicavit: superque annulos suos ei tradidit: videlicet nequid ex ea hæreditate, quam non erat aditurus, amitteret. Quos ocyus vir diligens, sed morientis amici plenum contumeliae ludibrium, in locellum repositos & à præsentibus assignatos, diligentissime heredibus illius, ex hæres ipse reddidit. Quid hoc loco inhonestius? aut quid intempestivius? Senatorem pop. Rom. Curia egressum homo vitæ fructibus continuo cariturnis, sanctissimæ jura familiaritatis mortem pressis oculis, & spiritu supremos anhelitus reddente, scurrili lusu sigillanda sibi desumpsit.



VALE

229

# VALERII MAXIMI

## LIBER OCTAVVS.

### CAPVT I.

#### DE IVDICIIS PVBLICIS INSIGNIBVS:

#### Quibus absoluti,

- 1 M. Horatius Tergeminus.
- 2 Ser. Sulpitius Galba.
- 3 A. Gabinus.
- 4 P. Claudius Pulcher.
- 5 Tucca virgo Vestalis.
- 6 L. Calpurnius Piso.
- 7 Q. Flavius Augur.
- 8 C. Cosconius Callidianus.
- 9 A. Atilius Calatinus.
- 10 M. Aemilius Scaurus junior.
- 11 L. Aurelius Cotta.
- 12 Calidius Bononiensis.
- 13 Clælii duo T. F. Taracincenses.

#### Damnati,

- 1 L. Scipio Asiaticus.
- 2 C. Decianus.
- 3 Sex. Titius.
- 4 Claudia Ap. Caci F.
- 5 M. Mulvius, Cn. Lollius, L. Sexilius, III viri.
- 6 P. Villius III vir.
- 7 M. Aemilius Porcina.
- 8 Paterfamilias quidam.

#### Ambustæ duæ.

- 1 Mulier matricida.
- 2 Materfamilias quædam.

### ABSOLVTI.

**N**VNC quoque ut æquiore animo ancipites iudiciorum motus tolerentur, recordemur invidia laborantes, quibus de causis aut absoluti sunt, aut damnati.

1. M. HORATIVS interfectæ sororis crimine à Tullo rege damnatus, ad populum provocato iudicio absolutus est. Quorsu alterum atrocitas necis movit, alterum causa flexit: quia immaturu virginis amorem severe magis, quam impie punitum existimabat. Itaque forti punitione librata fratris dextera, tantum consanguineo, quantum hostili cruce gloriæ haurire potuit.

2. Acrem se tunc pudicitie custodem populus Romanus postea plus iusto placidum iudicem præstitit. Cum à Libone trib. pleb. Ser. Galba pro costis vehementer

sneuter increparetur, quod Lusitanorū magnam manū interposita fide prætor in Hispania interemisset; actioniq; tribunicia: M. Cato ultimę senectutis, oratione sua quam in Origines retulit, subscriberet: reus pro se jam nihil recusans, parvulos liberos suos, & Galli sanguine sibi conjunctum filium, stens commendare coepit: Eoque facto mitigata concione, qui omnium consensu periturus erat, pene nullum triste suffragium habuit. Misericordia ergo illam quæstionem, non æquitas rexit: quoniam quæ innocentia: tribui nequierat absolutio, respectui puerorum data est.

Consentaneum est quod sequitur.

3. A. Gabinius in maximo infamiae suae ardore suffragiis populi C. Memmio accusatore subjectus abruptae esse spei videbatur: quoniam & accusatio partes suas plene exhibebat, & defensionis praesidia invalida fide nitebantur: & qui judicabant, ira praecipiti poenam hominis cupide expetebant. Lictor igitur & carcer ante oculos obversabantur; cum interim omnia ista propitiæ fortunæ interventu dispulsa sunt. Filius namque Gabinii Sisenna consternationis impulsu ad pedes se Memmii supplex prostravit: inde aliquod fomentum procellae petens, unde totus impetus tempestatis eruperat: Quem truci vultu à se victor insolens repulsum, extulso è manu annulo hini jacere aliquandiu passus est. Quod spectaculum fecit, ut Lælius trib. pleb. approbantibus cunctis Gabinium dimitti juberet; ac documentum daretur, neque secundarum rerum proventu insolenter abuti, neque adversis propere quemquam debilitari oportere.

4. I D Q V E proximo exemplo aequè patet. P. Claudius nescio religionis major, an patriæ injuria (siquidem illius vetustissimum morem neglexit, hujus pulcherrimam classem amisit) infesto populo objectus, cum effugere debitam poenam nullo modo posse crederetur, subito coorti imbris beneficio tutus fuit à damnatione. discussa enim quæstione aetiam velut diis interpellantibus, de integro instaurari non placuit. Ita cui maritima tempestas causae dictionem contraxerat, caelestis salutem attulit.

5. E O D E M auxilii genere Tucciae virginis Vestalis incesti criminis reae castitas infamiae nube obscurata emerfit: quæ conscientia certae sinceritatis suae, spem salutis ancipiti argumento ausa petere est. Arrepto enim cribro, Vesta, inquit, si sacris tuis castas semper admovi manus, effice, ut hoc hauriam è Tiberi aquam, & in ædem tuam perferam. Audaciter & temere ja-



tas votis sacerdotis, rerum ipsa natura cēssit.

6. **ITEM** L. Piso à T. Claudio Pulchro accusatus, quod graves & intolerabiles injurias sociis intulisset: haud dubiæ ruinæ metum fortuito auxilio vitavit. Namque per idipsum tempus, quo tristes de eo sententiæ ferebantur, repentina vis nimbi incidit. Cumque prostratus humi pedes iudicium oscularetur; os suum cœno replevit. Quod conspectum totam quæstionem à severitate ad clementiam & mansuetudinem transtulit: quia satis tam graves eum poenas sociis dedisse arbitrari sunt huc deducendum necessitatis; ut abjicere se tam suppliciter, an atollere tam deformiter cogereetur.

7. **SVBNECTAM** duos accusatorum suorum culpa absolutos. Q. Flavius Augur à C. Valerio ædile ad populum reus actus, cum quatuordecim tribuum suffragiis damnatus esset, proclamavit se innocentem opprimi. Cui Valerius æque clara voce respondit, nihil sua interesse, nocensne an innoxius periret, dummodo periret. Qua violentia dicti, reliquas tribus adversario donavit. Abjecerat inimicum: eundem, dum pro certo pessundatum credidit, erexit: victoriamque in ipsa victoria perdidit.

8. C. etiam Cosconium Servilia lege reum, propter plurima & evidentissima facinora, sine ulla dubitatione nocentem, Valerii Valentini accusatoris ejus recitatum in iudicio carneum, quo puerum præextatum, & ingenuam virginem à se corruptam poetico joco significaverat, erexit. Siquidem iudices iniquum rati sunt, eum victorem dimittere; qui palmam non ex alio ferre, sed de se dare merebatur. Magis ergo Valerius in Cosconii absolutione damnatus, quam Cosconius in causa sua liberatus est.

9. **ATTINGAM** eos quoque quorum salus propriis obruta criminibus, proximorum claritati donata est. A. Attilium Calatinum Soranorum oppidi proditione reum admodum infamem, imminens damnationis periculo, Q. Maximi soceri pauca verba subtraxerunt: quibus affirmavit; si in eo crimine fontem illum ipso comperisset, dirempturum se fuisse astituram. Continuo enim populus pene jam exploratam sententiam suam unius iudicio concessit: indignum ratus ejus testimonio non credere, cui difficilimis reip. temporibus bene se exercitus credidisse meminerat.

10. M. Quoque Æmilius Scaurus repetundarum reus, adeo <sup>perdurorem de</sup> compuloratum defensionem in iudicium attulit; ut accusator diceret, lege sibi centum atque viginti hominibus denunciare testimonium licere, seque non recusare quo minus absolveretur,

si totidem nominasset, quibus in provincia nihil abstulisset. Licet tam bona conditione mihi non potuerit; tamen propter vetustissimam nobilitatem, & recentem memoriam patris, absolutus est:

11. SĒD quemadmodum splendor amplissimorum virorum in protegendis reis plurimum valuit; ita in opprimendis non sane multum potuit. Quin etiam evidenter noxiis, dum eos acius impugnat, profuit. P. Scipio Æmilianus L. Cottam ad prætorem accusavit. Cujus causa, quanquam gravissimis criminibus erat confossa: septies ampliata, & ad ultimum octavo iudicio absoluta est. Quia homines sapientissimi verebantur ne præcipuæ accusatoris amplitudini damnatio ejus donata existimarentur. Quos hæc secum locutos crediderim: Nolumus caput alterius petentem, in iudicium triumphos & trophæa, spoliæque ac devictarum navium rostra deferre: Terribilis sit is adversus hostem: civis vero salutem, tanto fulgore gloriæ subnixus, ne insequatur.

12. TAM vehementes hi iudices adversus excellentissimum accusatorem, quam illi mites in longe inferioris fortunæ reo. Calidius Bononiensis in cubiculo mariti noctu deprehensus, cum ob id causam diceret; inter maximos, & gravissimos infamiæ fluctus emerfit; tanquam fragmentum naufragii, leve admodum genus defensionis amplexus. Adfirmavit enim se ob amorem pueri servi eo esse perductum. Suspectus erat locus, suspectum tempus, suspecta matris familiæ persona, suspecta etiam adolescentia ipsius: sed crimen adulterii, libidinis intemperantis confessio liberavit.

13. REMISSIORIS hoc, illud aliquanto graviore materiae exemplum. Cum parricidii causam duo fratres Clœlii dicerem, splendido Tarracinae loco nati, quorum pater T. Clœlius in cubiculo quiescens, filiis altero lecto cubantibus erat interemptus: neque aut servus quisquam aut liber inveniretur, ad quem suspicio credis pertineret: hoc uno nomine absoluti sunt, quia iudicibus planum factum est, illos aperto ostio inventos esse dormientes. Somnus innoxie securitatis certissimus index miseris opem tulit. Iudicatum est enim rerum naturam non recipere, ut occiso patre, supra vulnera & cruorem ejus, quietem capere potuerint.

### DAMNATI.

1. PERCVRREMY\$ nunc eos, quibus in  
causæ

causæ dictione, magis quæ extra quæstionem erant, nocuerunt; quam sua innocentia opem tulit. L. Scipio post speciosissimum triumphum de rege Antiocho ductum, perinde ac pecuniam ab eo accepisset, damnatus est. Non puto quod pretio corruptus fuerat, ut illum totius Asiæ dominum & jam Europæ victrices manus injicientem, ultra Taurum montem summovertet; sed alioqui vir sincerissimæ vitæ, & ab hac suspitione procul remotus, invidiæ, quæ tunc in duorum fratrum inclytis coguominibus habitabat, resistere non potuit.

2. **AT** Scipioni quidem maximus fortunæ fulgor, C. autem Deciano spectatæ integritatis viro, vox sua exitium attulit. Nam cum P. Furium inquinatissimæ vitæ pro Rostris accusaret; quia quadam in parte actionis de morte L. Saturnini queri ausus fuerat; nec reum damnavit, & insuper ei pœnas addictas pendit.

3. **SEX.** quoque Titium similis casus prostravit; Erat innocens, erat agraria lege lata gratiosus apud populum. Tamen quia Saturnini imaginem domi habuerat, suffragiis eum tota cognitio oppressit.

4. **ADIICIATUR** his Claudia, quam infontem crimine, votum impium subvertit: Quia cum à ludis domum rediens turba elideretur, optaverat ut frater suus maritimarum virum nostrarum præcipua jactura revivisceret; sapiusque consul factus, infelici ductu nimis magnam urbis frequentiam minueret.

5. **POSSVMVS** & ad illos brevi diverticulo transgredi, quos leves ob causas damnationis incursum abripuit. M. Mulvius, Cn. Lollius, L. Sextilius triumviri, quod ad incendium in Sacra via ortum extinguendum tardius venerant; à tribunis plebis die dicta ad populum damnati sunt.

6. **ITEM P.** Villius triumvir nocturnus à P. Aquillio trib. pleb. accusatus, populi iudicio concidit: quia vigilias negligentius circumierat.

7. **ADMODYM** severæ notæ & illud populi iudicium, cum M. Æmilium Porcinam à L. Cassio accusatum crimine nimis sublimæ extructæ villæ in Alfiensî agro, gravi muka affectit.

8. **NON** suppressenda illius quoque damnatio, qui pueruli sui nimio amore corruptus, rogatus ab eo ruri in omasum in cœnam ferri iuberet, cum bubulæ carnis in propinquo emendatæ nulla facultas esset, domito bove occiso, desiderium ejus explevit. Eoque nomine publica quæstione afflictus est: innocens, nisi tam prisco seculo natus esset.

1. **ATQVE** ut eos quoque referamus qui in delictum capitis adducti, neque damnari neque absoluti sunt. Apud M. Popillium Lænatem prætorem quædam, quod matrem furtim interemerat, causam dixit: de qua neutram in partem lætæ sententiæ fuit. Quia abunde constabat eandem veneno uecatorum liberorum dolore commotam, (quos avia filix infensa sustulerat) parricidium ultam esse parricidio. Quorum alterum ultione dignum, alterum absolutione non dignum iudicatum est.

2. **EADEM** hæsitacione P. Dolabellæ proconsulari imperio Asiam obtinentis, animus fluctuatus est. Mater familias Smyrnæa virum & filium interemit, cum ab his optime indolis juvenem, quem ex prioro viro enixa fuerat, occisum comperisset. Quam rem Dolabella ad se delatam, Athenas ad Areopagi cognitionem relegavit: quia ipse neque liberare cædibus duabus contaminatam, neque punire eam justo dolore impulsam, sustinebat. Consideranter; & mansuete populi Romani magistratus; sed Areopagitæ quoque non minus sapienter. Qui inspecta causa, & accusatorem & ream post centum annos adesse iusserunt: eodem affectu mori, quo Dolabella. Sed ille transferendo quæstionem, hi differendo damnandi atque absolvendi inexplicabilem cunctacionem invitabant.

## CAPVT II.

## DE PRIVATIS IVDICIIS IN.

## SIGNIBVS.

Quibus damnati. 3. *C. Titinius Dinturnensis.*

1. *T. Claudius Centumalus.* 4. *Quidam ob equi vecturam longiorem.*

2. *Oracilia Laterensis.*

**P**UBLICIS iudiciis adjiciam privata, quorum magis æquitas quærentium delectare, quam immoderata turba lectorem offendere poterit.

1. **CLAVDIVS** Centumalus ab auguribus iustus altitudinem domus sue, quam in Coelio monte habebat, summittere, quia his ex arce augurium capiendis officiebat, vendidit eam Calpurnio Lanario: nec indi-

indicavit quod imperatum à collegio augurum erat. A quibus Calpurnius demoliri domum coactus, M. Porcium Catonem iuclyti Caronis patrem arbitrum Claudio adduxit, & formulam QUID QUID. SIBI DARE. FACERE. OPORTERET. EX FIDE. BONA. Caro ut est edoctus, de industria Claudium edictum sacerdotum suppressisse; continuo illū Calpurnio damnavit. Summa quidem cum æquitate, quia bonæ fidei venditorem nec commodorum spem augere, nec incommodorum cognitionem obscurare oportet.

2. NOTVM suis temporibus iudicium commemoravi: sed nec quod relatrus quidem sum, oblitteratum est silentio. C. Visellius Varro gravi morbo correptus, trecenta millia nummum ab Otacilia Laterensi, cum qua commercium libidinis habuerat, expensa ferri sibi passus est: Eo consilio, ut si decessisset, ab hæredibus eam summam peteret, quam legati genus esse voluit, libidinofam liberalitatem debiti nomine colorando. Evasisit deinde Visellius ex illa tempestate adversus vota Otaciliæ. Quæ offensa quod spem prædæ suæ morte non maturasset; ex amica obsequenti, subito districtam focneratricem agere coepit nummos petendo; quos ut fronte inverecupda, ita inani stipulatione captaverat. De qua re C. Aquilius, vir magnæ autoritatis, & scientia juris civilis excellens, iudex adductus, adhibitis in consilium principibus civitatis, prudentia & religione sua mulierem reppulit. Quod si eadem formula & Varro damnari, & adversaria absolvi potuisset; ejus quoque non dubito quin turpem & inconcessum errorem libenter castigaturus fuerit. Nunc privatæ actionis calumniam ipse compescuit, adulterii crimen publicæ quæstioni vindicandum reliquit.

3. Multo animosius, & ut militari spiritu dignum erat, se in consimili genere iudicii C. Marius gessit: Nam cum C. Titinius Minturnensis Fanniam uxorem, quam impudicam de industria duxerat, eo crimine repudiatam, dote spoliare conaretur: sumptus inter eos iudex, in conspectu habita quæstione, subductum Titinium monuit, ut incepto desisteret, ac mulieri dotem redderet. Quod cum sæpius frustra fecisset, coactus ab eo sententiam pronuntiare: mulierem impudicitæ ream tertio nummo, Titinium summa totius dotis damnavit: Præfatus, idcirco se hunc iudicandi modum secutum, quod liqueret sibi Titinium patrimonio Fanniæ insidias struentem, impudicæ conjugium expetisse. Fannia autem hæc est, quæ postea Ma-

Marium hostem à senatu iudicatum, coenoque paludis, qua extractus erat, oblitum, etiam in domum suam custodiendum Murrurnis deductum, ope quancunque potuit, adjuvit: Menor, quod impudica iudicata esset, suis moribus; quod dotem servasset, illius religioni acceptum ferri debere.

4. MVLTVS sermo eo etiam iudicio manavit, in quo quidam furti damnatus est; quod equo, cuius usus illi usque Arician commodatus fuerat, ulteriore ejus municipii clivo vectus esset. Quid aliud hoc loci quam verecundiam illius seculi laudemus, in quo tanti tanti à pudore excessus puniebantur.

## CAPVT III.

DE MVLIERIBVS QVÆ CAVSAS  
APVD MAGISTRATVS  
EGERVNT.

1 *Amæsia Sentia.*

*cionis.*

2 *Afrania Licinii Buccionis.* 3 *Hortensia Q.F.*

**N**E de his quidem feminis tacendum est, quas conditio naturæ & verecundiæ stola ut in foro & iudiciis tacerent, cohibere non potuit.

1. AMÆSIA Sentia rea, causam suam L. Titio prætore iudicium cogente, maximo populi concursu egit; partesque omnes ac numeros defensionis non solum diligenter, sed etiam fortiter executæ, prima actione, cunctis pene sententiis liberata est: Quam, quia sub specie feminæ virilem animum gerebat, Androgynam appellabant.

2. AFRANIA vero Licinii Buccionis senatoris uxor prompta ad lites contrahendas, pro se semper apud Prætorem verba fecit: non quod advocatis deficiebatur, sed quod impudentia abundabat. Itaque inusitatis foro larratibus assidue tribunalia exercendo, muliebris calumniæ, uotissimum evasit exemplum: adeo ut pro crimine improbis feminarum moribus Afraniæ nomen obijciatur. Prorogavit autem spiritum suum ad C. Cæsarem III. Iterum ad P. Servilium COSS. Tale enim monitrum magis quo tempore extinctum, quam quo sit ortum, memoriæ tradendum est.

3. HORTENSIA vero Q. Hortensii filia, cum ordo matronarum gravi tributo à triumviris esset oneratus, nec quisquam virorum patrocinium eis accommodare

modare auderet; causam feminarum apud triumviros & constanter & feliciter egit. Repræsentata enim patris facundia, impetravit ut major pars imperatæ pecuniæ his remitteretur. Revixit tum muliebri stirpe Q. Hortensius, verbisque filia aspiravit: cujus si virilis sexus posterius vim sequi voluissent, Hortensianæ eloquentiæ tanta hæreditas una sceminæ actione abscessa non esset.

## CAPVT IV.

## DE QVÆSTIONIBVS.

HABITIS A 2 *Alexandro C. Fannio.*  
3 *M. Agrii seruo.* 3 *Philippo Fulvii Flacci.*

**A**TQVE ut omnes iudiciorum numeros exequamur, quæstiones quibus aut creditum non est, aut temere habita fides est, referamus.

1. **M. AGRII** argentarii servus **Alexandrum C. Fannii** servum occidisse infimusatus est; eoque nomine tortus à domino admisisse se id facinus constantissime asseveravit: Itaque Fannio deditus, supplicio affectus est. Parvulo deinde tempore interjecto, ille cujus de nece creditum erat, domum rediit.

2. **CONTRA** Fannii servus **Alexander**, cum in suspicionem **C. Fl. equitis Romani occisi** venisset, sexies tortus pernegavit ei se culpæ affinem fuisse. Sed perinde atque confessus, & à iudicibus damnatus, & à **L. Calpurnio** triumviro in crucem actus est.

3. **ITEM** **Fulvio Flacco** causam dicente, **Philippus** servus ejus, in quo tota quæstio nitobatur, octies tortus, nullum omnino verbum quo dominus perstringeretur, emisit: Et tamen reus damnatus est: cum certius argumentum innocentia unus octies tortus exhiberet, quam octo semel torti præbuissent.

## CAPVT V.

## DE TESTIMONIIS IRRITIS

## VEL RATIS.

1 *Cæpionum ac Metellorum in Q. Pompejanis.* 2 *M. Amilii Scauri in diversis.* 3 *L. Crassi*

- 3 L. Crassi in M. Marcellum. 5 M. Ciceronis in P. Clodium.  
 4 Q. Metelli, Lucullorum, Hortensii & Lepidi in C. Cornelium. 6 P. Servilii Isaurici in quendam reum.

1. **S** E Q V I T V R ut ad testes pertinentia exempla commemorem. Cn. & Q. Servilius Cæpionibus iisdem parentibus natis, & per omnes honorum gradus ad summam amplitudinem proVectis: item fratribus Q. & L. Metellis consularibus & censoriis, altero etiam triumphali in Q. Pompejuni A. F. repetundarum reum acerrime dicentibus testimonium non abrogata fides absoluto Pompejo; sed ne potentia iuimicum oppressisse viderentur, occursum est.

2. M. etiam Æmilius Scaurus princeps senatus C. Memnium repetundarum reum descripto testimonio infecutus est. Item C. Flavium eadem lege accusatum testis profcidit. Iam C. Norbanum majestatis crimine publicæ questioni subiectum, ex professo opprimere conatus est: nec tamen aut auctoritate, qua plurimum pollebat, aut religione, de qua nemo dubitabat, quinquam illorum affligere potuit.

3. L. quoque Crassus tantus apud iudices, quantum apud P. C. Æmilius Scaurus: namque eorum suffragia robustissimis & felicissimis eloquentiæ stipendiis regerbat, eratque sic fori, ut ille curiæ princeps. Cui vehementissimum testimonii fulmen in M. Marcellum reum iniecerit: impetu gravis, exitu vanus apparuit.

4. **A G E** Q. Metellus Pius, L. M. Lucilli, Q. Hortensius, M. Lepidus, C. Cornelii majestatis rei, quam non onerantur tantummodo testes salutem; sed etiam uegantes illo incolumi stare reipublicam posse, depoposcerunt? Quæ decora civitatis (pudet referre) umbone judiciali repulsa sunt.

5. **Q V I D**, M. Cicero forensi militia summos honores amplissimumque dignitatis locum adeptus, nonne in ipsis eloquentiæ suæ castris testis abjectus est, dum P. Clodium Romæ apud se fuisse juravit, illo sacrilegum flagitium uno absentiae argumento tuente? Si quidem iudices Clodium incesti crimine, quam Ciceronem infamia perjuri liberare maluerint.

6. **T O T** elevatis testibus, nuum, cujus nova ratione iudicium ingressa auctoritas confirmata est, referam. P. Servilius consularis, censorius, triumphalis, qui majorum suorum titulis Isaurici cognomen adjecit; cum forum præteriens testes in reum dari vidisset, loco testis



constitit; ac inter summam patronorum pariter & accu-  
 satorum admirationem sic orsus est: Hunc ego, iudices,  
 qui causam dicit, enjas sit, aut quam vitam egerit, quam-  
 que merito vel injuriæ accusetur, ignoro: illud tantum  
 scio, cum occurrisset mihi Laurentina via iter facienti,  
 admodum angusto loco equo descendere noluisse. Quod  
 an aliquid ad religionem vestram pertineat, ipsi æstima-  
 bitis; ego id suppressendum non putavi. Iudices reum,  
 vix auditis cæteris testibus, damnaverunt. Valuit enim  
 apud eos, cum amplitudo viri, tum gravis neglectæ di-  
 gnitatis ejus indignatio: eumque qui venerari princi-  
 pes nesciret, in quodlibet facinus proctursum credide-  
 runt.

## CAPVT VI.

QUI QUÆ IN ALIIS VINDICARANT  
 IPSI COMMISERVNT.

- |                                 |                                  |
|---------------------------------|----------------------------------|
| 1 C. Sicinius Hoplo-<br>machus. | 3 C. Licinius Calvus Sto-<br>lo. |
| 2 C. Marius Cos. 6.             | 4 Q. Varius Ibrida.              |

**N**E illos quidem latere patiamur, qui quæ in aliis  
 vindicarant, ipsi commiserunt.

1. C. LICINIUS cognomine Hoplo-  
 machus, à prætore postulavit, ut patri suo bonis, tanquam  
 ea dissipanti interdiceretur. Et quidem quod petierat  
 impetravit: sed ipse parvo post tempore, mortuo seue,  
 amplam ab eo relictam pecuniam latifundiaque festi-  
 nanter consumpsit. Dignus hac vicissitudine poenæ fuit:  
 quoniam hæreditatem absumere, quam hæredem ma-  
 luit tollere.

2. C. autem Marius, cum magnum & salutarem rei-  
 pub. civem in L. Saturnio opprimendo egisset, à quo in  
 modum vexilli pileum servituti ad arma capienda  
 ostentatum erat: L. Sulla cum exercitu in Urbem irrum-  
 pente, ad auxilium servorum pileo sublato confugit.  
 Itaque dum facinus, quod punierat, imitatur, alterum  
 Marium à quo affigeretur, invenit.

3. C. vero Licinius Stolo, cujus beneficio plebei  
 petendi consulatum potestas facta est, cum lege san-  
 xisset nequis amplius quam quingenta agri jugera  
 possideret, ipse mille comparavit: dissimulantique  
 Licinini gratia dividiam partem filio emancipavit.  
 Quam

Quam ob causam à M. Popillio Lænate accusatus, primus sua lege cecidit : ac docuit nihil aliud præcipi debere, nisi quod prius quisque sibi imperaverit.

4. Q. autem Varius, propter obscurum jus civitatis Ibrida cognominatus, trib. pleb. legem adversus intercessionem collegarum perrogavit: qua jubebat quæri quorum dolo malo socii ad arma ire coacti essent, magna cum clade reipublicæ: sociale enim prius, deinde civile bellum excitavit. Sed dum ante pestiferum tribunal pleb. quam certum civem agit, sua lex eum domesticis laqueis constrictum absumpsit.

## CAPVT VII.

## DE STUDIO ET INDVSTRIA.

## Romanorum.

- 1 M. Catonis majoris.
- 2 M. Catonis Veientis.
- 3 M. Terentii Varronis.
- 4 C. Livii Drusi.
- 5 Pauli senatoris & Pö-  
tii Lupi.
- 6 Crassi Muciani.
- 7 Q. Roscii comædi.

## EXTERNORVM.

- 1 Demosthenis Athenië-  
sis.
- 2 Pythagora Samiæ.

- 3 Platonis Atheniensis.
- 4 Democriti Abderitæ.
- 5 Carneadis Cyrenæi.
- 6 Anaxagora Clazomeniæ.
- 7 Archimedis Syracusæ.
- 8 Socratis Atheniensis.
- 9 Isocratis Atheniensis.
- 10 Chrysippi Tarsensis.
- 11 Cleanthis Assiæ.
- 12 Sophoclis Atheniensis.
- 13 Simonidis Ceis.
- 14 Salomonis Atheniensis.
- 15 Themistoclis Atheniensis.

QVID cesso vires industriæ commemorare? cuius alacri spiritu militiæ stipendia roborantur; forensis gloria accenditur, fido sinu cuncta studia recepta nutriuntur: quicquid animo, quicquid manu, quicquid lingua admirabile est, ad cumulum laudis perducitur. Quæ cum perfectissima sit virtus, eam tamen duramento sui confirmat.

1. CATO sextum & octogesimum annum agens, dum in republ. agenda juvenili animo perstat; ab inimicis capitali crimine accusatus, suam causam egit. Neque aut memoriam ejus quicquam tardiolem, aut humilitatem lateris ulla ex parte quassatam, aut os hæstatione impeditum animadvertit. Quia omnia ista in statu suo æquali ac perpetua industria continebat. Quin etiam in ipso

ipso diutissime actę vitę fine disertissimi oratoris Galbę accusationi defensionem suam pro Hispania apposuit.

Idem Gręcis literis erudiri concupivit: quam sero, inde æstimemus, quod etiam Latinas pene jam senex didicit. Cunque eloquentia magnam iam gloriam partem haberet, id egit, ut juris civilis quoque esset peritissimus.

2. **C V I V S** mirifica proles, propter ætati nostrę Cato, ita doctrinę cupiditate flagavit; ut ne in curia quidem, dum senatus cogitur, temperaret sibi, quo minus libros Gręcos lætitaret: Qua quidem industria ostendit, alijs tempora deesse, alios temporibus superesse.

3. **T E R E N T I V S** autem Varro humanę vitę exemplum, ætatisque spacium nominandus: non annis, quibus seculi tempus æquavit, quam stylo vivacior fuit. In eodem enim lectulo & spiritus ejus, & egregiorum operum cursus extinctus est.

4. **C O N S I M I L I S** perseverantię Livius Drusus, qui ætatis viribus, & acie oculorum defectus, jus civile populo benignissime interpretatus est: utilissimaque discere id cupientibus monumenta composuit. Nam ut ferrem illum natura cæcum fortuna fatere potuit, ita neutra interpellare valuit; ne non animo & videret & vigeret.

5. **P A V L V S** vero senator, & Pontius Lupus eques Romanus, suis temporibus celebres causarum actores, luminibus capti, eadem industria forensia stipendia executi sunt. Itaque frequentius etiam audiebantur, concurrētib; alijs, quia ingenio eorum delectabantur, alijs, quia constantiam admirabantur. Namque tali incommodo perculsi secessum petunt, duplicanque teuebras, fortuitis voluntarias adjicientes.

6. **T A M P.** Crassus, cum in Asiam ad Aristonicum regem debellandum consul venisset, tanta cura Gręcę linguę notitiam animo comprehendit, ut eam in quinque divisam genera per omnes partes ac numeros penitus cognosceret. Quę res maximum ei sociorum amorem conciliavit, qua quis eorum lingua apud tribunal illius postulaverat, eadem decreta reddenti.

7. **N E R O S C I U S** quidem subtrahatur scenicę industrię notissimum exemplum, qui nullum unquam spectanti populo gestum, nisi quem domi meditatus fuerat, ponere ausus est. Quapropter non ludicra ars Roscium, sed Roscius ludicram artem commendavit: nec vulgitarum favorem, verum etiam principum familiaritates amplexus est. Hęc sunt attentis & anxii, & nunquam cessantis studii præmia: propter quę tantorum

virorum laudibus non impudenter se persona histri-  
onis inseruit.

### EXTERNÆ.

1. GRÆCÆ quoque industria, quoniam nostræ  
multum profuit, quem ineretur fructum Latinæ linguæ  
recipiat. Demosthenes, cujus commemoratio nomine,  
maximæ eloquentiæ consummatio audientis animo ob-  
oritur, cum inter iniua juveniæ, artis, quam affecta-  
bat, primam literam dicere non posset, oris sui vitium  
tanto studio expugnavit, ut ea à nullo expressius efferre-  
tur. Deinde propter nimiam exilitatem acerbam audi-  
tu vocem suam exercitatione continua ad maturum &  
gratum auribus sonum perduxit. Lateris etiam firmitate  
defectus, quas corporis habitus vires negaverat, à la-  
bore mutatus est: Multos enim versus uno impetu spi-  
ritus complectebatur, eosque adversa loca celeri gradu  
scandens, pronuntiabat. Ac vadosis littoribus insistens  
declamationes fluctuum fragoribus obluantibus ede-  
bat, ut ad fremitus concitatarum concionum patientia  
duratis auribus uteretur. Fertur quoque ore inferis  
calculis multum ac diu loqui solitus, quo vacuum  
promptius esset & resolutius. Proeliatu est contra re-  
rum naturam & quidem victor abiit, malignitatem  
ejus pertinacissimo animi robore superando. Itaque al-  
terum Demosthenem mater, alterum industria evixa est.

2. ATQVE ut ad vetustiorē industriæ actū trans-  
grediar, Pythagoras perfectissimum opus sapientiæ à ju-  
venta pariter omnis honestatis percipiendæ cupiditatem  
ingressus (nihil enim quod ad ultimum sui finem per-  
venturum est, non & mature & celeriter incipit) Ægy-  
ptum petit, ubi literis gentis ejus assuefactus, præteriti  
ævi sacerdotum commentarios scrutatus, innumerabi-  
lium seculorum observationes cognovit. Inde ad Persas  
profectus, magorum exactissimæ prudentiæ se forman-  
dum tradidit; à quibus siderum motus cursusque stella-  
rum, & unius cujusque vim, proprietatem & effectum  
benignissime demonstratum docili animo hausit. Cre-  
tam deinde, & Lacedæmona navigavit: quarum legibus  
ac moribus inspectis, ad Olympicum certamen descen-  
dit. Cumque multiplicis scientiæ maxima totius Græciæ  
admiratione specimen exhibuisset: quo cognomine  
censeretur interrogatus, non se σοφῶν (jam enim illud  
seprem excellentes viri occupaverant) sed φιλοσοφῶν esse  
respondit. In Italiæ etiam partē, quæ tunc major Græ-  
ciæ appellabatur perrexit; in qua plurimis & opulentissi-  
mis

mis urbibus effectus suorum studiorum approbavit. Cujus ardentem rogam plenis venerationis oculis Metapoudus aspexit: oppidum Pythagorę quam suorum cicerum nobiliter clariſſime monimento.

3. **PLATO** autę patriam Athenas, præceptorem Socratem sortitus, & locum & hominem doctrinę fertilissimum; ingenii quoque divina instructus abundantia: cum omnium jam mortalium sapientissimus haberetur, eo quidę usque, ut si ipse Impier cęlo descendisset, nec elegantiore, nec beatiore faciundia usus videretur; *Ægyptum* peragravit, dum a sacerdotibus ejus gentis Geometrię multiplices numeros, atque cęlestium observationum rationem percipit. Quoque tempore a studiosis juvenibus ceratim Athenę Platonem doctorem quęrentibus petebantur; ipse Nili fluminis inexplicabiles ripas, vastissimosque campos, effusam barbariam, & flexuosos fossarum ambitus *Ægyptiorum* senum discipulus lustrabat. Quo minus inior eum in Italiam transgressum, ut ab Archita Tarenti, a Timęo & Arione, & Echecrate Locris Pythagorę præcepta & instituta acciperet. Tanta enim vis, tanta copia literarum undique colligenda erat, ut invicem per totum terrarum orbem dispergi & dilatari posset. Altero etiam & octogesimo anno decedens sub capite Sophronis mimos habuisse fertur: sic ne extrema quidem ejus hora agitatione studii vacua fuit.

4. **AT** Democritus, cum divitiis censei posset, quę tantę fuerunt, ut pater ejus Xerxis exercitui epulum dare ex facili ponerit: quo magis vacuo animo studiis literarum esset operatus, parva admodum summa retenta, patrimonium suum patrię donavit. Athenis autem compluribus annis moratus, omnia temporum momenta ad percipiendam & exercendam doctrinam conferens, ignoni illi urbi vixit; quod ipse in quodam volumine testatur. Stupet mens admiratione tantę industrię, & jam transit alio.

5. **CARNEADES** laboriosus & diuturnus sapiętię miles; siquidem nonaginta expletis annis, idem illi vivendi ac philosophandi finis fuit: Ita se mirificum doctrinę operibus addixerat, ut cum cibi capiendi causa recubnisset, cogitationibus inhęrens; manum ad mensam porrigere oblivisceretur. Sed eum Melissa, quam uxoris loco habebat, temperato inter studia non interpellandi, sed inedię succurrendi officio dexteram suam necessariis usibus aptabat. Ergo animo tantummodo vita fruebatur, corpore vero quasi alieno & supervacuo circumdatus erat. Idem cum Chrysippo disputa-

turus, helleboro se ante purgabat, ad exprimendum ingenium suum attentius, & illius refellendum acrius: quas potiones industria solidæ laudis cupidus efficit appetendas.

6. **QVALI** porro studio Anaxagoram flagrasse credimus? qui cum è diutina peregrinatione patriam reperisset, possessione que deserta vidisset, Non essem, inquit, ego salvus, nisi istæ periissent. Vocem petitiæ sapientiæ compotem. Nam si prædiorum potius, quam ingenii culturæ vacasset; domus rei familiaris intra penates mansisset, nec tantus Anaxagoras ad eos rediisset.

7. **ARCHIMEDI**S quoque fructuosam industriam fuisse dicerem, nisi eadem illi & dedisset vitam, & abstulisset. Captis enim Syracusis, Marcellus machinationibus ejus multum ac diu victoriam suam inhabitam senserat; eximia tamen hominis prudentia delectatus, ut capiri illius parceretur, edixit; pene tantum gloriæ in Archimede servato, quantum in oppressis Syracusis reponens. At is dum animo & oculis in terram definitas formas describit, militi qui prædandi gratia domum irruerat, strictoque super caput gladio; quisnam esset, interrogabat: propter nimiam cupiditatem investigandi quod requirebat, nomen suum indicare non potuit. Sed protacto manibus pulvere, Noli, inquit, obsecro, istum disturbare: Ac periude quasi negligens imperii victoris, obruncatus, sanguine suo artis suæ lineamenta confudit. Quo accidit, ut propter idem studium modo donaretur vita, modo spoliaretur.

8. **SOCRATEM** etiam constat ætate proventum fidibus tractandis operam dare coepisse: sauius judicantem ejus artis usum sero, quam nunquam percipere. Et quantula Socrati accessio ista futuræ scientiæ erat? sed pertinax hominis industria, tantis doctrinæ suæ divitiis etiam Musicæ rationis vilissimum elementum accedere voluit. Ergo dum ad discendum semper se pauperem credidit, ad docendum fecit se locupletissimum.

9. **ATQVE** ut longæ & felicitis industriæ quasi in unum acervum exempla redigamus, Isocrates nobilissimum istum, qui inscribitur *Ἰσοκράτης*, quartum & nonagesimum annum agens, ut ipse significat, composuit, opus ardentis spiritus plenum. Ex quo apparet, senescentibus membris eruditorum, intus animos industriæ beneficio florem juventutæ retinere. Neque hoc stylo terminos vitæ suæ clausit: namque admirationis ejus fructum quinquevno percepit.

10. **CITĒRIORES** ætatis metas, sed non parvi  
tamen

tamen spatii Chryssippi vivacitas flexit : nam octogesimo anno coeptum, unde quadragesimum λογικῶν exactissimæ subtilitatis volumen reliquit. Cujus studium in tradendis ingenii sui monumentis tantum operæ laborisque sustinuit ; ut ad ea quæ scripsit penitus cognoscenda, longa vita sit opus.

11. TE quoque Cleanthe tam laboriose studium, & tam pertinaciter tradentem sapientiam, quam ipse industriæ suscepit : cum adolescentem quendam extrahendæ aquæ nocturno tempore inopiam tuam sustentantem diurno Chryssippi præceptis percipiendis vacantem, eundemque ad undecentesimum annum attentam cura erudientem auditores tuos videret : Duplici enim labore unius seculi spacium occupasti, incertum reddendo discipulusne an præceptor esses laudabilior.

12. SOPHOCLES quoque gloriosum cum rerum natura certamen habuit ; tam benigne mirifica opera illa sua exhibendo, quam illa operibus ejus tempora liberaliter subministrando : Prope enim centesimum annum attigit, sub ipsum transitum ad mortem Oedipo de Coloneo scripto ; qua sola fabula omnium ejusdem studii poetarum præripere gloriam potuit : Idque ignotum esse posteris filius Sophoclis Iophon noluit, sepulchro patris, quæ retuli, inculpando.

13. SIMONIDES vero poëta octogesimo anno & docuisse se carmina, & in eorum certamen descendisse ipse gloriatur : nec fuit iniquum, illum voluptatem ex ingenio suo diu percipere, cum eam omni ævo fruendam traditurus esset.

14. IAM Solon quanta industria flagraverit, & versibus complexus est, quibus significat se quotidie aliquid addiscentem senescere, & supremo vitæ die confirmavit. quum assidentibus amicis & quadam de re sermonem inter se conferentibus, fatis jam pressum caput erigeret : Interrogatusque quapropter id fecisset, respondit ; Vt cum istud, quicquid est, de quo jam dispiratis, percepero, moriar. Migrasset profecto ex hominibus inertia, si eo animo vitam ingrederemur, quo eam Solon egressus est.

15. QVAM porro industrius Themistocles, qui maximarum rerum cura districtus, omnium tamen civium suorum nomina memoria comprehendit : Per summamque iniquitatem patria pulsus, & ad Xerxem, quem paullo ante devicerat, confugere coactus, prius quam in conspectum ejus veniret, Persico sermoni se adrefecit : ut labore parva commendatione, regis auribus familiaritatem & assuetum sonum vocis adhiberet.

Cujus utriusque industriæ laudem duo reges partiti sunt; Cyrus omnium militum suorum nomina; Mithridates duarum & viginti gentium, quæ sub regno ejus erant linguas ediscendo. Ille, ut sine monitore exercitum salutaret; hic, ut eos quibus imperabat, sine interprete alloqui posset.

## CAPVT VIII.

## DE OTIO LAVDATO.

In Romanis.

In externis.

- 1 P. *Æmiliano & C. La-*  
*lio.*  
2 Q. *Mutius Scævola Au-*  
*gure.*

- 1 *Socrate Atheniensi.*  
2 *Achille Homérico.*

**O**TIVM, quod industriæ, & maxime studio contrarium viderur, subnecti breviter debet; non quo evanescit virtus, sed quo recreatur. Alterum enim etiam inertibus vitandum; alterum strenuis quoque interdum appetendum est; Illis, ne vitam enervem exigant; his vt tempeltiva laboris intermissione ad laborandum fiant vegetiores.

1. P A R veræ amicitiaë clarissimū Scipio & Lælius, cum amoris vinculo, tum etiam omnium virtutum inter se juncti societate, ut actuosæ vitæ iter æquali gradu exequabantur; ita animi quoque remissioni communiter acquiescebāt. Constat namque eos Cajetæ & Laurenti vagas littoribus conchulas, & umbilicos lectitasse: Idque se L. Crassus ex socero suo Q. Scævola, qui gener Lælij fuit, audisse sæpenumero prædicavit.

2. S C Æ V O L A autē quietæ remissionis eorum certissimus testis, optime pila lusisse traditur: quia videlicet ad hoc diverticulum animum suum forensibus ministeriis fatigatum, transferre solebat. Alveo quoque & calculis vacasse interdum dicitur; cum bene ac diu jura civium, & cæremonias deorum ordinasset: ut enim in rebus serijs Scævola; ita & in scurrilibus lusibus hominem agebat, quem rerum natura continui laboris patientem esse non finit.

## EXTERNA.

1. I D Q V E vidit, cui nulla pars sapiëntiæ obscura fuit, Socrates; ideoque non erubuit tunc, cum interpo-

sita



sita arundine cruribus suis, cum parvulis filioliis ludens ab Alcibiade risus est.

2. HOMERVS quoque ingenii cælestis vates non aliud sensit, vehementissimis Achillis manibus ca- uoras fides aptando, ut earum militare robur leni pacis studio relaxaret.

## CAPVT IX.

## DE VI ELOQUENTIAE.

In Romanis.

In externis.

1 NV. Valerio Max. dict.

1 Pisistrato Atheniensi.

2 M. Anonio oratore.

2 Pericle Atheniensi.

3 C. Aurelio Cotta.

3 Hegeſa Cyrenaico.

POTENTIAM vero eloquentiæ etsi plurimum valere animadvertimus; tamen sub propriis exem- plis, quo scilicet vires ejus testatiores fiant, recog- nosci convenit.

1. REGIBVS exactis, plebs dissidens à patri- bus, juxta ripam fluminis Anienis in colle, qui Sacer ap- pellatur, armata confedit. Eratque non solum deformis, sed etiam miserrimus reipublicæ status: à capite ejus cæ- tera parte corporis pestifera seditione divisa. Ac ni Va- lerii subvenisset eloquentia, spes tanti imperii in ipso pe- ne ortu suo corruisset. Is nanque populum nova & inso- lita libertate tenere gaudentem, oratione ad meliora & saniora consilia revocatum, senarum subjecit, id est, urbem urbi junxit. Verbis ergo facundis ira, constentia- tio, & arma cesserunt.

2. QVÆ etiam Marianos Cinnanosque mucro- nes civilis profundendi sanguinis cupiditate surrentes, in- hibuerunt. Missi enim à sævissimis ducibus milites ad M. Anonium obruncandum, sermone ejus obstupesciti, destri- ctos jam & vibrantes gladios crure vacuos vagi- nis reddiderunt. Quibus digressis, P. Antroni- us (is enim solus in ambitu expertus Antonianæ vocis steterat) cru- dele imperium truculento ministerio peregit. Quam di- fertum igitur eum fuisse putemus, quem ne hostium qui- dem quisquam occidere sustinuit, qui modo vocem ejus ad aures suas voluit admittere?

3. DIVVS quoque Julius, quam cælestis numi- nis, tam etiam humani ingenii perfectissimum columen, vim facundia propriæ expressit: dicendo in accusatione Cn. Dolabellæ, quem reum egit, extorqueri sibi causam optimam C. Cottæ patrociniis. Siquidem maxima tunc

vis eloquentiæ quæta est: cuius facta mentione, quoniam domesticum nullum majus adjecerim exemplum, prægrinandum est.

### EXTERNÆ.

1. **PISISTRATVS** dicendo tantum valuisse traditur, ut ei Athenenses regium imperium oratione capti permitterent: cum præsertim ex contraria parte amantissimus patriæ Solon niteretur. Sed alterius salubriores erant conciones, alterius disertiores: quo evenit, ut aliòquî prudentissima civitas libertati servitutem præferret.

2. **PERICLES** autem felicissimis naturæ incrementis, sub Anaxàgora præceptore summo studio perpolitus & instructus, liberis Athenarum cervicibus jugum servitutis imposuit: egit enim ille urban, & versavit arbitrio suo. Cumque adversus voluntatem populi loqueretur, jucunda nihilominus, & popularis ejus vox erat. Iraque veteris comœdiæ maledica lingua, quanvis potentiàm viri perstringere cupiebat, tamen in labris ejus hominis melle dulciorem leporem fatebatur habitare: inque auribus eorum, qui illum audierant, quasi aculeos quosdam relinqui prædicabat. Fertur quidam, cum admodum senex primæ concioni Periclis adolescentuli interesset, idemque juvenis Pisistratum jam decrepitum concionantem audisset; non temperasse sibi quominus exclamaret, Caveri illum civem oportere, quod Pisistrati orationi simillima ejus esset oratio: Nec hominem aut æstimatio eloquii aut morum augurium fefellit. Quid enim inter Pisistratum & Periclein interfuit? nisi quod ille armatus, hic sine armis tyrannidem gessit?

3. **QUANTVM** eloquentia valuisse Hegesiam Cyrenaicum philosophum arbitramur? qui sic mala vitæ repræsentabat; ut eorum miserauda imagine auditorum pectoribus inserta, in huius voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret? Ideoque à rege Ptolemæo ulterius hac de re differere prohibitus est.

DE PRONVNTIATIONE ET APTO  
MOTV CORPORIS.

In Romanis.

Externo uno.

1 C. Graccho.

2 Q. Hortensio.

3 M. Tullio.

*Demosthene Atheniensi.*

**E**LOQVENTIÆ autem ornamenta in prountiatione apta, & convenienti motu corporis consistunt: quibus cum se instruxit, tribus modis homines aggreditur, animos eorum ipsa invadendo, horum alteri aures, alteri oculos permulcendos tradendo.

1. **S**ED ut propositi fides in personis illustribus exhibeatur, C. Gracchus eloquentiæ quam propositi felicioris adolescens, quouiam flagrantissimo ingenio cum optime rempublicam tueri posset, perturbare impie maluit: quoties apud populum concionatus est, seruum post se musicæ artis peritum habuit, qui occulte eburnea fistula prountiationis ejus modos formabat; aut nimis reinissos excitando, aut plus iusto concitatos reuocando: Quia ipsum calor atque impetus actionis attentum hu jusce temperamenti æstimatorem esse non patiebatur.

2. **Q**. autem Hortensius plurimum in corporis decoro motu repositum credens, pene plus studii in eodem elaborando, quam in ipsa eloquentia affectanda impendit. Itaque nescires, utrum cupidius ad audiendum eum, an ad spectandum concurreretur: sic verbis oratoris aspectus, & rursus aspectui verba seruebant. Itaque constat Æsopum & Roscium ludicræ artis peritissimos viros, illo causas agente, in corona frequenter astitisse; ut foro petitos gestus, in scenam referrent.

3. **I**A M. Cicero quantum in utraque re, de qua loquimur momenti sit, oratione quam pro Gallio habuit, significavit, M. Calidio accusatori exprobraudo, quod præparatum sibi à reo venenum, testibus, chirographis, quæstionibus se probaturum affirmans, remisso vultu, & languida voce, & soluto genere orationis usus esset: Pariterque & oratoris vitium detexit, & causæ periclitantis argumentum adjecit, totum hunc locum ita claudendo: Tu istud M. Calidi nisi fingeres sic ageres?

Qs

EXTER-

## EXTERNA.

1. **CONSENTANEVM** huic Demosthenis iudiciū, qui cum interrogaretur, quidnam esset in dicendo-  
 eticacissimum, respondit, ἢ ὁ νόμος. Iterum deinde &  
 tertio interpellatus idem dixit, pene totum se illi dedere  
 confitendo. Recte itaque Æschines, cum propter iudicia-  
 lem ignominiam, relictis Athenis, Rhodum petisset, at-  
 que ibi rogatu civitatis suam prius in Ctesiphontem,  
 deinde Demosthenis pro eodem orationem clarissima &  
 suavissima voce recitasset; admirantibus cunctis urius-  
 que columinis eloquentiam, sed aliquanto magis Demo-  
 sthenis; Quid si, inquit, ipsum audissetis! tantus orator,  
 & modo tam infestus adversarius sic inimici vim, ardo-  
 remque dicendi suspexit; ut se scriptorum ejus parum  
 idoneum lectorem esse diceret: expertus acerrimum o-  
 culorum vigorem, terribile vulvis pondus, accommoda-  
 tum singulis verbis sonum vocis, efficacissimos corporis  
 motus. Ergo etsi operi illius adjici nihil potest; tamen in  
 Demosthene magna pars Demosthenis abest; quod legi-  
 tur potius, quam auditur.

## CAPVT XI.

## DE EFFECTIB. ARTIVM. RARIS.

Apud Romanos,  
 ut in

- 1 Astrologia C. Sulpicii  
 Galli.
- 2 Aruspicina Spurina,

Apud exteros,  
 ut in

- 1 Astrologia Periclis.

2 Pittura Apellis & Pla-  
 stice Lysippi.

3 Vulcano Alcamenis.

4 Venere Praxitelis.

5 Neptuno Euphranoris.

6 Agamemnone Timä-  
 tis.

7 Equo Nealcis.

**EFFECTVS** etiam artium recogniti possunt ali-  
 quid asserere voluptatis: protinusque & quam utiliter  
 excogitatae sunt, patebit: & memorari dignae res lu-  
 cido in loco reponentur, & labor in iis edendis suo fru-  
 ctu non carebit.

1. **SULPICII** Galli maximum in omni genere  
 literarum recipiendo studium plurimum reipublicae pro-  
 fuit. Nam cum L. Paulli bellum adversum regem Persen  
 gereris, legatus esset, ac serena nocte subito luna defecit:  
 eoque veluti diro quodam mōstro perterritus exercitus  
 molter,

noſter, manus cum hoſte conſerendi fiduciam amiſiſſet; de cæli ratione, & ſiderum natura peritiſſime diſputando, alacrem eum in aciem miſit. Itaque illi inclytæ Paullianæ victoriæ liberales artes Galli aditum dederunt: quia niſi ille metum noſtrorum militum vicieſſet, imperator Romanus vincere hoſtes non potuiſſet.

2. **SPVRINÆ** quoque in conſectandis decorum monitis efficacior ſcientia apparuit, quam urbs Romana voluiſſet, prædixerat enim C. Cæſari, ut proximos 30 dies quaſi fatales caveret, quorum ultimus erat Idus Martiæ. Eo cum forte mane uterque in domum Calvini Domitii ad officium conveniſſet. Cæſar Sprinæ, Ecquid ſcis inquit Idus Martias jam veniſſe? & is; Ecquid ſcis illas nondum præteriſſe? Abjecerat alter timorem, tanquam exacto tempore ſuſpecto, alter ne extremam quidem ejus partem periculo vacuum eſſe arbitratus eſt. Vtinam aruſpicem potius augurium, quam patriæ parentem ſecuritas ſefelliſſet.

## EXTERNÆ.

1. **SED** ut alienigena ſcrutemur, cum obſcurato repente ſole inuſitatis perſuſe tenebris Athenæ ſollicitudine agerentur, interitû ſibi cæleſti denuntiatione portendi credentes; Pericles proceſſit in medium; & quæ à præceptore ſuo Anaxagora pertinentia ad ſolis & lunæ curſum acceperat, diſſernit: nec ulterius trepidare cives ſuos vano metu paſſus eſt.

2. **QUANTVM** porro dignitatis à rege Alexandro tributum arti exiſtimamus; qui ſe & pingi ab uno Apelle, & fingi à Lyſippo tantummodo voluit?

3. **TENET** viſentes Athenas Vulcanus Alcamenis manibus fabricatus. Præter cetera enim perfectiſſimæ artis in eo præcurrentia indicia, etiam illud mirantur; quod ſtat diſſimulatæ claudicationis ſub veſte leviter veſtigium repræſentans, ut non tanquam exprobratum vitium, ita tamen certam propriamque dei notam decore ſignificans.

4. **CVIVS** conjugem Praxiteles in marmore quaſi ſpirantē in templo Gnidiorum collocavit, propter pulchritudinem operis à libidinoſo cuiuſdã complexu parum tutam. Quo excuſabilior eſt error equi, qui viſa pictura equæ, hinc utum edere coactus eſt; & canum latratus aſpectu picti canis incitatus; taurusque ad amorē & concubitû æneæ vaccæ Syracuſis nimis ſimilitudinis irritamento compulſus. Quid enim vacua rationis animalia arte decepta miremur, cum hominis ſacrilegam cupi-

cupiditatem muti lapidis lineamentis excitatam videamus?

5. CETERVM natura quemadmodum sapienter æmulam virium suarum artem esse patitur: ita aliquando irritam fesso labore dimittit: quod summi artificis Euphranoris manus senserunt. Nam cum Athenis 12 deos pingeret, Nepruni imaginem quam poterat excellentissimis majestatis coloribus complexus est, perinde ac Iovis aliquanto augustiorem repræsentaturus. Sed omni impetu cogitationis in superiori opere absumpto, posteriores ejus conatus assurgere quo tendebant, nequiverunt.

6. QUID ille alter æque nobilis pictor, luctuosum immolatæ Iphigeniæ sacrificium referens, cum Calchanta tristem, mæstum Vlysem; clausam Ajacem, lamentantem Menelaum circa aram statuisset; caput Agamemnonis involvendo, nonne summi mœroris acerbiteratem, arte exprimi non posse confessus est? Itaque pictura ejus, aruspicias, amicorum, & fratris lacrymis madet, patris fletum spectantis affectui æstimandum reliquit.

7. ATQVE ut ejusdem studii adjiciam exemplum: Præcipuæ artis pictor equum ab exercitatione venientem, modo non vivum, labore industriæ suæ comprehenderat; cujus naribus spumas adjicere cupiens, tantus artifex in tam parvula materia multum ac diu frustra terrebatur. Indignatione deinde accensus, spongiam omnibus imbutam coloribus forte juxta se positam apprehendit, & veluti corrupturus opus suum, tabulæ illisit: Quam fortuna ad ipsas equi nares directam desiderium pictoris coegit explere. Itaque quod adumbrare non valuit; casus imitatus est.

## CAPVT XII.

### OPTIMIS ARTIVM MAGISTRIS CONCEDENDVM ESSE.

Vt factum apud Romanos. Apud exteros.

- |  |                            |
|--|----------------------------|
| 1 Furio & Casellio in jure Prædicatorio. | 1 Euclidi in geometria.    |
|  | 2 Phyloni in architectura. |
|  | 3 Apelli in pictura.       |

SUB autem artis unumquemque & actorem, & disputatorem optimum esse ne dubitemus, paucis exemplis admoneamus.

1. Q. Scævola legum clarissimus & certissimus va-  
tes, quotiescunque de jure prædicatorio consultebatur, ad  
Furium & Cæsellium, quia huic scientiæ dediti erant,  
consultores rejiciebat. Quo quidem facto moderatio-  
nem magis suam commendabat, quam auctoritatem mi-  
nuebat: ab his id negotium aptius explicari posse con-  
sultendo, qui quotidiano ejus usu callebant. Sapientissimi  
igitur artis suæ professores sunt, à quibus & propria stu-  
dia verecunde, & aliena callide æstimantur.

EXTERNA.

1. PLATONIS quoque eruditissimum pectus  
hæc cogitatio attingit: qui conductores sacrae artis de  
modo & forma ejus secum sermonem conferre conatos,  
ad Euclidem Geometram ire jussit, scientiæ ejus cedens,  
imo professioni.

2. GLORIANTVR Athenæ armamentario  
suo, nec sine causa: est enim illud opus & impensa &  
elegantia visendum: Cujus architectum Philonem ita  
facunde rationem institutionis suæ in theatro reddidisse  
constat, ut disertissimus populus non minorem laudem  
eloquentiæ ejus, quam arti tribuerit.

3. MIRIFICE & ille artifex, qui in opere suo  
moneri se à sutore de crepida, & ansulis passus: de cruce  
etiã disputare incipientem, supra plantã ascendere vetuit.

CAPVT XIII.

DE SENECTVTE MEMORABILI.

In Romanis.

Massanisa Numidie  
regibus.

- 1 M. Valerio Carvo sex-  
ties Cos.
- 2 L. Metello pent. max.
- 3 Q. Fabio Max. Verru-  
casso.
- 4 M. Perpenna censorio.
- 5 App. Claudio Caco.
- 6 Mulieribus, Livia, Te-  
rentia, & Clodia.

- 2 Georgia Leontino.
- 3 Xenophilo Chalcidens.
- 4 Argantonio Gadita-  
norum rege.
- 5 Æthiopibus, Indis &  
Epimenide Cnosio.
- 6 Gente Epiorum Æto-  
la.
- 7 Danthone quodam, &  
Lachmiorum regibus  
duobus.

In externis.

- 1 Hierone Sicilia, &

SENECTVS quoque ad ultimum sui finem pro-  
vecta, in hoc eodem opere, inter exempla industriæ, in  
aliquot

aliquot claris viris conspecta est, separatum tamen & proprium titulum habeat: ne, cui deorum immortalium præcipua indulgentia adfuit, ei nostra ornata mentio defuisse existimetur. Et simul spe diuturnioris vitæ, quasi adminicula quædam deuntur: quibus insitens, alacritatem se respectu vetustæ felicitatis facere quis possit: tranquillitatemque seculi nostri, qua nulla unquam beatior fuit, subiunde fiducia confirmet, salutaris principis incolumitatem, ad longissimos humanæ conditionis terminos prorogando.

1. **M. Valerius Corvus** centesimum annum complevit: cuius inter primum & sextum consulatum quadraginta septem anni intercesserunt: suscepitque integris viribus corporis non solum speciosissimis reipublicæ ministeriis, sed etiam exactissimæ agrorum suorum culturæ, & civis & patrisfamilias optabile exemplum.

2. **CVIVS** vitæ spatium æquavit Metellus, quoque anno post consularia imperia, seu ex admodum pont. max. creatus, tutelam cæremoniarum per duos & viginti annos, neque ore in votis nuncupandis hæsitante, neque in sacrificiis faciendis tremula manu gessit.

3. **Q.** autem Fabius Max. duobus & sexaginta annis auguratus sacerdotium sustinuit, robusta jam ætate id adeptus: quæ utraque tempora si in unum conferantur, facile seculi modum expleverint.

4. **IAM** de M. Perperna quid loquar? qui omnibus, quos in senatu consul rogaverat superstes fuit: septem quoque tantummodo, quos censor collega L. Philippi legerat, è patribus conscriptis reliquos vidit; toto ordine amplissimo diuturnior.

5. **APPII** vero ævum clade metirer, quia insuitum numerum annorum orbatus luminibus exegit, nisi quatuor filios, & quinque filias, plurimas clientelas, rem denique publicam hoc casu gravatus fortissime rexisset. Quinetiam fessus jam vivendo, lectica se in Curiam deferri iussit, ut cum Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet. Hunc cæcum aliquis nominet, à quo patria quod honestum erat, per se parum cernens, coacta est pervidere?

6. **MVLIEBRIS** etiam vitæ spatium non minus longum in compluribus apparuit; quarum aliquas strictim rerulisse me satis erit. Nam & Livia Rutili septimum & nonagesimum, & Terentia Ciceronis, tertium & centesimum, & Clodia Aufili quindecim filiis ante amissis, quintundecimum & centesimum explevit annum.

EXTER.



## E X T E R N A.

1. **I V N G A M** his duos reges, quorum diqur-  
nitas populo Romano fuit utilissima. Siciliae rector  
Hiero ad nonagesimum annum pervenit. Mallanisa Nu-  
midiae rex hunc modum excessit, regni spacium sexa-  
ginta annis emensus, vel ante omnes homines robore se-  
nectae admirabilis. Constat eum, quemadmodum Ci-  
cero refert libro quem De senectute scripsit, nullo un-  
quam imbre, nullo frigore, ut caput suum veste tegeter  
adduci potuisse. Eundem ferunt aliquot horis in eodem  
vestigio perstare solitum, non ante moto pede, quam  
consimili labore juvenes fatigasset: Ac si quid agere as-  
sidentem oporteret, toto die saepenumero nullam in par-  
tem converso corpore in solio durasse. Ille vero etiam  
exercitus equo insidens, noctem diei plerunque jungen-  
do duxit: nihilque omnino ex iis operibus, quae ado-  
lescens sustinere assueverat, quum illam senectutem age-  
ret, omisit. Veneris etiam usu ita semper viguit, ut post  
sexum & octogesimum annum filium generarit, cui  
Methymnato nomen fuit. Terram quoque, quam vastam  
& desertam acceperat, perpetuo culturae studio frugife-  
ram reliquit.

2. **G O R G I A S** etiam Leontius Isocratis, &  
complurium magni ingenii virorum praeceptor, sua sen-  
tentia felicissimus. Nam cum centesimum & septimum  
ageret annum, interrogatus quapropter tamdiu vellet in  
vita remanere: Quia nihil, inquit, habeo, quod Senectu-  
tem meam accusem. Quid isto tractu aetatis aut lon-  
gus, aut beatus? Iam alterum seculum ingressus,  
neque in hoc queresam ullam invenit, neque in illo re-  
liquit.

3. **B I E N N I O** minor Xenophilus Chalcidensis  
Pythagoricus, sed felicitate non inferior. Siquidem (ut  
ait Aristoxenus musicus) omnis humani incommodi ex-  
pers, in summo perfectissimae splendore doctrinae ex-  
tinctus est.

4. **A R G A N T H O N I V S** autem Gaditanus  
tamdiu regnavit, quamdiu etiam ad sarietatem vixisse  
abunde foret. Octoginta enim annis patriam suam re-  
xit, cum ad imperium quadraginta annos natus acces-  
sisset: cuius rei certi sunt auctores. Afinius etiam Pollio  
non minima pars Rom. styli, in tertio historiarum suarum  
libro centum illum & triginta annos explese commemo-  
rat: & ipse nervosae vivacitatis haud parvum exemplum.

5. **H V I V S** Regis consummationem annorum mi-  
nus admirabilem faciunt Aethiopes; quos Herodorus  
scribit

scribit centesimum & vigesimum annum transgredi. Et Indi, de quibus Cretias idem tradit. Et Epimenides Cno-  
sius; quem Theopompus dicit septem & quinquaginta  
& centum annos vixisse.

6. HEL LANGHVS vero ait, quosdam ex  
gente Epiorum, quæ pars est Ætoliæ, ducenos explere  
annos, eiqne subscribit Damasthes hoc amplius adfir-  
mans, Litorium quendam ex his maximarum virum,  
staturæque præcipuæ, trecentesimum annum cumu-  
lasse.

7. ALEXANDER vero in eo volumine, quod  
de Illyrico tractu composuit, affirmat Danthona que-  
dam ad quingentesimum usque annum nulla ex parte  
senescentem processisse. Sed multo liberalius Xenophon  
eius περι πλῆς legitur; Insulæ enim Lachmiorum re-  
gem octingentis vitæ annis donavit. Ac ne pater ejus  
parum benigne acceptus videretur, ei quoque sexcentos  
assignavit annos.

## CAPVT XIV.

### DE CVPIDITATE GLORIÆ.

In Romanis.

In externis.

- 1 *P. Africano majore.*
- 2 *D. Bruto Gallico.*
- 3 *Cn. Pompejo Magno.*
- 4 *Sulla Felice.*
- 5 *Equite quodam.*
- 6 *C. Fabio Pictore.*

- 1 *Themistocle Atheni-  
ensi.*
- 2 *Alexandro Magno.*
- 3 *Aristotele Stagirite.*
- 4 *Panſania Macedone.*
- 5 *Heroftrato.*

**G**LORIA autem unde oriatur, aut cujus sit habi-  
tus, aut qua ratione debeat comparari, & an me-  
lius à virtute ac veluti non necessaria, negligatur;  
viderint ii, quorum in contemplandis hujusmodi rebus  
cura teritur; quibusque illa quæ prudenter animadver-  
terunt, facunde conigit eloqui. Ego in hoc opere factus  
auctores, & auctoribus facta sua reddere contentus,  
quanta cupiditas ejus esse soleat, propriis exemplis de-  
monstrare conabor.

1. SUPERIOR Africanus Ennii poëtæ effigiem  
in monumentis Cornelie gentis collocari voluit, quod  
ingenio ejus opera sua illustrata judicaret. Non quidem  
ignarus quandiu Romanum imperium floreret, & Africa  
Italie pedibus esset subjecta, totiusque terrarum orbis  
summuſ columnæ arx Capitolina possideret; eorum ex-  
tingui

tingui memoriam non posse: Si tamen literarum quoque lumen illis accessisset, magni æstimans. Vir Homericò, quàm rudi atque impolito præconio dignior.

2. SIMILITER honoratus animus erga poëtam Accium D. Bruti suis temporibus clari ducis exitit: cuius familiari cultu, & prompta laudatione delectatus ejus versibus templorum aditus, quæ ex manubiis consecraverat, adornavit.

3. NE Pompejus quidem Magnus ab hoc affectu gloriæ aversus: qui Theophanem Mitylenæum scriptorem rerum suarum in concione militum civitate donavit. beneficium per se amplum, accurata etiam & testata oratione profecutus: Quo effectum est, ut ne quis dubitaret quin referret potius gratiam, quam inchoaret.

4. L. autem Sulla, etiã ad neminem scriptorem animam direxit; tamen Ingurthæ à Boccho rege ad Marium perducti totam sibi laudem tam cupide asseruit: ut annulo, quo signatorio utebatur, iusculptam illam traditionem haberet: Et quauis postea! ne minimum quidem gloriæ vestigium contempserit.

5. ATQVE ut imperatoribus gloriosum militis spiritum subnectam; Scipionem dona militaria iis qui strenuam operam ediderant, dividendam, T. Labienus, ut forti equiti aureas armillas tribueret, admonuit: Eoque negante se id facturum, ne castrensium honos in eo, qui paullo ante servisset, violaretur, ipse ex præda Gallica aurum equiti largitus est. Nec tacite id Scipio tulit: nam equiti, Habebis, inquit, donum viri divitis. Quod ubi ille accepit, projecto ante pedes Labieni auro, vultum demisit. Idem ut audiit Scipionem dicentem, Imperator te argenteis armillis donat: alacer gaudio abiit. Nulla est ergo tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.

6. ILLA verò & jam à claris viris interdum ex humillimis rebus petita est. Nam quid sibi voluit C. Fabius nobilissimus civis? qui cum in æde Salutis, quam C. Iunius Bubulcus dedicaverat, parietes pinxisset, nomen his suum inscripsit. Id enim demum ornamenti familiarum consulatibus, & sacerdotiis, & triumphis celeberrimæ deerat. Cæterum sordido studio deditum ingenium, qualemcumque illum laborem suum silentio obliterari voluit; Videlicet Phidiæ secutus exemplum, qui clypeo Minervæ effigiem suam inclusit: qua convulsa, tota operis colligatio solveretur.

#### EXTERNÆ,

1. SED melius aliquanto, si imitatione aliena capiebatur.

R

pieba-

piebatur, Themistoclis ardorem esset æmulatus: quem ferunt stimulis virtutum agitarum, & ob id noctes inquietas exigentem, quærentibus, quid ita eo tempore in publico versaretur respondisse: Quia me trophæa Militiadis de somno excitant. Marathon nimirum animum ejus, & Artemisium, & Salamis navalis gloriæ fertilia nomina illustranda tacitis facibus incitabant. Idem theatrum petens, cum interrogaretur, cuius vox auditu illi futura esset gratissima, dixit: Ejus à quo artes meæ canentur optime. Dulcedinem gloriæ, pene adjeci, gloriosam!

2. I A M Alexandri pectus insatiabile laudis, qui Anaxarcho comiti suo ex auctoritate Democriti præceptoris innumerabiles mundos esse referenti, Heu me, inquit, miserum; quod ne uno quidem adhuc potitus sum! Angusta homini possessio gloriæ fuit, quæ deorum omnium donicilio sufficit.

3. R E G I S & juvenis flagrantissimæ cupiditatis similem Aristotelis in capessenda laude sitim subiectam. Is namque Theodecti discipulo oratoriæ artis libros, quos ederet, donaverat: molestæque postea ferens titulum eorum sic alii cessisse; proprio volumine quibusdam rebus insistens, planius sibi de his in Theodectis libris dictum esse adjecit. Nisi me tantæ & tam late patenti scientiæ verecundia teneret, dicerem dignum philosophum, cujus stabiliendi inopes, altioris animi philosopho traderentur. Cæterum gloria ne ab his quidem qui contemptum ejus introducere conantur, negligitur: quoniam quidem ipsis voluminibus nomina sua diligenter adjiciunt; ut quod professione elevant, usurpatione memoriæ consequantur. Sed qualiscunque horum dissimulatio proposito illorum longe tolerabilior est, qui dummodo æternam memoriam assequantur, etiam sceleribus innotescere non dubitarunt.

4. Q V O R V M è numero nescio an in primis Pausanias debeat referri: Nam dum Hermocratem percontatus esset, quoniam modo subito clarus posset evadere: atque is respondisset, si illustrem virum aliquem occidisset futurum ut gloriæ ejus ad ipsum rediret: continuo Philippum interemit. Et quidem quod petierat, affectus est: tam enim se parricidio, quam Philippus virtute notum posteris reddidit.

5. I L L A vero gloriæ cupiditas sacrilega: inventus est enim qui Dianæ Ephesiæ templum incendere vellet, ut opere pulcherrimo consumpto, nomen ejus per totum terrarum orbem dissemeretur. Quem quidem mentis furorem eculeo impositus detexit.

At

At bene consuluerant Ephesii, decreto memoriam terribi hominis abolendo: nisi Theopompi magnæ facundia ingenuum in historiis eum suis comprehenderit.

CAPVT XV.

QUÆ CUIQUE MAGNIFICA  
CONTIGERUNT.

Romanis.

10 *M. Catoni Vticensi.*

11 *L. Marcio eq. Rom.*

12 *Sulpicia Ser. F. Q.  
Flacci.*

1 *P. Africano majori.*

2 *M. Catoni censorio.*

3 *P. Scipioni Nasica.*

4 *P. Scipioni Emiliano.*

5 *M. Valerio Corvo.*

6 *Q. Mucio Scaevola.*

7 *C. Mario.*

8 *Cn. Pompeio Magno.*

9 *Q. Lutatius Catulo.*

Exteris.

1 *Pythagora Samio.*

2 *Gorgia Leontino.*

3 *Amphiaras vari.*

4 *Pherenica mulieri Gra-  
ca.*

CANDIDIS autem animis voluptatem præbuerint in conspicuo posita, quæ cuique magnifica merito contigerunt: Quia æque præmium virtus, atque honorum contemplatio iudicanda est; ipsa natura nobis alacritatem subministrante, cum honorem industrie appeti, & exolvi grate videmus. Verum etsi mens hoc loco protinus ad Augustam domum beneficentissimum & honoratissimum templum omni impetu fertur, melius cohibebitur: quoniam cui ascensus in cœlum patet, quamvis maxima, debito tamen minora sunt, quæ in terris tribuuntur.

1. SUPERIORI Africano consulatus ceterior legitimo tempore datus est. Cui quæ in vita præcipua assignata sunt, & longum est referre, quia multa & non necessarium, quia maiore ex parte iam relata sunt. Itaque quod hodieque eximium, capiti adjiciam. Imaginem in cella Iovis opt. max. positam habet; quæ quotiescunque, funus aliquod Cornelie genti celebrandum est, inde petitur, unice illi iustar atrii Capitoliū est.

3. TAM hercle, quam Curia superiori Catoni. Unde effigies illius ad ejusdem generis officia expromitur. Gratum ordinem, qui utilissimum reipublicæ senator-

rem tantum non semper secum habitare voluit, omnibus numeris virtutum divitem, magisque suo merito, quam fortunæ beneficio magnum; cuius prius consilio, quam minoris Scipionis imperio est deleta Carthago.

3. **R. A. R. V. M.** Specimen honoris à Scipione quoque Nalica oboritur: Ejus namque manibus, & penatibus nondum quæstorii, senatus Pythii Apollinis monitu, Pessinunte accersitam deam excipi voluit: quia eodem oraculo præceptum erat, ut hæc minima Matri Deum à sanctissimo viro præstarentur. Explicata totos fastos, constitue omnes currus triumphales, nihil tamen morum principatu speciosius reperies.

4. **T. R. A. D. V. N. T.** subinde nobis ornamenta sua Scipiones commemoranda. Æmilianum enim populus ex candidato ædilitatis, consulem fecit. Quod fieri oportere exercitus senatum literis admonuit. Ita nescias utrum illi plus decoris patrum conscriptorum auctoritas, an militum consilium adjecerit: toga enim Scipionem ducem adversus Pœnos creavit, arma poposcerunt. Eundemque, cum quæstorii comitiis suffragator Q. Fabii, Maximi fratris filii, in campum descendisset, consulem iterum reduxit. Eidem senatus bis sine sorte provinciam; prius Africam, deinde Hispaniam dedit. Atque hæc neque civi, neque senatori ambitioso: quemadmodum non solum vitæ ejus severissimus cursus, sed etiam mors claudetinis illata insidiis declaravit.

5. **M.** quoque Valerium duabus rebus insignibus dii pariter atque cives speciosum reddiderunt. Illi cum quodam Gallo cominus pugnantem corvum propugnatores subjicientes: hi tertium & vigesimum annum ingresso, consulatum largiti: quorum alterum decus vetustæ originis ac optimi ominis: gens Corvini amplexa cognomen usurpat: alterum summo subjungitur ornamento, tam celeritate, quam principio consulatus gloriando.

6. **A. T. N. E. Q.** quidem Scævola, quem L. Crassus in consulatu collegam habuit, gloria parum illustris: Qui Asiam tam sancte, & tam fortiter obtinuit; ut senatus deinceps in eam provinciam ituris magistratibus, exemplum atque formam officii Scævola decreto suo proponeret.

7. **I. N. H. A. E. R. E. N. T.** illi voci posterioris Africani septem C. Marii consulatus, ac duo amplissimi triumphum. Ad rogam enim usque gaudio exultavit. Qui eum apud Numantiam sub eo duce stipendia equestria mereret, & forte inter cenam quidam Scipionem interrogasset, si illi accidisset, quemnam resp. æque magnum habi-

tura esset. Imperator ipsum respiciens infra se cubantem, vel hunc, dixit: Quo augurio perfectissima virtus, maximam orientem virtutem, videritne certius, an efficacius accenderit, perpendi vix potest. Illa nimirum cena militaris, speciosissimas tota in urbe Mario futuras cenas ominata est. Postquam enim Cimbro ab eo delictos initio noctis nuntius per venit, nemo fuit, qui non illi tanquam diis immortalibus, apud sacra mensæ suæ libaverit.

8. I A M quæ in Cn. Pompejum & ampla & nova congesta sunt, hinc assensioe favoris, illinc fremitu invidiæ literarum monumentis obstrepuntur. Eques Romanus; Proconsule in Hispaniam adversus Sertorium, pari imperio cum Pio Metello principe civitatis missus est. nondum ullum honorem auspicatus bis triumphavit: initia magistratum à summo imperio cepit: tertium consulatum decreto senatus solus gessit: de Mithridate, & Tigraue, de multis præterea regibus, gentibus, plurimisque civitatibus, & prædonibus unum duxit triumphum.

9. Q. etiam Catulum pop. Rom. voce sua tantum non ad sidera usque exivit. Nam cum ab eo pro Rostris interrogaretur, si in uno Pompejo magno omnia reponere perseverasset, absumpto illo subiti casus incursum, in quo spem esset habiturus; summo consensu acclamavit, In te. Vix honorati iudicii admirabilem. Siquidem Magnum Pompejum cum omnibus ornamentis, quæ retuli, duarum syllabarum spatio inclusum Catulo æquavit.

10. P O T E S T & M. Catonis ex Cypro cum regia pecunia revertentis appulsus ad urbem videri memorabilis: cui navi egredienti consules, & ceteri magistratus, & universus S. P. Q. R. officii gratia prælo fuit. Non quod magnū pondus auri & argenti, sed quod M. Catonem classis illa incolumem advexerat, lætatis.

11. S E D nescio an præcipuum sit L. Marcii iustitiam decoris exemplum, quem equitem Romanum duo exercitus P. & Cn. Scipionum interitu, victoriæque Asdrubalis lacerati, ducem legerunt: quo tempore salus eorum in ultimas angustias deducta, nullum ambitioni locum relinquebat.

12. M E R I T O virorum commemorationi Sulpitia, Ser. Paterculi filia, Q. Fulvii Flacci uxor, adjicitur. Quæ cum senatus libris Sibullinis per decemviros inspectis censuisset, ut Veneris Verticordiæ simulachrum consecraretur, quo facilius virginum mulierumque mentes à libidine ad pudicitiam converterentur; & ex

omnibus matronis centum, ex centum autem decem forte ductæ; de sanctissima femina iudicium facerent, cunctis castitate prælata est.

### EXTERNÆ.

1. **CÆTERVM** quia sine ulla diminutione Romanæ majestatis extra quoque insignia respici possunt, ad ea transgrediamur. Pythagoræ tauta veneratio ab auditoribus tributa est; ut quæ ab eo acceperant, in disputationem deducere nefas existimarent: Quinetiam interpellati ad reddendam causam; hoc solum respondebatur, Ipsum dixisse. Magnus honos, sed schola tenuis. Illa urbium suffragiis tributa est. Enixo Crótoniatæ studio ab eo petierunt ut senatum ipsorum, qui mille hominum numero constabat, consiliis suis uti pateretur. Opu- lentissimæque civitas tam frequenter venerati post mortem domum, Cereris sacrarium fecit; quantumque illa urbs viguit, & dea in hominis memoria, & homo in deæ religione cultus est.

2. **GORGIA** vero Leontini studiis literarum ætatis suæ cunctos præstantis, adeo ut primus in conventu poscere, qua de re quisque audire vellet, ausus sit, universa Græcia in templo Delphici Apollinis statum solido ex auro posuit; cum ceterorum ad id tempus auratas collocasset.

3. **BADEM** gens summo consensu ad Amphiarum decorandum incubuit; locum in quo humatus est, in formam conditionemque templi redigendo, atque inde oracula capi instituendo. Cujus cineres idem honoris possident, quod Pythicæ Cortinæ, quod atheno Dodonæ, quod Hammonis fonti datur.

4. **PERENICES** quoque non vulgaris honos, cui soli omnium feminarum gymnico spectaculo interesse permissum est; cum ad Olympia filium Euclea certamen ingressurum adduxisset, Olympionice patre genita, fratribus eandem palmam assecutis latera ejus cingentibus.

VALE.



# VALERII MAXIMI

## LIBER NONVS.

### CAPVT I.

#### DE LVXVRIA ET LIBIDINE.

Exempla Romana  
sunt

- 1 C. Sergius Orata.
- 2 Clodius Æsopi Tragædi F.
- 3 Mulieres legis Oppia oppugnatrices.
- 4 Cn. Domitius & L. Crassus cens.
- 5 Q. Metellus Pius.
- 6 C. Scribonius Curio filius.
- 7 P. Clodii iudicium.

- 8 Gemellus viator tribunicius.
- 9 L. Catilina.

Externa.

- 1 Annibal Pænus Amilcaris F.
- 2 Vulfiniensis.
- 3 Xerxes Persarum rex.
- 4 Antiochus Syria rex.
- 5 Ptolomæus Ægypti rex.
- 6 Ægyptii.
- 7 Cyprii.

**B**LANDVM etiam malum luxuria, quam accusare aliquanto facilius est, quam vitare, operi nostro inferatur: Non quidem ut ullum honorem recipiat; sed ut seipsam recognoscens ad poenitentiam impelli possit. Iungatur illi libido: quoniam ex iisdem vitiorum principijs oritur: neque aut à reprehensione, aut ab emendatione separentur gemino mentis errore connexæ.

1. C. Sergius Orata pensilia balnea primus, facere instituit: quæ impensa levibus initiis cœpta, ad suspensa calidæ aquæ tantum non æquora penetravit.

Idem videlicet, ut gulam Nepruni arbitrio subjectam haberet, peculiaria sibi maria excogitavit, æstuariis intercipiendo fluctus, pisciumque diversos greges separatos molibus includendo, ut nulla tam sæva tempestas incidere, qua non Oratæ mensæ varietate ferculorum abundarent. Ædificiis etiam spatiosis, & excelsis deserta ad id tempus ora Lucrini lacus pressit, quo recentiore usu conchyliorum fruere: ubi dum se publicæ aquæ cupidius immergit, cum Considio publicano iudicium nactus est: in quo L. Crassus adversus illum causam agens, errare amicum suum Considium dixit,

quod putaret Oratani remotum à lacu, cariturum ostreis: nanque ea, si inde petere non licuisset, in tegulis reperiturum.

2. **HVIC** nimirum magis Æsopus tragicus in adoptionem dare filium suum, quam bonorum stirpem hæredem relinquere debuit: non solum perditæ, sed etiam furiosæ luxuriæ juvenem. Quem constat cautu commendabiles aviculas immanibus emptas preciiis, in cena proficulis ponere, acetoque liquatos magnæ summæ uniones potionibus aspergere solitum; amplissimum patrimonium, tanquam amaram aliquam sarcinam, quam celerrime abjicere cupientem: Quorum alterius senis, alterius adolescentis sectam secuti plurimi, longius manus porrexerunt. Neque enim ullum finitur vitium ibi, ubi oritur. Inde ab Oceani littoribus attracti pisces, inde infusæ culinis ostreæ. Arte censibusque edendi atque bibendi voluptas reperta est.

3. **VRBI** autem nostræ secundi belli Punici finis, & Philippus rex Macedoniæ devictus, licentioris vitæ fiduciam dedit. Quo tempore matronæ Brutorum domum ausæ sunt obsidere, qui abrogationi legis Oppiæ intercedere parati erant, quam feminæ tolli cupiebant: quia his nec veste varii coloris uti, nec auri plus semuncia habere, nec juncto vehiculo propius Urbem mille passus, nisi sacrificii gratia vehi permittebat. Et quidem obtinuerunt ut jus per continuos viginti annos servatum aboleretur. Non enim providerunt seculi illius viri, ad quem cultum tenderet insoliti coetus pertinax studium, aut quo se usque effusura esset legum victrix audacia. Quod si animi muliebris apparatus intueri potuissent, quibus quotidie aliquid novitatis sumptuosius adjectum est; in ipso introitu ruenti luxuriæ obstinissent.

4. **SED** quid ego de feminis ulterius loquor? quas & imbecillitas mentis, & graviorum operum negata affectatio omne studium ad curiosorem sui cultum hortatur conferre; cum temporum superiorum & nominis & animi excellentes viros, in hoc priscae continentiæ ignotum diverticulum prolapsos videam. Idque jurgio ipsorum pateat.

**Cn. Domitius L. Crasso** collegæ suo altercatione orra objecit quod columnas Hymettias in porticu domus haberet. Quem continuo Crassus, quanti ipse domû suam æstimaret, interrogavit. Atque ut respondit sexagies sestertio: Quanto ergo eam, inquit, minoris fore existinas, si decem arbusculas inde succidero? Ipse tricies sestertio, ait Domitius. Tunc Crassus: Vter igitur luxuriosior est?

est? Egone, qui decem columnas centum millibus nummum emi; an in qui decem arbutularum umbram tricies tertium summa compeusas? Sermonein oblitum Pyrrhi, innumorem Annibalis, jamque transmarinorum stipendiorum abundantia oscitantem; aliquanto tamen insequentium seculorum ædificiis & nemoribus angustibrem. Quoniam inchoatam à se lautitiam posteris relinquege, quam à majoribus acceptam contentiam retinere maluerunt.

5. QUID enim sibi voluit princeps suorum temporum Metellus Pius, tunc cum in Hispania adventus fitos ab hospiribus aris & thure excipi pariebatur? cum Attalicis aulæis contactos parietes læto animo intuebatur? cum immanibus epulis apparatusissimos interponi ludos sinebat? cum palmata veste convivium celebrabat, demissasque lacunaribus aureas coronas velut cælesti capiti recipiebat? Et ubi ista? non in Græcia, neque in Asia; quarum luxuria severitas ipsa corrumpi poterat: sed in horrida & bellicosa provincia, cum præsertim acerrimus hostis Sertorius, Romanorū exercituum oculos Lusitanis telis perstringeret: Adeo illi patris sui Numidica castra exciderant. Patet igitur, quam celeri transiit luxuria affluerit. Nam cujus adolescentia priscos mores vidit, senectus novos orsa est.

6. CONSIMILIS mutatio in domo Curionum extitit: Siquidem forum nostrum & patris gravissimum supercilium, & filii sexcenties tertium æris alieni aspexit, contractum famosa injuria nobilium juvenum. Itaque eodem tempore, & in iisdem penetibus diversa secula habitant, frugalissimum alterum, alterum nequissimum.

7. P. autem Clodii judicium quanta luxuria & libidine abundavit? in quo ut evidenter incesti crimine nocens reus absolveretur, noctes matronarum, & adolescentium nobilium magna summa emptæ mercedis loco iudicibus erogatæ sunt. Quo in flagitio tam tetro, tamque multiplici, nescias primum quem detestere, an qui illud corruptelæ genus excogitavit, an qui suam pudicitiam sequestrem perjurii fieri passi sunt, an qui religionem stupro permutarunt.

8. ÆQVÆ flagitiosum illud convivium, quod Gemellus Tribunicus viator ingenui sanguinis, sed odicii intra servilem habitum deformis, Metello Scipioni consuli, ac tribunis plebis magno cum rubore civitatis comparavit. Lupanari enim domi suæ instituto, Muctiana & Fulviam cum à patre, tum à viro utraque abductam, & uobilem puerum Saturnium in eo prosternit. Pro-

profæ patientiæ corpora, ludibrio temulentæ libidinis futura: epulas confulibus & tribunis non celebrandas, sed vindicandas.

9. **P R Æ C I P V E** vero Catilinæ libido scelerata: Nam vesano amore Aureliæ Orestillæ correptus, cum unum impedimentum videret, quo minus nuptiis inter se jungerentur, filium suum, quem & solum, & ætate jam puberem habebat, veneno sustulit: protinusque ex rogo ejus maritalem facem accendit, ac novæ maritæ orbitatem suam loco muneris erogavit. Eodem deinde animo civem se gerens, quo patrem egerat: filii pariter manibus, & nefarie attentatæ patriæ poenas dedit.

### E X T E R N A.

1. **A T** Campana luxuria perquam utilis civitati nostræ fuit. Inviçtum enim armis Annibalem illecebris suis complexa, vincendum Romano militi tribuit. Illa vigilantissimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, unguentorum fragrantia, Veneris usu lasciviore, ad somnum & delicias evocavit. Ac tum detrum fracta & confusa Punica feritas est, cum Sephasia ei & Albana, castra esse cœperunt. Quid ergo his vitiis foedius, quid etiam damnosius, quibus virtus atteritur, victoriæ languescunt, sopita gloria in infamiam convertitur, animique pariter & corporis vires expugnantur? Adeo ut nescias ab hostibusne, an ab illis capi perniciosius habendum sit.

2. **Q V Æ** etiam Volturnensium urbem gravibus & erubescendis cladibus implicarunt. Erat opulenta, erat moribus & legibus ornata. Etruriæ caput habebatur: sed postquam luxuria prolapsa est, in profundum injuriarum & turpitudinis decidit, ut servorum se insolentissimæ dominationi subjeceret. Qui primum admodum pauci senatorium ordinem intrare ausi, mox universam rempublicam occupaverunt. Testamenta ad arbitrium suum scribi jubebant: convivia, coetusque ingenuorum fieri vetabant: filias dominorum in matrimonium ducebant. Postremo lege sanxerunt, ut stupra sua in viduis pariter ac nuptis impunita essent: ac nequa virgo ingenuo nuberet, cujus castitatem non ante ex numero ipsorum aliquis delibasset.

3. **A G E**, Xerxes opum regiarum ostentatione eximia, eo usque luxuria gaudebat, ut edicto præmium ei proponeret, qui novum voluptatis genus reperisset. Quanta, dum deliciis nunciis carpitur, amplissimi imperii ruina evasit.

4. **ANTIOCHVS** quoque Syriæ rex nihilo continetioris exempli: Cujus cæcã & amentem luxuriam exercitus imitatus, magna ex parte aureos clavos crepidis subjectos habuit: argenteaque vasa ad usum culinæ comparavit: & tabernacula textilibus sigillis adornata statuit. Avaro porius hosti præda optabilis, quam ulla ad vincendum strenuo mora.

5. **IAM** Ptolemæus rex accessione vitiorum suorum vixit: ideoque Physcon appellatus est. Cujus nequitia quid nequius? sororem nam majorem communi fratri nuptam sibi nubere coegit. Postea deinde filia ejus per vim stuprata, ipsam dimisit, ut vacuum locum nuptiis puellæ faceret.

6. **CONSENTANEVS** igitur regibus suis gentis Ægyptiæ populus: qui ductu Archelai adversus A. Gabinium moenibus urbis egressus, cum castra vallo atque fossa cingere juberetur: universus succlamavit, ut id opus publicâ pecunia faciendum locaretur. Quapropter desitiis tam enerves animi, spiritum exercitus nostri sustinere non potuerunt.

7. **SED** tamen effeminatior multitudo Cypriotum, qui reginas suas mulierum corporibus velut gradibus constructis, quo mollius vestigia pedum ponerent, currus conscendere æquo animo sustinebant. Viris enim, si modo viri erant, vita carere, quam tam delicato imperio obtemperare fatius fuit.

## CAPVT II.

## DE CRVDELITATE.

- |                                       |                                     |
|---------------------------------------|-------------------------------------|
| 1 <i>L. Cornelii Sullæ dict.</i>      | 5 <i>Ptolemæi Physconis regis.</i>  |
| 2 <i>C. Marii Cos. 7.</i>             | 6 <i>Darii Ochi Persarum regis.</i> |
| 3 <i>L. Junii Damascippi pr.</i>      | 7 <i>Artaxerxis Ochi regis.</i>     |
| 4 <i>Muræii Flacci.</i>               | 8 <i>Atheniensium.</i>              |
| Externorum.                           | 9 <i>Perilli Sicuti.</i>            |
| 1 <i>Carthaginensium.</i>             | 10 <i>Etruscorum.</i>               |
| 2 <i>Annibalis Pæni.</i>              | 11 <i>Quorundam barbarorum.</i>     |
| 3 <i>Mithridatis regis.</i>           |                                     |
| 4 <i>Numulixinthie Thraciæ regis.</i> |                                     |

**H**ÆC societas vitiorum lascivi vultus, & novæ cupiditati inhærentium oculorum, ac delicato cultu affluente, per varios illecebrarum motus volitantis animi; crudelitatis vero horridus habitus, truculentæ

piebatur, Themistoclis ardorem esset æmulatus; quem ferunt stimulis virtutum agitatam, & ob id noctes inquietas exigentem, quærentibus, quid ita eo tempore in publico versaretur respondisse: Quia me trophæa Miltiadis de somno excitant. Marathon nimirum animum ejus, & Artemisium, & Salamis navalis gloriæ fertilia nomina illustranda tacitis facibus incitabant. Idem theatrum petens, cum interrogaretur, cuius vox auditu illi futura esset gratissima, dixit: Ejus à quo artes meæ canentur optime. Dulcedinem gloriæ, pene adjeci, gloriosam!

2. I A M Alexandri pectus insatiabile laudis, qui Anaxarcho comiti suo ex auctoritate Democriti præceptoris innumerabiles mundos esse referenti, Hæu me, inquit, miserum; quod ne uno quidem adhuc potitus sum! Angusta homini possessio gloriæ fuit, quæ deorum omnium domicilio sufficit.

3. R E G I S & juvenis flagrantissimæ cupiditatis similem Aristotelis in capessenda laude sitim subuectam. Is namque Theodecti discipulo oratoris artis libros, quos ederet, donaverat: molestæque postea ferens ritulum eorum sic alii cessisse; proprio volumine quibusdam rebus insistens, planitus sibi de his in Theodectis libris dictum esse adjecit. Nisi me tantæ & tam late patenti scientiæ verecundia teneret, dicerem dignum philosophum, cujus stabiliendi mores, altioris animi philosopho traderentur. Cæterum gloria ne ab his quidem qui contemptum ejus introducere conantur, negligitur: quoniam quidem ipsis voluminibus nomina sua diligenter adjiciunt; ut quod professione elevant, usurpatione memoriæ consequantur. Sed qualiscunque horum dissimulatio proposito illorum longe tolerabilior est, qui dummodo æternam memoriam assequantur, etiam sceleribus innotescere non dubitarunt.

4. Q V O R V M è numero nescio an in primis Pausanias debeat referri: Nam dum Hermocratem percontatus esset, quonam modo subito clarus posset evadere; arque is respondisset, si illustrem virum aliquem occidisset futurum ut gloria ejus ad ipsam redundaret; continuo Philippum interemit. Et quidem quod peierat, assecutus est: tam enim se parricidio, quam Philippus virtute notum posteris reddidit.

5. I L L A vero gloriæ cupiditas sacrilega: inventus est enim qui Dianæ Ephesiæ templum incendere vellet, ut opere pulcherrimo consumpto, nomen ejus per totum terrarum orbem differeretur. Quem quidem mentis furorem eculeo impositus detexit.

At bene consuluerant Ephesii, decreto memoriam terrissimi hominis abolendo: nisi Theopompi magnæ faciendæ iugenum in historiis eum suis comprehendisset.

CAPVT XV.

QUÆ CUIQUE MAGNIFICA  
CONTIGERUNT.

Romanis.

- 1 P. Africano majori.
- 2 M. Catoni censorio.
- 3 P. Scipioni Nasica.
- 4 P. Scipioni Familiario.
- 5 M. Valerio Corvo.
- 6 Q. Mucio Scaevola.
- 7 C. Mario.
- 8 Cn. Pompejo Magno.
- 9 Q. Lutatio Catulo.

- 10 M. Catoni Vicensi.
- 11 L. Marcio eq. Rom.
- 12 Sulpicia Scr. F. Q. Flacci.

Exteris.

- 1 Pythagora Samio.
- 2 Gorgia Leontino.
- 3 Amphiaras vari.
- 4 Pherenica mulieri Græcæ.

CANDIDIS autem animis voluptatem præbuerint in conspicuo posita, quæ cuique magnifica merito contigerunt: Quia æque præmiorum virtus, atque honorum contemplatio iudicanda est; ipsa natura nobis alacritatem subministrante, cum honorem industrie appeti, & exolvi grate videmus. Verum etsi mens hoc loco protinus ad Augustam domum beneficentissimum & honoratissimum templum omni impetu fertur, melius cohibebitur: quoniam cui ascensus in cælum patet, quamvis maxima, debito tamen minora sunt, quæ in terris tribuuntur.

1. SUPERIORI Africano consulatus ceterior legitimo tempore datus est. Cui quæ in vita præcipua assignata sunt, & longum est referre, quia multas & non necessarium, quia maiore ex parte iam relata sunt. Itaque quod hodieque eximium, capiti adjiciam. Imaginem in cella Iovis opt. max. positam habet; quæ quotiescunque, funus aliquod Cornelie genti celebrandum est; inde petitur, unique illi instar atrii Capitolium est.

3. TAM hercle, quam Curia superiori Catoni. Unde effigies illius ad ejusdem generis officia expromitur. Gratum ordinem, qui utilissimum reipublicæ senato-

rem tantum non semper secum habitare voluit, omnibus numeris virtutum divitem, magisque suo merito, quam fortunæ beneficio magnum; cuius prius consilio, quam minoris Scipionis imperio est deleta Carthago.

3. **R A R V M** specimen honoris à Scipione quoque Nalica oboritur: Ejus namque manibus, & penatibus nondum quæstorii, senatus Pythii Apollinis monitu, Pessinunte accersitam deam excipi voluit: quia eodem oraculo præceptum erat, ut hæc ministeria Matri Deum à sanctissimo viro præstarentur. Explicata toros fastos, constitue omnes currus triumphales, nihil tamen morum principatum speciosius reperies.

4. **T R A D V N T** subinde nobis ornamenta sua Scipiones commemoranda. Æmilianum enim populus ex candidato ædilitatis, consulem fecit. Quod fieri oportere exercitus seuatum literis admonuit. Ita nescias utrum illi plus decoris patrum conscriptorum auctoritas, an militum consilium adjecerit: toga enim Scipionem ducem adversus Pœnos creavit, arma poposcerunt. Eundemque, cum quæstoriiis cœnitiis suffragator Q. Fabii, Maximi fratris filii, in campum descendisset, consulem iterum reduxit. Eidem senatus bis siue sorte provinciam; prius Africam, deinde Hispaniam dedit. Atque hæc neque civi, neque senatori ambitioso: quemadmodum non solum vitæ ejus severissimus cursus, sed etiam mors clandestinis illata insidiis declaravit.

5. **M.** quoque Valerium duabus rebus insignibus dii pariter atque cives speciosum reddiderunt. Illi cum quodam Gallo cominus pugnantem corvum propugnatorem subjicientes: hi tertium & vigesimum annum ingresse, consulatum largiti: quorum alterum decus vetustæ originis ac optimi ominis: gens Corvini amplexa cognomen usurpat: alterum summo subjungitur ornamento, tam celeritate, quam principio consulatus gloriando.

6. **A T** ne Q. quidem Scævolæ, quem L. Crassus in consulatum collegam habuit, gloria parum illustris: Qui Asiam tam sancte, & tam fortiter obtinuit; ut seuatus deinceps in eam provinciam ituris magistratibus, exemplum atque formam officii Scævolam decreto suo proponeret.

7. **I N H Æ R E N T** illi voci postærioris Africani septem C. Marii consulatus, ac duo amplissimi triumphi. Ad rogam enim usque gaudio exultavit. Qui cum apud Numantiam sub eo duce stipendia equestria mereret, & forte inter cenam quidam Scipionem interrogasset, si quid illi accidisset, quemnam resp. æque magnum habitura



tura esset. Imperator ipsum respiciens infra se cubantem, vel hunc, dixit: Quo augurio perfectissima virtus, maximam orientem virtutem, videritne certius, an efficacius accenderit, perpendi vix potest. Illa nimirum cena militaris, speciosissimas tota in urbe Mario futuras cenas omnata est. Postquam enim Cimbro ab eo delectos initio noctis nuntius pervenit, nemo fuit, qui non illi tanquam diis immortalibus, apud sacra mensæ suæ libaverit.

8. I A M quæ in Cn. Pompejum & ampla & nova congesta sunt, hinc assensione favoris, illinc fremitu invidiæ literarum monumentis obitrepuntur. Eques Romanus; Proconsule in Hispaniam adversus Sertorium, pari imperio cum Pio Metello principe civitatis missus est. pondum ullum honorem auspicatus bis triumphavit: initia magistratum à summo imperio cepit: tertium consulatum decreto senatus solus gessit: de Mithridate, & Tigraue, de multis præterea regibus, gentibus, plurimisque civitatibus, & prædonibus unum duxit triumphum.

9. Q. etiam Catulum pop. Rom. voce sua tantum non ad sidera usque evexit. Nam cum ab eo pro Rostris interrogaretur, si in uno Pompejo magno omnia reponere perseverasset, absumpto illo subiti casus incurso, in quo spem esset habiturus; summo consensu acclamavit, In re. Vim honorati iudicii admirabilem. Siquidem Magnum Pompejum cum omnibus ornamentis, quæ retuli, duarum syllabarum spatio inclusum Catulo æquavit.

10. P O T E S T & M. Catonis ex Cypro cum regia pecunia revertentis appulsus ad urbem videri memorabilis: cui navi egredienti consules, & ceteri magistratus, & universus S. P. Q. R. officii gratia præstodit. Non quod magnū pondus auri & argenti, sed quod M. Catonem classis illa iucolumem advexerat, lætauis.

11. S E D nescio an præcipuum sit L. Marcii iustitiam decoris exemplum, quem equitem Romanum duo exercitus P. & Cn. Scipionum interitu, victoriæque Asdrubalis lacerari, ducens legerunt: quo tempore salus eorum in ultimas angustias deducta, nullum ambitioni locum relinquebat.

12. M E R I T O virorum commemorationi. Sulpitia, Ser. Paterculi filia, Q. Fulvii Flacci uxor, adjicitur. Quæ cum senatus libris Sibullinis per decemviros inspectis censuisset, ut Veneris Verticordiæ simulachrum consecraretur, quo facilius virginum mulierumque mentes à libidine ad pudicitiam converterentur; & ex

omnibus matronis centum, ex centum autem decem forte ductæ; de sanctissima femina iudicium facerent, cuius castitate prælata est.

### EXTERNÆ.

1. **CÆTERVM** quia sine ulla dimiuntione Romanæ majestatis extra quoque insignia respici possunt, ad ea transgrediamur. Pythagoræ tauta veneratio ab auditoribus tributa est; ut quæ ab eo acceperant, in disputationem deducere nefas existimarent: Quinetiam interpellati ad reddendam causam; hoc solum respondit, Ipsum dixisse. Magnus honos, sed schola tenuis. Illa urbium suffragiis tributa est. Enixo Crôtoniæ studio ab eo petierunt ut senatum ipsorum, qui mille hominum numero constabat, consiliis suis uti pateretur. Opu- lentissimaque civitas tam frequenter venerati post mortem domum, Cereris sacrarium fecit: quantumque illa urbs vixit, & dea in hominis memoria, & homo in deæ religione cultus est.

2. **GORGIA** vero Leontini studiis literarum ætatis suæ cunctos præstantis, adeo ut primus in conventu poscere, qua de re quisque audire vellet, ausus sit, universa Græcia in templo Delphici Apollinis statum solido ex auro posuit; cum ceterorum ad id tempus auratas collocasset.

3. **EADEM** gens summo consensu ad Amphiarum decorandum incubuit; locum in quo humatus est, in formam conditionemque templi redigendo, atque inde oracula capi instituendo. Cujus cineres idem honoris possident, quod Pythicæ Cortinæ, quod atheno Dodonæ, quod Hammonis fonti dantur.

4. **PHERENICES** quoque non vulgaris honos, cui soli omnium feminarum gymnico spectaculo interesse permissum est; cum ad Olympia filium Euclea certamen ingressurum adduxisset, Olympionice patre genita, fratribus eandem palmam assecutis latera ejus cingentibus.

VALE.

# VALERII MAXIMI

## LIBER NONVS.

### CAPVT I.

#### DE LVXVRIA ET LIBIDINE.

Exempla Romana  
sunt

- 1 C. Sergius Orata.
- 2 Clodius Æsopi Tragedi F.
- 3 Mulieres legis Oppia oppugnatrices.
- 4 Cn. Domitius & L. Crassus cens.
- 5 Q. Metellus Pius.
- 6 C. Scribonius Curio filius.
- 7 P. Clodii iudicium.

- 8 Gemellus viator tribunicius.
- 9 L. Catilina.

Externa.

- 1 Annibal Pœnus Amilcaria F.
- 2 Pulsinenses.
- 3 Xerxes Persarum rex.
- 4 Antiochus Syria rex.
- 5 Ptolomæus Ægypti rex.
- 6 Ægyptii.
- 7 Cyprii.

**B**LANDVM etiam malum luxuria, quam accusare aliquanto facilius est, quam vitare, operi nostro inferatur: Non quidem ut nullum honorem recipiat; sed ut seipsam recognoscens ad poenitentiam impelli possit. Inugatur illi libido: quoniam ex iisdem vitiorum principiis oritur: neque aut à reprehensione, aut ab emendatione separentur gemino mentis errore connexæ.

1. C. Sergius Orata pensilia balnea primus facere instituit: quæ impensa levibus initiis cœpta, ad suspensa calidæ aquæ tantum non æquora penetravit.

Idem videlicet, ne gulam Nepruni arbitrio subjectam haberet, peculiaria sibi maria excogitavit, æstuariis interceptiundo fluctus, pisciumque diversos greges separatos molibus includendo, ut nulla tam sæva tempestas incideret, qua non Oratæ mensæ varietate ferculorum abundarent. Ædificiis etiam spatiosis, & excelsis deserta ad id tempus ora Lucrini lacus pressit; quo recentiore usu conchyliorum frueretur: ubi dum se publicæ aquæ cupidius immergit, cum Confidio publicano iudicium nactus est: in quo L. Crassus adversus illum causam agens, errare amicum suum Confidium dixit,

R 4

quod

quod putaret Oratam remotum à lacu, carituram ostreis: naque ea, si inde petere non licuisset, in tegulis reperiturum.

2. **HVIC** nimirum magis Æsopus tragicus in adoptionem dare filium suum, quam bonorum suorum hæredem relinquere debuit: non solum perditæ, sed etiam furiosæ luxuriæ juvenem. Quem constat cautu commendabiles aviculas immanibus emptas precii, in cena proficulis ponere, acetoque liquatos magnæ summæ uniones potionibus aspergere solitum; amplissimum patrimonium, tanquam amaram aliquam sarcinam, quam celerrime abjicere cupientem: Quorum alterius senis, alterius adolescentis sectam secuti plurimi, longius manus porrexerunt. Neque enim ullum finitur vitium ibi, ubi oritur. Inde ab Oceani littoribus attracti pisces, inde infusæ culinis ostreæ. Arte censibusque edendi atque bibendi voluptas reperta est.

3. **VRBI** autem nostræ secundi belli Punici finis, & Philippus rex Macedoniæ devictus, licentioris vitæ fiduciam dedit. Quo tempore matronæ Brutorum domum ausæ sunt obsidere, qui abrogationi legis Oppiæ intercedere parati erant, quam feminæ tolli cupiebant: quia his nec veste varii coloris uti, nec auri plus semuncia habere, nec juncto vehiculo propius Urbem mille passus, nisi sacrificii gratia vehi permittebat. Et quidem obtinuerunt ut jus per continuos viginti annos servatum aboleretur. Non enim providerunt seculi illius viri, ad quem cultum tenderet insoliti coctus pertinax studium, aut quo se usque effusura esset legum victrix audacia. Quod si animi muliebris apparatus intueri potuissent, quibus quotidie aliquid novitatis sumptuosius adjectum est; in ipso introitu ruenti luxuriæ obstitissent.

4. **SED** quid ego de feminis ulterius loquor? quas & imbecillitas mentis, & graviorum operum negata affectatio omne studium ad curiosiorem sui cultum hortatur conferre; cum temporum superiorum & nominis & animi excellentes viros, in hoc priscae continentiae ignotum diverticulum prolapsos videam. Idque jurgio ipsorum pateat.

Cui. Domitius L. Crasso collegæ suo altercatione ortâ objecit quod columnas Hymettias in porticu domus haberet. Quem continuo Crassus, quanti ipse domû suam æstimaret; interrogavit. Atque ut respondit sexages festerio: Quanto ergo eam, inquit, minoris fore existinas, si decem arbusculas inde succidero? Ipse tricies festerio, ait Domitius. Tunc Crassus: Vter igitur luxuriosior est?

est? Egone, qui decem columnas centum millibus nummum emi; an tu qui decem arbutularum umbram tricies sesterrium summa compeusas? Sermonem oblitum Pyrrhi, immemorem Annibalis, jamque transmarinorum stipendiorum abundantia oscitantem: aliquanto tamen insequentium seculorum ædificiis & venoribus angustriem. Quoniam inchoatam à se lautitiam posteris relinquege, quam à majoribus acceptam contumeliam retinere maluerunt.

5. QUID enim sibi voluit princeps suorum temporum Metellus Pius, tunc cum in Hispania aduentus illos ab hospitibus aris & thure excipi pariebatur? cum Attalicis aulais contextos parietes læto animo intuebatur? cum immanibus epulis apparatusissimos interponi ludos sinebat? cum palmata veste convivia celebrabat, demissasque lacunaribus aureas coronas velut cælesti capiti recipiebat? Et ubi ista? non in Græcia, neque in Asia; quarum luxuria severitas ipsa corrumpi poterat: sed in horrida & bellicosa provincia, cum præsertim acerrimus hostis Sertorius, Romanorū exercituum oculos Lusitanis relictis pertringeret; Adeo illi patris sui Numidica castra exciderant. Patet igitur, quam celeri transitu luxuria affluerit. Nam cujus adolescentia priscos mores vidit, senectus novos orsa est.

6. CONSIMILIS mutatio in domo Curionum exitit: Siquidem forum nostrum & patris gravissimum supercilium, & filii sexcenties sesterrium æris alieni aspexit, contractum famosa injuria nobilium juvenum. Itaque eodem tempore, & in iisdem penetibus diversa secula habitauerunt, frugalissimum alterum, alterum nequissimum.

7. P. autem Clodii judicium quanta luxuria & libidine abundavit? in quo ut evidenter incesti crimine nocens reus absolveretur, noctes matronarum, & adolescentium nobilium magna summa emptæ mercedis loco iudicibus erogatæ sunt. Quo in flagitio tam retro, tanque multiplici, nescias primum quem detestere, an qui istud corruptelæ genus excogitavit, an qui suam pudicitiam sequestrem perjurii fieri passi sunt, an qui religionem stupro permutarunt.

8. ÆQVE flagitiosum illud convivium, quod Gemellus Tribunicus viator ingenui sanguinis, sed odicii intra servilem habitum deformis, Metello Scipioni consuli, ac tribuni plebis magno cum rubore civitatis comparavit. Lupanari enim domi suæ instituto Muciani & Fulviam tum à patre, tum à viro utraque abductam, & uobilem puerum Saturnium in eo prostituit. Pro-

profæ patientiæ corpora, ludibrio temulentæ libidinis futura: epulas consulibus & tribunis non celebrandas, sed vindicandas.

9. **P R Æ C I P V E** vero Catilinæ libido scelerata: Nam vesano amore Aureliæ Orestillæ correptus, cum unum impediuntum videret, quo minus nuptiis inter se jungerentur, filium suum, quem & solum, & ætate jam puberem habebat, veneno sustulit: protinusque ex rogo ejus maritalem facem accendit, ac novæ maritæ orbitatem suam loco muneris erogavit. Eodem deinde animo civem se gerens, quo patrem egerat: filii pariter manibus, & nefarie attentatæ patriæ poenas dedit.

### E X T E R N A.

1. **A T** Campana luxuria perquam utilis civitati nostræ fuit. Invictum enim armis Annibalem illecebris suis complexa, vincendum Romano militi tribuit. Illa vigilantissimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, unguentorum fragrantia, Veneris usu lasciviore, ad somnum & delicias evocavit. Ac tam denum fracta & contrusa Punica feritas est, cum Seplasia ei & Albana, castra esse cœperunt. Quid ergo his vitiis foedius, quid etiam damnosius, quibus virtus atteritur, victoriæ languescunt, sopita gloria in infamiam convertitur, animique pariter & corporis vires expugnantur? Adeo ut nescias ab hostibusne, an ab illis capi perniciosius habendum sit.

2. **Q V Æ** etiam Volturnensium urbem gravibus & erubescendis cladibus implicarunt. Erat opulenta, erat moribus & legibus ornata. Etruriæ caput habebatur: sed postquam luxuria prolapsa est, in profundum injuriarum & turpitudinis decidit, ut servorum se insolentissimæ dominationi subjiceret. Qui primum admodum pauci senatorium ordinem intrare ausi, mox universam rempublicam occupaverunt. Testamenta ad arbitrium suum scribi jubebant: convivia, cœtusque ingenuorum fieri vetabant: filias dominorum in matrimonium ducebant. Postremo lege sanxerunt, ut stupra sua in viduis pariter ac nuptis impunita essent: ac nequa virgo ingenuo nuberet, cujus castitatem non ante ex numero ipsorum aliquis delibasset.

3. **A G E**, Xerxes opum regiarum ostentatione eximia, eo usque luxuria gaudebat, ut edicto præmium ei proponeret, qui novum voluptatis genus reperisset. Quæta, dum deliciis nimis carpitur, amplissimi imperii ruina evasit.

4. **ANTIOCHVS** quoque Syriæ rex nihilo continentioris exempli: Cujus cætam & amentem luxuriam exercitus imitatus, magna ex parte aureos clavos crepidis subjectos habuit: argenteaque vasa ad usum culinæ comparavit: & tabernacula textilibus sigillis adornata statuit. Avaro potius hosti præda optabilis, quam ulla ad vincendum strenuo mora.

5. **IAM** Ptolemæus rex accessione vitiorum suorum vixit: ideoque Physcon appellatus est. Cujus nequitia quid nequius? sororem natu majorem communi fratri nupram sibi nubere coegit. Postea deinde filia ejus per vim stuprata, ipsam dimisit, ut vacuum locum utpote puellæ faceret.

6. **CONSENTANEVS** igitur regibus suis gentis Ægyptiæ populus: qui ductu Archelæi adversus A. Gabinium moenibus urbis egressus, cum castra vallo atque fossa cingere juberetur: universus succlamavit, ut id opus publica pecunia faciendum locaretur. Quapropter delitiis tam enerves animi, spiritum exercitus nostri sustinere non potuerunt.

7. **SED** tamen effeminator multitudo Cypriorum, qui reginas suas mulierum corporibus velut gradibus constructis, quo mollius vestigia pedum ponerent, currus conscendere æquo animo sustinebant. Viris enim, si modo viri erant, vita carere, quam tam delicato imperio obtemperare satius fuit.

## CAPVT II.

## DE CRVDELITATE.

- |                                       |                                     |
|---------------------------------------|-------------------------------------|
| 1 <i>L. Cornelii Sullæ dict.</i>      | 5 <i>Ptolemæi Physconis regis.</i>  |
| 2 <i>C. Marii Cos. 7.</i>             | 6 <i>Darii Ochi Persarum regis.</i> |
| 3 <i>L. Junii Damascippi pr.</i>      | 7 <i>Ariaxerxis Ochi regis.</i>     |
| 4 <i>Mnæarii Flacci.</i>              | 8 <i>Atheniensium.</i>              |
| Extremorum.                           | 9 <i>Perilli Siculi.</i>            |
| 1 <i>Carthaginensium.</i>             | 10 <i>Etruscorum.</i>               |
| 2 <i>Annibalis Pæni.</i>              | 11 <i>Quorundam barbarorum.</i>     |
| 3 <i>Mithridatis regis.</i>           |                                     |
| 4 <i>Numulixinthie Thraciæ regis.</i> |                                     |

**H**ÆC societas vitiorum lascivi vultus, & novæ cupiditati inhærentium oculorum, ac delicato cultu affluente, per varios illecebrarum motus volitantis animi: crudelitatis vero horridus habitus, truculenta

culenta facies, violenti spiritus, vox terribilis, ora minis & cruentis imperiis referta: cui silentium donare, incrementum est adjicere. Etenim quem modum sibi ipsa statuet, si ne sugillationis quidem frenis fuerit revocata? ad summam, cum penes illam sit timeri, penes nos sit odisse.

**L. SVLLA**, quem neque laudare, neque vituperare quisquam satis digne potest: quia dum quærit victorias, Scipionem se populo Romano; dum exercet, Annibalem repræsentavit. Egregie namque auctoritate nobilitatis defensa, crudeliter totam Urbem, atque omnes Italiæ partes civilis sanguinis fluminibus inundavit. Quatuor legiones contrariæ partis, fidem suam secutas, in Publica Villa (quæ in Martio campo erat) nequicquam fallacis dexteræ misericordiam implorantes, obruncari jussit: Quarum lamentabiles quiritatus trepidæ civitatis aures receperunt: lacerata ferro corpora Tiberis impatiens tanti oneris cruentatis aquis vehere coactus est. Quinque millia Prænestinorum spe salutis per P. Cethegum data, extra moenia municipii evocata, cum abjectis armis humi corpora prostravissent, interficienda, protinusque per agros dispergenda curavit. Quatuor millia & septingentos diræ proscriptionis edicto jugulatos in tabulas publicas retulit, videlicet ne memoria tam præclaræ rei dilueretur. Nec contentus in eos sævire, qui armis à se disenserant; etiam quieti animi cives, propter pecuniæ magnitudinem, per nomenclatorem conquestos, proscriptorum numero adjecit. Adversus mulieres quoque gladios distrinxit: quasi parum cædibus virorum satiatus. Id quoque inexplebilis feritatis indicium est. Abscisa miserorum capia, modo non vultum ac spiritum retinentia, in conspectum summi afferi voluit, ut oculis illa, quia ore nefas erat, manderet. Quam porro crudeliter se in M. Mario prætore gessit! quem per ora vulgi ad sepulchrum Lutatiæ gentis pertractum, non prius vita privavit, quam oculos infelicis erueret, & singulas corporis partes confringeret. Vix mihi verisimilia narrare videor. At ille etiam M. Plætorium, quod ad Marii supplicium exanimis ceciderat, continuo ibi mactavit: novus punitor misericordiæ, apud quem iniquo animo scelus inveni, scelus admittere fuit. Sed mortuorum umbris saltem pepercit? Minime. Nam C. Marii, cujus, etsi postea hostis, quæstor tamen aliquando fuerat, eruos cineres in Anienis alveum sparavit: En quibus actis Felicis cognomen assequendum putavit!

**2. CVIVS** tamen crudelitatis C. Marius invidiam levavit



levat : nam & ille nimia cupiditate persequendi inimicos, iram suam nefarte distinxit, L. Cæsaris consularis & censorii nobilissimum corpus ignobili sævitiâ trucidando : Et quidem apud seditiosissimi & abjectissimi hominis bustum : id enim malorum miserrimæ tunc Reipublicæ deerat, ut Vario Cæsar piaculum caderet. Pene tanti victoriæ ejus non fuerunt : quarum oblitus plus criminis domi, quam laudis militiæ metuuit. Idem caput M. Antonii abscisum lævis manibus inter epulas perfunnam animi ac verborum insolentiam aliquandiu tenuit : clarissimique & civis & oratoris sanguine contaminari mensæ sacra passus. Atque etiam P. Anniū, qui id attulerat, in suum suum, recentis cædis vestigiis aspersum, recepit.

3. DAMASIPPVS nihil laudis habuit quod corrumperet : itaque memoria ejus licentiore accusatione perstringitur ; Cujus jussu principum civitatis capita hostiarum capitibus permista sunt ; Carbonisque Arvinæ truncum corpus patibulo affixum gestatum est : Adeo aut flagitiosissimi hominis prætura multum, aut reipublicæ majestas nihil potuit.

4. MVNATIVS etiam Flaccus Pompejani nominis acrior quam probabilior defensor, cum ab imperatore Cæsare in Hispania inclusus manibus Atreguensium obhideretur, esteratam crudelitatem suam truculentissimo genere vesaniæ exercuit : Omnes enim ejus oppidi cives, quos studiosiores Cæsaris senserat, jugulatos, muris præcipitavit : feminas quoque, citatis nominibus virorum, qui in contrariis castris erant, ut cædes conjugum suarum cernerent ; maternis gremiis superpositos liberos trucidavit, infantesque alios in conspectu parentum humo insligi, alios superjectatos pilis excipi jussit : Quæ auditu etiam intolerabilia, Romano jussu, Lusitanis manibus administrata sunt : cujus generis præsidio Flaccus vallatus, divinis operibus vecordi pertinacia resistebat.

## EXTERNA.

1. TRANSGREDIAMVR nunc ad illa, quibus ut par dolor, ita nullus nostræ civitatis rubor uest. Carthaginenses Atilium Regulum palpebris resectis, machinæ, in qua undique præacuti stimuli enivebant, inclusum, vigilantia pariter & continuo tactu doloris necaverunt. Tormenti genus haud dignum passo, auctoribus dignissimum. Eadem usi sunt crudelitate in milites nostros quos maritimo certamine in suam pote-

statem redactos, navibus substraverunt, ut earum carinis ac pondere elisi, inusitata ratione mortis barbaram feritatem satiarent: tetro facinore pollutis classibus ipsum mare violaturi.

2. **EORVM** dux Annibal, cujus majore ex parte virtus sævitia constabat, in flumine Vergello corporibus Romanis ponte facto, exercitum traduxit: ut terreltrium Carthaginensium copiarum æque scelestum egressum terra, quam maritimarum Neptunus expeiretur. Idem captivos nostros oneribus & itinere fessos infima pedum parte succisa relinquebat. Quos vero in castra perduxerat, paria fere fratrum & propinquorum jungens, ferro decernere cogebat: neque ante sanguine explebatur, quam ad unum victorem omnes redegisset. Iulto ergo illum odio, verumtamen tardo supplicio senatus Prusie regi factum supplicem ad voluntariam mortem compulit.

3. **TAM** hercle, quam Mithridatem regem, qui una epistola octoginta millia civium Romanorum in Asia per urbes negociandi gratia dispersa, interemit: tantæque provinciæ hospitalis deos, injusto, sed non inulto cruore resperfit. Quoniam cum maximo cruciatu, veneno repugnantem spiritum suum tandem succumbere coegit. Simulque piacula crucibus illis dedit, quibus amicos suos auctore Gauro spadone libidinosus obsequio, scelestus imperio affecerat.

4. **NVMVLIZINTHIS** Diogiridis filix Thraciæ regis etsi minus admirabilem crudelitatem gentis ipsius feritas, narrandam tamen rabies sævitix facti: cui neque vivos homines medios secare, neque parentes liberorum vesci corporibus nefas fuit.

5. **ITERVM** Ptolemæus Physcon emergit, paulo ante libidinosæ amentix teterrimum exemplum: idem etiam inter præcipua crudelitatis indicia referendus. Quid enim hoc facto truculentius? filium suum nomine Menephitem, quem ex Cleopatra eadem sorore & uxore sustulerat, liberalis formæ, oprimæque spei puerum in conspectu suo occidi iussit: protinusque caput ejus & pedes præcisos, & manus in cista chlamyde operios promunere natalitio matri misit. Perinde quasi ipse, cladis quam inferebat, expers, ac non infelicior, quod in communi orbitate Cleopatram miserabilem, cunctis se invisum redderet. Adeo cæco furore summa quæque effervescit crudelitas, cum munimentum ex se ipsa capit. Nam cum animadverteret, quanto sui odio patria teneretur, timori remedium scelere petivit: quoque tutius plebe trucidata reguaret, frequens juventute gymnasium armis & igui

igni circumdedit, omnesque qui in eo erant, partim ferro, partim flamma necavit.

6. **OCHVS** autem, qui postea Darius appellatus est, sanctissimo Persis jurejurando obstrictus, ne quem ex conjuratione quæ septem Magos cum eo oppræsserat, aut veneno, aut ferro, aut ulla vi, aut inopia alimentorum necaret; crudeliorem mortis rationem excogitavit, qua onerosos sibi, non perrupto religionis vinculo toleret. Septem enim aliis parietibus locum cinere complevit, suppositoque tigno prominente, benigne cibo, & potione exceptos in eo collocabat; è quo somno sopiri, in illam insidiosam congeriem decidebant.

7. **APERTIOR** & tetrior alterius Ochi cognomine Artaxerxis crudelitas, qui Ocham forem, aique eandem socrum, vivam capite defodit: & patrum cum centum amplius filiis ac nepotibus vacua area destitutum, jaculis confixit; nulla injuria laceffitus, sed quod in his maximam apud Persas probitatis & fortitudinis laudem consistere videbat.

8. **CONSIMILI** genere æmulationis instincta civitas Atheniensium, indigno gloriæ suæ decreto Ægineusum juventuti pollices abscidit; ut classe potens populus in certamen maritimarum virium secum descendere nequiret. Non ago scio Athenas timori remedium à crudelitate mutante.

9. **SÆVVS** etiam ille ænei tauri inventor, quo inclusi subditis ignibus, longo & abdito cruciatu, mugitibus resonante spiritu edere cogebantur, ne ejulatus eorum humanæ sono vocis expressi, Phalaridis tyranni misericordiam implorare possent. Quam, quia calamitosus deesse voluit, teterrimum artis suæ opus primus artifex inclusus merito auspicatus est.

10. **AT** ne Etrusci quidem parum feroces in poena excogitanda; qui vivorum corpora cadaveribus adversa adversis alligata atque constricta, ita ut singulæ membrorum partes singulis essent accommodatæ, tabescere simul patiebantur: Amari vitæ pariter ac mortis tortores.

11. **SICVT** illi Barbari, quos ferunt mactatarum pecudû intestinis, & visceribus egestis, homines inferere, ita ut capitibus tantummodo emineant, atq; ut diutius poenæ sufficiant, cibo & potione infelicem spiritum prorogare: donec intus putrefacti, laniatui sint animalibus, quæ tabidis corporibus innasci solent. Queramus nunc cum natura rerum, quod nos multis & asperis adversæ valetudinis incommodis obnoxios esse voluerit; habitumque cælestis roboris humanæ conditioni

ditioni denegarum moleste feramus ; cum tot cruciatu  
sibi metipsa mortalitas impulsu crudelitatis excogita-  
verit.

● CAPVT III.

DE IRA ET ODIO.

- |                                    |   |
|------------------------------------|---|
| 1 M. Livii Salinatoris<br>Cos.     | 8 L. Cornelii Sulla.<br>Externorum.     |
| 2 C. Marcii Figuli iuris-<br>cos.  | 1 Alexandri Magni.                      |
| 3 Patriciorum.                     | 2 Amilcaris Barca Pa-<br>ni.            |
| 4 Iuventutis Romanae.              | 3 Annibalis Barca Pa-<br>ni.            |
| 5 Exercitus Rom.                   | 4 Semiramidis, Assyrio-<br>rum reginae. |
| 6 Plebis Rom.                      |   |
| 7 Q. Metelli Macedonici<br>procos. |   |

**I**RA quoque & odium in pectoribus humanis ma-  
gnos fluctus excitant, pro cursu celerior illa, nocen-  
di cupidine hoc pertinacius. Uterque consternatio-  
nis plenus affectus, ac nunquam sine tormento sui vio-  
lentus ; quia dolorem cum inferre vult, patitur, amara  
solicitudine, ne non contingat ultio ; anxius ; Sed pro-  
prietatis eorum certissimæ sunt imagines ; quas diu  
in claris personis, aut dicto aliquo, aut facto vehem-  
tiore conspici voluerunt.

1. CVM adversus Asdrubalem Livius Salinator  
bellum gesturus urbe egrederetur, monente Fabio Ma-  
ximo ne ante descenderet in aciem, quam hostium vi-  
res animumque cognosset; primam occasionem pugnan-  
di non omissurum se respondit. Interrogatusque ab  
eodem, quid ita tam festinanter manum conferere vel-  
let : Ut quam celerrime (inquit) aut gloriam ex holti-  
bus victis, aut ex civibus prostratis gaudium capiam.  
Ira tunc atque virtus sermonem ejus inter se diviserunt:  
illa injustæ damnationis memor, hæc triumpho gloriæ  
inventa. Sed nescio an ejusdem fuerit hoc dicere, & sic  
vincere.

2. ARDENTIS spiritus virum, & bellicis ope-  
ribus assuerum, huc iracundiæ stimuli egerunt : C. an-  
tem Figulum mansuetissimum, pacato juris civilis ju-  
dicio celeberrimum, prudentiæ moderationisque imme-  
morem reddiderunt. Consulatus enim repulsæ dolore  
accensus, eo quidem magis, quod illum bis patri suo da-  
tum meminerat, cum ad eum postero comitiorum die  
muli

multi consulendi causa venissent, omnes dimisit: praefatus, An vos consulere scitis, consulem facere nescitis? Dicitum graviter, & merito, sed tamen aliquanto melius non dictum. Nam quis populo Romano irasci sapienter potest?

3. **IT AQVE** ne illi quidem probandi, quamvis factum eorum nobilitatis splendore protectum sit: qui, quod Cn. Flavius humillimae quondam sortis praeturae adeptus erat, offensi, annulos aureos sibi metum, & phaleras equis detractas abjecerunt, doloris impotentiam tantum non Indum profecto testari.

4. **TALIS** irae motus aut singulorum, aut paucorum adversus populum universum; multitudinis autem erga principes ac duces, ejusmodi. Manlio Torquato amplissimam & gloriosissimam ex Latinis & Campanis victoriam in Urbem referenti, cum seniores omnes laetitia ovantes occurrerent; juniorum nemo obviam processit: quod filium adolescentem fortissime adversus imperium suum procliatum, securi percussisset. Miserti sunt aequalis vim asperere puniti: nec factum eorum defendo, sed irae vim indico, quae unius civitatis & arates & affectus dividere valuit.

5. **EADEM** tantum potuit, ut universum populi Romani peditatum a Fabio consule ad hostium copias persequendas missum, cum & tuto & facile eas liceret delere: legis agrariae ab eo impeditae memoria immobilem retineret. Illa vero etiam Appio duci (cujus pater, dum pro senatus amplitudine nititur, commoda plebis acerrime impugnaverat) infensum exercitum faciendo, voluntaria fuga terga hosti, ne triumphum imperatori quaereret, dare coegit. Quoties ergo Victoriae victrix? congratulationem ejus in Torquato spernendam, in Fabio pulcherrimam partem omitterendam, in Appio totam fugae postponendam credidit.

6. **AGE**, quam violenter se in pectore universi populi Regessit eodem tempore, quo suffragiis ejus dedicatio aedis Mercurii M. Platorio principum centurioni data est: praeteritis consulibus, Claudio quod obstiteret, quo minus aeri alieno suo succurreretur: & Servilio, quod susceptam causam suam languido patrocinio protexisset? Negas efficacem esse iram, cujus hortatu miles summo imperio praefatus est?

7. **NON** quidem proculcavit tantum imperia: sed etiam gessit impotenter. Nam Q. Metellus cum provinciam Hispaniam consul prius, deinde proconsule, pene totam subegisset, postquam cognovit Q. Pompejum consulem inimicum suum successorem sibi mitti:

omnes qui modo militiam suam voluerunt finire, dimisit commeatus petentibus, neque caussis excussis, neque constituto tempore, dedit: Horrea custodibus remotis oportuna rapinæ præbuit: arcus, sagittasque Cretenesium frangi, atque in amnem abjici jussit: elephantis cibaria dari vetuit; Quibus factis ut cupiditati suæ indulset, ita magnifice gestarum rerum gloriam corrupit: merumque honorem, triumphii hostium, quam iræ, fortior victor, amisit.

8. **QVID** Sulla, dum huic vitio obtemperat, nonne multo alieno sanguine profuso, ad ultimum & suum erogavit? Puteolis enim ardens indignatione, quod Granius princeps ejus coloniarum pecuniam à decurionibus ad refectioem Capitolii promissam cunctantius daret; animi concitatione nimia, atque immoderato vocis impetu convulso pectore, spiritum cruore ac minis mistum evomit. Nec senio jam prolapsus, utpote sexagesimum ingrediens annum; sed alita miseris reip. impotentia furens. Igitur in dubio est, Sullane prior, an iracundia Sullæ sit extincta.

## EXTERNÆ.

Nunc ab ignotis exempla petere juvat, sed maximis viris exprobrare vitia sua verecundiæ est: cæterum cum propositi fides excellentissima quæque completi moneat, voluntas operi cedat; dum præclara libenter probando, necessaria narrandi conscientia non desit.

1. **ALEXANDRUM** iracundia sua propemodum cælo deripuit. Nam quid obstitit, quo minus illic assurgeret, nisi Lyfimachus leoni objectus, & Clytus hasta trajectus, & Callisthenes mori jussus? quia tres maximas victorias totidem amicorum injustis cædibus victor perdidit.

2. **QVAM** vehemens deinde adversus populum Romanum Amilcaris odium! Quatuor enim puerilis ætatis filios intuens, ejusdem numeri catulos leoninos, in perniciem imperii nostri alere se prædicabat. Digna nutrimenta, quæ in exitium patriæ suæ, ut evenit, converterentur.

3. **E QVIBVS** Annibal matre adeo patris vestigia subsécutus est; ut eo exercitum in Hispaniam trajecturo, & ob id sacrificante, novem annorum natu, alaria tenens juraret: se, cum primum per æratē potuisset, acerrimum hostem pop. Rom. futurum; ut pertinacissimis precibus instantis belli commilitium exprimeret. Idem signi-

agnoscere cupiens quanto inter se odio Carthago & Roma dissident; inflicto in terram pede, suscitatoque pulvere, tunc inter eas fore finem belli dixit, cum alterutra Vibs in habitum pulveris esset redacta.

4. IN puerili pectore non tantum vis odii potuit sed in muliebri quoque æque multum valuit. Nanque Semiramis Assyriorum regina, cum ei circa cultum capitis sui occupatæ nunciatum esset, Babylonem defecisset; altera parte crinium adhuc soluta, protinus ad eam expugnandam cucurrit: Nec prius decorem capillorum in ordinem, quam raris in urbem in potestatem suam redegit. Quocirca statua ejus Babylone posita est illo habitu, quo ad ultionem exigendam celeritate præcipiti tendit.

## CAPVT IV.

## DE AVARITIA.

1. *M. Crassi & Q. Hortensii.*

Exteri.

2. *Q. Cassii Longini propr.*

*Ptolemæi Cypriorum*

3. *L. Septimuleii.*

*regis.*

**P**ROTRAHATVR etiam avaritia, latentium indagatrix lucrorum, manifestæ prædæ avidissima vorago; nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miserrima.

1. CVM admodum locupleti L. Minucio Basilo falsum testamentum quidam in Græcia subiecissent, ejus denique confirmandi gratia, potentissimos civitatis nostræ viros M. Crassum & Q. Hortensium, quibus Minucius ignotus fuerat, tabulis hæredes inseruerunt. Quamquam evidens fraus erat, tamen uterque pecuniæ cupidus, facinoris alieni munus non repudiavit. Quantam culpam quam leviter retuli! Lumina curiæ, ornamenta fori, quod scelus vindicare debebant, inhonelli lucri captura invitati, auctoritatibus suis texerunt.

2. VERVM aliquanto majores vires in Q. Cassio exhibuit; qui in Hispania M. Silium & A. Calpurnium occidendi sui gratia cum pugionibus deprehensos, quinque quagies sestertium ab illo, ad hoc sexagies pactus dimisit. Atqui ne dubites, si alterum tantum daretur, jugulum quoque suum æquo animo illis fuisse præbiturum.

3. CÆTERVM avaritia ante omnes L. Septimuleii præcordia possedit: Qui, cum C. Gracchi familiaris fuisset, caput ejus abscindere, & per Urbem

pilo fixum ferre sustinuit; quia Opimius consul auro ad se repensurum edixerat. Suur qui tradunt, liquato plumbo eum cavatam partem capitis, quo ponderosius esset, explese. Fuerit ille seditiosus, bono perierit exemplo: clientis tamen scelesti famas in has usque ja-centis injurias esurire non debuit.

### EXTERNVM.

**ODIVM** merita est Septimuleji avaritia; Ptole-mæi autem regis Cypriorum, rix. prosequenda: Nam cum auxiliis sordibus magnas opes corripuisset, propter-que eas periturum se videret; & ideo omni pecunia imposita navibus, in altum processisset, ut classe perfo-rata suo arbitrio periret, & hostes præda carereat; non sustinuit mergere aurum, & argentum; sed futurum suæ necis præmium domum revexit. Proculdubio hic non possedit divitias, sed à divitiis possessus est: titulo rex insulæ, animo pecuniæ miserabile mancipium.

### CAPVT V.

#### DE SVPERBIA ET IMPOTENTIA.

1 *M. Fulvii Flacci Cos.*

2 *M. Livii Drusi trib. ple-*  
*bis.*

3 *Cn. Pompeji Magni Cos.*

3.  
4 *M. Antonii III. vi-*  
*ri.*

Externorum.

1 *Alexandri Magni.*

2 *Xerxis Persarum regis.*

3 *Annibalis Pæni.*

4 *Carthaginienfis & Cæ-*  
*piani senatus.*

1. **A**TQVE ut superbia quoque & impotentia in conspicuo ponantur, M. Fulvius Flaccus consul, M. Plautii Hypsæi collega, cum perniciosissi-mas reipublicæ leges introduceret, de civitate danda, & de provocatione ad populum, eorum qui civitatem mutare voluissent; ægre compulsus est ut in Curiam veniret. Deinde partim mouenti, partim oranti senatus ut incepto desisteret, responsum non dedit. Tyrannici consul spiritus haberetur, si adversus unum senatorem hoc modo se gessisset, quo Flaccus in totius amplissimi ordinis contemnenda majestate versatus est.

2. **QVÆ** à M. quoque Druso trib. plebis per sum-mam contumeliam vexata est. Parvi enim habuit L. Philippum Consulem, quia interfari concionantem au-  
fu



sus fuerat, obtorta gula, & quidem non per viatorem, sed per clientem suum, adeo violenter in carcerem precipitem egisse, ut multus à naribus ejus cruor profunderetur. Verum etiam cum senatus ad eum misisset, ut in Curiam veniret: Quare non potius, inquit, ipse in Hostiliam propinquam Rostris. Figet adjicere quod sequitur. Tribunus senatus imperium despexit: senatus tribuni verbis paruit.

3. Cn. autem Pompejus quam insolenter! qui balneo egressus, ante pedes suos prostratum Hypsaum ambitus reum, & nobilem virum, & sibi amicum jacentem reliquit, contumeliosa voce proculcarum. Nihil enim eum aliud agere, quam ut convivium suum moraretur, respondit. Et hujus dicti conscius, securus animo cœnare potuit. Ille vero etiam in foro non erubuit P. Scipionem socerum suum legibus noxium, quas ipse tulerat, in maxima quidem reorum & illustrium ruina, muneris loco à iudicibus deponere, maritalis lecti blanditiis statum reipublicæ temperando.

4. TETRUM factò pariter ac dicto M. Antonii convivium. Nam cum ad eum triumvirum Cæterii Rufi senatoris caput allatum esset; avertantibus id cæteris, propius adinvereri iussit, ac diu diligenterque consideravit. Cunctis deinde expectantibus quidnam esset dicturus: Hunc ego, inquit, noxium non habui. Superba de senatore, impotens de occiso confessio.

EXTERNA.

1. SATIS multa de nostris, aliena nunc adjiciantur. Alexandri regis virtus & felicitas tribus infolentia gradibus exultavit evidentissimis. Fastidio enim Philippi, Iovem Hammonem patrem ascrivit: radio morum, & cultus Macedonici, vestem & inajitura Persicam assumpsit: spreto mortali habitu, divinum æmulatus est. Nec fuit ei pudori, filium, civem, hominem dissimulare.

2. IAM Xerxes, cujus in nomine superbia & insolentia habitat, suo jure quam insolenter abusus est quum Græciæ indicturus bellum, adhibitis Asiæ principibus, Ne viderer, inquit, meo tantummodo usus consilio, vos contraxi. Cæterum mementote parendum magis vobis esse, quam suadendum. Arroganter, etiam si victori repeterè ei regiam contigisset: tam deformiter victi, nescias utrum insolentius dictum, an impudentius.

3. ANNIBAL autem Cannensis pugnae succ...

MALIBI.

TERNVM.

PVT V.

ET IMPOTENTI.

Externorum.

- 1. Alexandri Regis.
- 2. Xerxis Persarum.
- 3. Annibalis Peni.
- 4. Carthaginiensis.

bia quoque & impotenti-  
 tar, M. Fulvius Flaccus  
 i collega, cum periculis  
 duceret, de civitate duc-  
 pulum, eorum qui civem  
 compulsus est ut in Car-  
 ouerit, partem orationis  
 asum non dedit. Tri-  
 si adversus unum senat-  
 Flaccus in torrens am-  
 late versatus est.  
 e Druso trib. plebi per-  
 est. Parvi enim habi-  
 iarerfari concionante

cessu elatus, nec admisit quenquam civium suorum in castris, nec responsum ulli, nisi per interpretem dedit. Maharbalem etiam ante tabernaculum suum clara voce affirmantem, prospexisse se quoniam modo paucis diebus Romæ in Capitolio coenaret, aspernatus est. Adeo felicitatis & moderationis dividuum contubernium est.

4. INSOLENTIÆ vero inter Carthaginensem & Campanum senatum quasi æmulatio fuit. Ille enim separato a plebe balneo lavabatur; hic diverso foro urebatur: Quem morem Capuæ aliquandiu retentum, C. quoque Gracchi oratione in Plautium scripta patet.

## CAPUT VI.

## DE PERFIDIA.

- |                         |                   |                            |                    |
|-------------------------|-------------------|----------------------------|--------------------|
| 1. <i>M. Tati</i>       | <i>Sabinorum</i>  | 4. <i>Q. Servilii</i>      | <i>Capitoni</i>    |
|                         | <i>regis.</i>     |                            | <i>Cos.</i>        |
| 2. <i>Ser. Sulpicii</i> | <i>Galba</i>      |                            | <i>Externorum.</i> |
|                         | <i>pr.</i>        |                            |                    |
| 3. <i>Cn. Domitii</i>   | <i>Ahenobarbi</i> | 1. <i>Carthaginensium.</i> |                    |
|                         | <i>procos.</i>    | 2. <i>Annibalis</i>        | <i>Parsi.</i>      |

**O**CCULTVM jam, & insidiosum malum perfidia, latebris suis extrahatur. Cujus efficacissimæ vires sunt mentiri, ac fallere: fructus in aliquo admisso scelere consistit: Tum certus, cum credulitate nefariis vinculis circumdedit: tantum incommodi humano generi afferens, quantum salutis bona fides præstat. Habeat igitur non minus reprehensionis, quam illa laudis consequitur.

1. ROMULO regnante Sp. Tarpejus arci præerat; cujus filiam virginem aquam sacris petitem extra moenia egressam, Tatius, ut armatos Sabinos in arcem secum reciperet, corruptit; mercedis nomine pactam quæ in sinistris manibus gerebant. Erant autem his armillæ, & annuli magno ex pondere auri. Loco positum agmen Sabinorum, puellam præmium flagitantem, armis obrutam necavit: perinde quasi promissum (quod ea quoque lævis gestaverant) solvens. Absit reprehensio: quia impia proditio celeri poena vindicata est.

2. SER. quoque Galba summæ perfidiæ: trium enim Lusitanæ civitatum convocato populo, tanquam

de

de commodis ejus acturus, septem millia, in quibus flos juventutis consistebat, electa, & armis exuta, partim trucidavit, partim vendidit: Quo facinore maximam cladem barbarorum, magnitudine criminis antecessit.

3. C. N. autem Domitium summi generis, & magni animi virum, nimis gloriæ cupiditas perfidum existeri coegit. Iratus namque Berulto regi Avernorum, quod cum suam, tum etiam Allobrogum gentem, se etiam tum in provincia morante, ad Q. Fabii successoris sui dexteram confugere hortatus esset: per colloquii simulationem accersitum, hospitioque exceptum vinxit, ac Romam nave deportandum curavit. Cujus factum senatus neque probare potuit, neque rescindere voluit, ne remissus in patriam Berultus bellum renovaret. Igitur eum Albam custodiæ causâ relegavit.

4. VIRIATI etiam cædes duplicem perfidiæ accusationem recepit: in amicis, quod eorum manibus interemptus est: in Q. Servilio Cæpione consule, quia is sceleris hujus auctor impunitate promissa fuit: victoriamque non meruit, sed emit.

#### EXTERNA.

1. VERVM ut ipsum fœdem perfidiæ contemplerur: Carthaginienses Xantippum Lacedæmonium cujus optima opera primo Punico bello usi fuerant, & quo juvante Atilium Regulum ceperant; simulantes sese domum revehere, in alto miserunt. Quid tanto facinore petentes? an ne victoriæ eorum socius superesset? Extat nihilominus, & quidem cum illorum opprobrio, quem sine ulla gloriæ jactura inviolatum reliquissent.

2. ANNIBAL porro Nucerinus hortatu suo cum binis vestimentis urbem inexpugnabilibus muris cinctam egressos, vapore & fumo balnearum strangulando, & Acerranorum senarum eadem ratione extra moenia evocatum, in profundum prætorum abjiciendo, nonne bellum adversus populum Romanum & Italiam professus, adversus ipsam fidem acrius gessit, mendaciis & fallacia quasi præclaris artibus gaudens? Quo evenit, ut alioqui insignem nominis sui memoriam relicurus, in dubio, majorne, an pejor vir haberi deberet, poveret.

## CAPVT VII.

## DE SEDITIONIBVS.

Plebis Rom. ad-  
versus

- 1 C. Marium Cos. 6.
- 2 Q. Metellum censo-  
rem.
- 3 A. Numium candi-  
datum.
- 4 A. Sempronium Ase-

lionem pr.

Militum Rom. ad-  
versus

- 1 Gratidium legatum.
- 2 Q. Pompejum consu-  
lem.
- 3 C. Carbonem legatum.

**S**ED ut violentæ seditionis tam togatæ, quam etiam  
armatæ facta referantur.

1. **L. Equitium**, qui se **Ti. Gracchi** filium simu-  
labat, tribunatumque adversus leges cum **L. Saturnino**  
petebat, a **C. Mario** sextum consulatum gerente in pu-  
blicam custodiam ductum, populus claustris carceris  
convulsis, raptum humeris suis per summam auimorum  
alacritatem portavit.

2. **IDEM QVE Q. Metellum** censorem, quod  
ab eo, tanquam **Gracchi** filio, censum recipere nole-  
bat; lapidibus prostrernere conatus est, affirmantem tres  
tantummodo filios **Graccho** fuisse. E quibus unum in  
**Sardinia** stipendia merentem, alterum infantem **Præne-  
ste**, tertium post patris mortem natum **Romæ** decessisse:  
neque oportere clarissimæ familiæ ignotas sordes inse-  
ri: Cum interim improvida concitata multitudinis te-  
meritas, pro impudentia, & audacia adversus consula-  
tum, & censuram terendit, principesque suos omni pe-  
culantiæ genere vexavit.

3. **VESANA** hæc tantummodo: illa etiam cru-  
enta seditio. Populus enim **A. Numium** comperito-  
rem **Saturnini**, novem jam creatis tribunis, unoque loco  
duobus candidatis restante vi prius in ædes privatas cõ-  
pulsit. Extractum deinde interemit, ut cæde integerrimi  
civis, facultas apiscendæ potestatis teterrimo civi dare-  
tur.

4. **CREDITORVM** quoque consternatio ad-  
versum **Semproni** **Ase**llionis prætoris urbani caput in-  
tolerabili modo exarsit. Quem, quia causam debito-  
rum susceperat, concitati à **L. Cassio** trib. plebis pro  
æde **Concordiæ** sacrificium facientem, ab ipsis altaribus  
fugere extra forum coactum, inque tabernacula laci-  
tantem, prætextatum discerpservit.

MILITVM

1. **DETESTANDA** *fori Rom. conditio.* sed si castra respicias, æque magna orietur indignatio. Cuius C. Mario lege Sulpicia, provincia Asia, ut adversus Mithridatem bellum gereret, privato decreta esset: missam ab eo Gratidinum legatum ad L. Sullam consulem accipiendarum legionum causa milites trucidarunt: Proculdubio indignati, quod à summo imperio, ad eum qui nullo in honore versaretur, transire cogerentur. Sed quis ferat, militem scita plebis exitio legati corrigentem?

2. **PRO** consule istud tam violentè exercitum, illud adversus consulem. Quenim Pompejum Sullæ collegam, senatus iussu ad exercitum Cn. Pompeji, quem aliquandiu invita civitate obtinebat, contendere ausum: ambitiosi ducis illecebris corrupti milites, sacrificare incipientem adorti, in modum hostiæ mactaverunt: tantumque scelus Curia castris cedere se confessa, inultum habuit.

3. **ILLE** quoque exercitus nefarie violentus, qui C. Carbonem fratrem Carbonis ter consulis, propter bella civilia dissolutam disciplinam militarem præfractius & rigidius astringere conatum, privavit vita: farinsque duxit maximo scelere coinquinari, quam pravos ac tetros mores mutare.

## CAPVT VIII.

## DE TEMERITATE.

- |                              |                              |
|------------------------------|------------------------------|
| 1 <i>P. Africani</i> majoris | Externorum;                  |
| 2 <i>C. Casaris</i> Cos. 2.  | 1 <i>Annibalæ</i> Pœni.      |
| 3 <i>Exercitus</i> Rom.      | 2 <i>Atheniensis</i> populi. |

**TEMERITATIS** etiam & subiti, & vehementes sunt impulsus: quorum iustibus hominum mentes concussæ, nec sua pericula dispicere, nec aliena facta iusta æstimatione prosequi valent.

1. **QVAM** enim temere se Africanus superior ex Hispania duabus quinqueremibus ad Suphacem trajecit, in cuius Numidæ iustidis præcordiis suam pariter & patriæ salutem depositurus! Itaque exiguo momento maximæ rei casus fluctuavit, utrum captivus, an victor Scipio Suphacis fieret.

2. I A M C. Cæsar's anceps conatus etiam si cælestium cura protectus est, attamen vix sine animi horrore referri potest. Siquidem impatiens legionum tardioris à Brundisio Apolloniam trajectus; per simulationem adversæ valetudinis convivio egressus, majestate sua servili veste occultata, naviculam conscendit, & è flumine maris Adriatici sæva tempestate fauces petit. Protinusque in altum dirigi jussu navigio, multum ac diu contrariis jactatus fluctibus, tandem necessitati cessit.

3. A G E, illa quam execrabilis militum temeritas fecit enim ut A. Albinus nobilitate, moribus, honorum omnium consummatione civis eximius, propter falsas & inanes suspiciones, in castris ab exercitu lapidibus obrueretur? Quodque accessionem indignationis non recipit, oranti atque obsecranti duci à militibus causæ dicendæ potestas negata est.

### EXTERNA.

1. I T A Q U E minus miror apud trucem, & sævum Annibalis animum defensionis locum innoxio gubernatori non fuisse: quem à Perilia classe Africam repetens freto appulsus, dum tam parvo spatio Italiam, Siciliamque inter se divisas non credit, velut insidiosum cursus rectorem interemit: Posteaque diligentius inspecta veritate, tunc absolvit, cum ejus innocentie nihil ultra sepulchri honorem dari potuit. Igitur angusti, atque æstuosi maris alio è rumulo speculatrix statua, tam memoriæ Pelori, quam Punicæ temeritatis, ultra citraque navigantium oculatum indicium est.

2. I A M Atheniensium civitas ad vesaniam usque temeraria, quæ decem universos imperatores suos, & quidem à pulcherrima victoria venientes, capitali judicio exceptos necavit; Quod militum corpora, sævitia maris interpellante, sepulturæ mandare non potuissent: necessitatem puniens, cum honorare virtutem debuisset.

### CAPVT IX.

#### DE ERRORE.

1 Plebis Romane.  
2 C. Cassi Longini pro-  
cor.

3 Satellitum Lartii  
Tolumnii regis.

T E M E.

**T**EMERITATI proximus est error : quemadmodum ad lædendum par, ita cui facilius quis ignoverit : quia non sua sponte, sed vanis concitatus imaginibus, culpæ se implicat. Qui quam late in pectoribus hominum vagetur, si completi coner ; vitio, de quo loquor, sim obnoxius. Paucos igitur ejus lapsus referemus.

1. **C.** Helvius Cinna tribunus pleb. ex funere C. Cæsaris domum suam petens, populi manibus discerptus est pro Cornelio Cinna, in quem sævire se existimabat : Iratus ei, quod cum affinis esset Cæsaris, adversus eum nefarie raptum, impiam pro Rostris orationem habuisset : Eoque errore propulsus est, ut caput Helvii perinde, atque Cornelii circa rogam Cæsaris, fixum jaculo ferret ; officii sui, alieni erroris piaculum miserabile.

2. **NAM C.** Cassium error à semetipso poenas exigere coegit. Inter illum enim pugnae quatuor exercituum apud Philippos varium, ipsisque ducibus ignotum eventum ; missus ab eo Titinius centurio nocturno tempore, ut specularetur quonam in statu res M. Bruti essent : dum crebros excessus viæ petit, quia tenebrarum obscuritas, hostesne an commilitones occurrerent, dignoscere non sinebat, tardius ad Cassium rediit. Quem is exceptum ab hostibus, omniaque in eorum potestatem recedisse existimans, finire vitam properavit : cum & castra hostium invicem capta, & Bruti copiae magna ex parte incolumes essent. Titinii vero non oblitteranda silentio virtus, qui oculis paulisper hæsit inopinato jacentis ducis spectaculo attonitus ; deinde profusus in lacrymas, Etsi imprudens, inquit, imperator causa tibi mortis fui : tamen ne idipsum impunitum sit, accipe me fati tui comitem. Superque exauime corpus ejus jugulo suo gladium capulo tenus demisit : ac permisto utriusque sanguine, duplex victima jacuit, Pietatis hæc, Erroris illa.

3. **CETERVM** falsa opinatio, nescio an præcipuam injuriam Lartii Tolumnii Vejentium regis penatibus intulerit. Nam cum in tesserarum prospero jactu per jocum collusori dixisset, Occide : & forte Romanorum legati intervenissent : satellites ejus errore vocis impulsæ, interficiendo legatos lusum ad imperium transulerunt.

## DE VLTIONE.

1 *Papiria tribus Tusculanorum in Poliam.*

2 *Populi Vticensis in C. Fabium Hadrianum.*

Externorum.

1 *Thamyris & Beronice reginarum.*

2 *Iuuenum quorundam Græcorum.*

**V**LTIONIS autem quemadmodum acres, ita iusti aculei sunt: qui laceffiti concitantur, acceptum dolorem pensare cupientes. Quos laius complecti non attinet.

1. **M. FLAVIVS** trib. pleb. ad populum de Tusculanis retulit, quod eorum consilio Velternos, Privernatesque rebellaturos diceret: Qui cum conjugibus, ac liberis squalore obsiti, cum supplices Romam venissent; accidit, ut reliquis tribubus salutem sententiam secutis, sola Polia iudicaret, oportere publice eos verberatos securi percuti: imbellem multitudinem sub corona venire. Quam ob causam Papiria tribus, in qua plurimum Tusculani in civitatem recepti potuerunt, neminem postea candidatum Polie tribus fecit magistrarum: ne ad eam ullis honos suis suffragiis perveniret, quæ illis vitam ac libertatem, quantum in ipsa fuit, ademerat.

2. **ILLAM** vero ultionem & senatus, & consensus omnium approbavit. Cum Hadrianus cives Romanos, qui Vticæ consistebant, sordido imperio vexasset, idcircoque ab his vivus esset exustus; nec quæstio ulla in urbe hac de re habita, nec querela versata est.

## E X T E R N A.

1. **CLARÆ** ultionis utraque regina, & Thamyris, quæ caput Cyri abscisum in utrem humano sanguine repletum dimitti iussit, exprobrans illi insatiabilem cruoris sitim, simulque pœnas occisi ab eo filii sui exigens: & Beronice, quæ Laodices insidiis interceptum sibi filium graviter ferens, armata currum conscendit, persecutaque satellitem regium crudelis operis ministrum, nomine Cæneum, quem hasta nequicquam petierat, saxo ictum prostravit; ac super ejus corpus actis æquis, inter infesta contrariæ partis agmina ad domum in qua



in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur, perrexit.

2. IASONEM Thessalum Persarum regi bellum inferre parantem, an satis iusta ultio absumpserit, ambiguae aestimationis est. Taxillo enim gymnarchæ à quibusdam juvenibus pulsatum se conquesto, permisit; ut aut tricenas ab his drachmas exigeret, aut deas plagas singulis imponeret. Quo posteriore vindicta usque; qui vapulaverant, Iasonem interfecerunt, animi, non corporis dolore poenæ modum aestimantes. Ceterum parvo irritamento ingenui pudoris maximæ rei expectatio subruta est. Quoniam opinione Græciæ tantum in spe Iasonis, quantum in effectu Alexandri reponebatur,

## CAPVT XI.

## DE IMPROBE DICTIS ET SCELERATE FACTIS.

## Romanorum.

- 1 *Tullie Ser. F. L. Superbi regis.*
- 2 *C. Fimbriæ trib. pl.*
- 3 *L. Catiline.*
- 4 *Magi Chilonis.*
- 5 *C. Toranti C. F.*
- 6 *Villii Annalis.*

7 *Uxoris Vetrii Salasfi.*

## Externorum.

- 1 *Duorum fratrum Hispanorum.*
- 2 *Mithridatis regis.*
- 3 *Sariastris Tigranis regis F.*
- 4 *L. Aelii Sejani.*

**N**VNC quatenus vitæ humanæ, tum bona, tum etiam mala substitutis exemplorum imaginibus, persequimur; dicta improbe, & facta scelerate referantur.

1. **V**NDE autem potius, quam à Tullia ordiari? quia tempore vetustissimum, conscientia nefarium, voce improbum ac monstri simile exemplum est. Quæ cum carpento veheretur, & is qui iumenta agebat, succussis frenis constitisset, repentinae mortis causam requisit. Et ut comperit corpus patris Ser. Tullii occisi ibi jacere; supra idem vehiculum duci iussit, quo celerius in complexum intersectoris eius Tarquini veniret. Qua tam impia, tamque probrosa festinatione, non solum se æterna infamia; sed ipsum etiam vicum cognomine sceleris commaculavit.

2. **N**ON tam atrox est C. Fimbriæ factum & dictum; sed si per se aestimetur, utrumque audacissimum.

Is ege-

Is egerat, ut Scævola in funere C. Marii jugularetur: quem postquam ex vulnere recreatum comperit, accusare ad populum instituit. Interrogatus deinde quid de eo secus dicturus esset, cui pro sanctitate morum satis digna laudatio reddi non posset: respondit se objecturum illi, quod paucius corpore telum recepisset. O licentiam furoris ægræ reipublicæ genitu prosequendam!

3. L. vero Cæcilia in senatu M. Cicerone incendi-um ab ipso excitatum dicente, Sentio, inquit: & quidem illud si aqua non potuero, ruina extinguam. Quem quid aliud existimemus, quam conscientiæ stimulis, actum à se inchoati parricidii peregrisse?

4. CONSTERNATVM etiam Magii Chilonis amentia pectus: qui M. Marcello datum à Cæsare spiritum, sua manu eripuit. Vetus etiam Pompejanæ militiæ comes, indignatus aliquem amicorum ab eo sibi præferri. Urbem eum à Mitylenis, quo se conulerat repetentem, in Atheniensium portu pugione cor. fodit, protinusque ad irritamenta vesaniæ suæ trucidanda tendit; amicitiae hostis, divini beneficii interceptor, publicæ religionis, quod ad salutem clarissimi civis recuperandam attinuit, acerba labe.

5. HANC crudelitatem, cui nihil adjici posse videtur, C. Toranius atrocitate parricidii superavit. Nanque triumvirum partes secutus, proscripti patris sui prætorii & ornati viri latebras, ætatem, notasque corporis, quibus agnosci posset, centurionibus edidit, qui eum persecuti sunt. Senex de filii magis vita, & incrementis, quam de reliquo spiritu suo sollicitus; an incolunis esset, & an imperatoribus satisfaceret, interrogare eos cœpit. Equibus unus: Ab illo, inquit, quem tantopere diligis, demonstratus, nostro ministerio, filii indicio occideris: protinusque pectus ejus gladio trajecit. Collapsus itaque est infelix, auctore cædis, quam ipsa cæde miserior.

6. CVIVS fati acerbiter L. Villius Annalis sortitus; Qui cum in Campum ad quæstoria comitia filii descendens, proscriptum se cognosset, ad clientem suum confugit. sed ne fide ejus tutus esse posset, scelere nefarii juvenis effectum est. Siquidem per ipsa vestigia patris militibus ductis, occidendum eum in conspectu suo objecit: bis parricida, consilio prius, iterum spectaculo.

7. NE Vettius quidem Sallastus proscriptus parum amari exitus, quem latentem uxor interficiendum, quid dicam, tradidit, an ipsa jugulavit? Quanto enim levius est scelus, cui tantummodo manus abest?

EXTERNÆ.

## EXTERN A.

1. ILLVD autem facinus, quia externum, tranquilliore affectu narrabitur. Scipione Africano patris & patruum memoriam gladiatorio munere Carthagine Nova celebrante, duo regii filii propter patrem mortuo, in arenam processerunt: pollicitique sunt ibi se de regno procliaturos, quo spectaculum illud illustrius pugna sua facerent. Eos cum Scipio monuisset, ut verbis, quam ferro dijudicare mallet, uter regnare deberet: ac jam major natu consilio ejus obtemperaret; minor corporis viribus fretus, in amentia perstitit. Initoque certamine, pertinacior impietas fortunæ iudicio morte monstrata est.

2. MITHRIDATES autem multo sceleratius, qui non cum fratre de paterno regno, sed cum ipso patre bellum de dominatione gessit: in quo qui aut homines ullos adjuutores invenerit, aut deos invocare ausus sit, præ admiratione hæreo.

3. QUANQUAM quid hoc, quasi inusitatum illis gentibus miremur? cum Sariafter adversus patrem suum Tigranem Armeniæ regem, ita cum amicis consenserit; ut omnes dextris manibus sanguinem mitterent, atque eum invicem sorberent. Vix ferrent illi pro salute parentis tam cruenta conspiratione foedus facientem.

4. SED quid ego ista confector, aut quid iis immemor: cum unius parricidii cogitatione cuncta scelera superata cernam? Omni igitur imperu mentis, omnibus indignationis viribus, ad id lacerandum pio magis quàm valido affectu rapior. Quis enim amicitiae fide extincta genus humanum cruentis in tenebris sepelire conatum, profundo debite execrationis, satis efficacibus verbis adegerit? Tu videlicet esteratæ barbariæ immanitate truculentior habenas Romani imperii, quas princeps, parensque noster salutari dextera continet, capere potuisti? Aut te compote furoris, in suo statu mundus mansisset? Urbem à Gallis captam, & trecentorū inclytæ gentis virorum stragem foedam, Alliensem diem, & oppressos in Hispania Scipiones, Thraſymenum lacum, & Cannas, bellorumque civilium domestico sanguine madentem Æmathiæ amentibus propositis furoris tui representare, & vincere voluisti. Sed vigilarunt oculi deorum, sidera simul vigorem suum obruerunt: Aræ, pulvinaria, templa præseni numine vallata sunt; Nihilque quod pro capite Augusti, ac patria excubare debuit, torpere sibi permisit. Et in primis auctor,  
ac tutela

ac tutela nostræ incolumitatis, ne excellentissima merita sua totius orbis ruina collaberentur, divino consilio providit. Itaque stat pax, valent leges, sincerus privari ac publici officii tenor servatur. Qui autem hæc violatis amicitiae foederibus tentavit subvertere, cum stirpe sua populi Romani pedibus obrutus, etiam apud inferos, si tamen illuc receptus est, quæ meretur, supplicia pendit.

## CAPVT XII.

## DE MORTIBVS NON VVLGARIBVS.

1 Tulli Hostilii regis.

2 Duarum matrum.

3 NV. Iuuentii Thalæ  
Cos.

4 Q. Lutatii Catuli.

5 L. Cornelii Merula.

6 Herennii Siculi.

7 Licinii Macri.

8 Cornelii Galli, & T.  
Haterii.

## Externorum.

1 Comæ Cleon's fugiti-

porum ducis fra-  
ter.

2 Æschyli poeta.

3 Homeri.

4 Euripidis.

5 Sophoclis.

6 Philemonis.

7 Pindari.

8 Anacreontis.

9 Milonis Cratoniatæ.

10 Polydamantis Scotæ  
sai.

**H**VMANÆ autem vitæ conditionem præcipue primus & ultimus dies continet: quia plurimum interest quibus auspiciis inchoetur, & quo fine claudatur: Ideoque eum demum felicem fuisse iudicamus, cui & accipere lucem prospere, & reddere placide contigit. Medii temporis cursus, prout fortuna gubernaculum rexit, modo aspero, modo tranquillo motu peragitur, spe semper minor, dum & cupide votis extenditur, & fere sine ratione consumitur. Nam etsi eo beuere velis, etiam paruum amplissimum efficies, unnerum annorum multitudine operum superando. Alioqui quid attinet inerti mora gaudere, si magis vitam exigis, quam approbas? Sed ne longins evager, libet eorum mentionem facere, qui non vulgari genere mortis absumpti sunt.

1. TVLLVS Hostilius rex fulmine ictus, cum tota domo conflagrauit. Singularem fati sortem, qua accidit, ut columen urbis, in ipsa urbe raptum, ne supremo quidem funeris honore à civibus decorari posset, cælesti flamma in eam conditionem redactum; ut eosdem pe-

nates,

nates, & regiam, & rogam, & sepulchrum haberet.

2. **VIX** verisimile est in eripietudo spiritu idem gaudium potuisse, quod fulmen: & tamen potuit. Nuntiatum enim clade quæ ad lacum Thrasymenum inciderat: altera mater sospiti filio ad ipsam portam facta obviam, in complexu ejus expiravit. Altera cum falso mortis filii nuntio domi mæsta federet; ad primum conspectum redeuntis exanimata est. Genus casus inusitatum: quas dolor non extinxerat, lætitia consumpsit.

3. **SED** nimis miror, quod mulieres. **MV.** Inventius Thalua, collega Ti. Gracchi cos. iterum, cum in Corsica quam nuper subegerat, sacrificaret; receptis literis decretas ei à senatu supplicationes nuntiantibus, inuito illas animo legēs, caligine orta, ante foculum collapsus mortuus humi jacuit. *Quem quid aliud quam nimio gaudio enectum putemus? En cui Numantia, aut Carthago excidenda traderetur!*

4. **MAIORIS** aliquanto spiritus dnx **Q.** Catulus, Cimbrici triumphi **C.** Mario particeps à senatu datus, sed exitus violentioris: Namque ab hoc eodem Mario postea propter civiles dissensiones mori iussus; recenti calce illito, multoque igni percalfacto cubiculo se inclusum peremit: *Cujus tam dira necessitas maximus Mariæ gloriæ rubor exitit.*

5. **QVA** tempestate reipublicæ **L.** quoque Cornelius Merula consularis, & flamen Dialis, ut ludibrio insolentissimis victoribus esset, in Iovis sacrario venis incisis contumeliosæ mortis denuntiationem effugit: sacerdotisque sui sanguine vetustissimi foci maduerunt.

6. **ACER** etiam & animosus vitæ exitus Herennii Siculi, quo **C.** Gracchus, & aruspice, & amico usus fuerat. Nam cum eo nomine in carcerem duceretur, in ejus postem illiso capite in ipso ignominia aditu condidit, ac spiritum posuit: uno gradu à publico supplicio, manique carnificis ceterior.

7. **CONSIMILI** impetu mortis **C.** Licinius Macer vir prætorius Calvi pater repetundarum reus, dum sententiæ diriberentur, in Mænianum conscendit: Siquidem cum **M.** Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentem vidisset, misit ad eum qui diceret, se non damnatum, sed reum perisse; nec sua bona hæc posse subijci. Ac protinus sudario, quod forte in manu habebat, orē & faucibus coartatis, incluso spiritu poenam morte præcurrit. *Quia cognita re Cicerone de eo nihil pronuntiavit. Igitur illustris ingenii orator & ab inopia rei familiaris, & à crimine*

domesticæ damnationis inusitato patrum fati genere vindicatus est.

8. **FORTIS** hujus mors, illorum perdidicula. Cornelius enim Gallus prætorius, & T. Haterius eques R. inter usum Veneris absumti sunt. Quamquã quorum attinet eorum cavillari fata, quos non libido sua, sed fragilitatis humanæ ratio abstulit! Fine nauque vitæ nostræ variis & occultis causis exposito, interdum quædam immerentia supremi fati titulum occupant: cum magis in tempus mortis incidant, quam ipsam mortem accersant.

### EXTERNÆ.

1. **SVNT** & externæ mortes dignæ annotata qualis in primis Comæ, quem ferunt maximi latronum ducis Cleonis fratrem fuisse. Is enim ad Rupilius consulem Enna, quam prædones tenuerant, in potestatem nostram redacta, perductus, cum de viribus & conatibus fugitivorum interrogaretur; sumpto tempore ad se colligendum, caput operuit; innixusque genibus compresso spiritu, inter ipsas custodum manus, inque conspectu summi imperii, exoptata securitate quievit. Torqueant se miseri, quibus extinguere, quam superesse utilius est, trepido & anxio consilio, quam ratione vita exeat quærentes: Ferrum acuant, venena temperent, laqueos apprehendant, vastas altitudines circumspiciant, tanquam magno apparatu, aut exquisita molitione opus sit: ut corporis atque animi iufirmo vinculo cohærens societas dirimatùr. Nihil horum Comæ, sed intra pectus inclusa anima, suum sui reperit. Enimvero nimio studio retinendum bonum, cujus caduca possessio tam levi afflatu violentiæ concussa dilabi potuit.

2. **ÆSCHYLI** vero poetæ excessus, quemadmodum non voluntarius, sic propter novitatem casus referendus est. In Sicilia moenibus urbis, in qua morabatur, egressus aprico in loco resedit: Super quem aquila testudinem ferens elusa splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi eam illisit, ut fractæ carue vesceretur. Eoque ictu origo, & principium fortioris tragediæ extinctum est.

3. **NON** vulgaris etiam Homeri mortis causa fertur: qui in insula, quia quæstionem à piscatoribus propositam solvere non potuisset, dolore absumptus creditur.

4. **SED** atrocius aliquanto Euripides finitus est.

Ab Archelai enim regis cœna in Macedonia domum hospitem repetens, canum moribus lanjatus obiit. Crudelitas fati rauto ingenio non debita.

5. SICVT illi excessus illustrium poëtarum & moribus & operibus indignissimi. Sophocles ultimæ jam senectutis, cum in certamine tragœdiam dixisset, accipiti sententiarum eventum diu sollicitus; aliquando tamen una sententia victor, causam mortis gaudium habuit.

6. PHILEMONEM autem vis risus immoderari abstulit: Paratas ei ficus, atque in conspectu positas a fello consumente, puerum ut illum abigeret, inclamavit: Qui cum jam comestis omnibus supervenisset, Quoniam, inquit, tam tardus fuisti, da nunc merum a fello. Ac protinus urbanitatem dicti crebro anhelitu cachinnorum profecutus; senile guttur salebris spiritus prægravavit.

7. AT Pindarus, cum in gymnasio super gremium pueri, quo unice delectabatur, capite posito quieti se dedisset; non prius decessisse cognitus est, quam gymnasiarcha claudere jam eum locum volente, nequicquam excitaretur. Cui quidem crediderim eadem benignitate deorum, & tantum poëticæ facundix, & tam placidum vitæ finem attributum.

8. SICVT Anacreonti quoque, quamvis statum humanæ vitæ modum supergresso, quem uvæ passæ succo tenues & exiles virium reliquias foventem unius grani pertinacior in aridis faucibus humor absorpsit.

9. IVNGAM illos, quos & propositum, & exitus pares fecit. Milo Crotoniates, cum iter faciens quercum in agro cuneis adactis fissam vidisset; fretus viribus, accessit ad eam, insertisque manibus divellere conatus est: quas arbor excussis cuneis in suam naturam revocata compressit, eumque cum tot gymnasticis palmis lacerandum feris præbuit.

10. ITEM Polydamas athleta tempestate speluncam subire coactus, nimio & subito incurfu aquæ labefacta ea, ac ruente; ceteris comitibus fuga periculum egressis, solus restitit, tanquam humeris suis totius ruinæ molem sustentaturus. Sed pondere omni corpore humano potentiore pressus; imbris causa petitam latebram, deventis fati sepulchrum habuit. Possunt hi præbere documentum, nimio robore membrorum, vigorem mentis hebescere; quasi abnuente natura utriusque boni largitionem: Ne supra mortalem sit felicitatem, eundem & valentissimum esse, & sapientissimum.

## CAPVT XIII.

## DE CVPIDITATE VITÆ.

- |   |                               |   |                                 |
|---|-------------------------------|---|---------------------------------|
| 1 | <i>NV. Aquillii legati</i>    | 2 | <i>Massanise Numidia re-</i>    |
|   | <i>consularis.</i>            |   | <i>gis.</i>                     |
| 2 | <i>Cn. Carbonis Cos. 3.</i>   | 3 | <i>Alexandri Phæorum</i>        |
| 3 | <i>D. Iunii Bruti procos.</i> |   | <i>regis.</i>                   |
|   | <b>Externorum,</b>            | 4 | <i>Dionysii Sicilia tyrann-</i> |
|   |                               |   | <i>ni.</i>                      |
| 1 | <i>Xerxis Persarum regis.</i> |   |                                 |

**V**ERVM quia excessus è vita & fortuitos, & viriles, quosdam etiam temerarios oratione attigimus; subjiciamus nunc æstimationi enerves, & effeminatos. Ut ipsa comparatione pateat, quanto non solum fortior; sed etiam sapientior mortis interdum, quam vitæ sit cupiditas.

1. *NV. Aquillius*, cum sibi gloriose posset extingui, *Mithridati* maluit turpiter servire. Quem ne aliquis merito dixerit Pontico supplicio, quam Romano imperio digniorem? quoniam commisit ut privatum opprobrium publicus rubor existeret.

2. *CN. quoque Carbo* magnæ verecundiæ est Latinis annalibus, qui tertio in consulatu suo jussu *Pompeji* in Sicilia ad supplicium ductus, petiit à militibus demisse & flebiliter, ut sibi alvum levare, priusquam expiraret, liceret: quo miserrime lucis usu diutius frueretur. Eoque moram traxit, donec caput ejus sordido in loco sedentis abscinderetur. Ipsa verba tale flagitium narrantis secum luctantur, nec silentio amica, quia occultari non merentur: nec relatione familiaria, quia dictu fastidienda sunt.

3. **QVID?** *Brutus* exiguum & infelix momentum vitæ quanto dedecore emit! Nam à *Furio*, quem ad eum occidendum *Antonius* miserat, cum prehensus, non solum cervicem gladio subtraxit; verum etiam constantius eam præbere admonitus, ipsis his verbis juravit: Ita vivam, dabo. O fati cunctationem ærumnosam! O jurandi stolidam fidem! Sed hos tu furores immoderata retinendi spiritus dulcedo subjicis, sanæ rationis modum expugnando, quæ vitam diligere, mortem non timere præcepit.

**EXTER.**



1. **E ADEM** Xerxem regem pro totius Asiæ armata iuventute, quod intra centum annos esset obitura profundere lacrymas coegisti. Qui mihi specie alienam, reuera suam conditionem deplorasse viderur: opum magnitudine, quam altiore animi sensu felicior. Quis enim mediocriter prudens mortalem se natum fleverit?

2. **REFERAM** nunc eos, quibus aliquos suspectos habentibus exquisitor sui custodia quaerita est. Nec à miserrimo, sed ab eo, qui inter paucos felicissimus fuisse creditur, incipiam. Massanisa rex, parum fidei in pectoribus hominum reponens, salutem suam custodia canum yallavit. Quo tam late patens imperium? quo tantum liberorum numerum? quo denique tam arcta benevolentiae constrictam Romanam amicitiam; si ad hæc tuenda nihil canino larratu, ac morsu valentius duxit?

3. **HOC** rege infelicior Alexander, cuius præcordia hinc amor, hinc merus torserunt: Nam cum infinito ardore conjugis Thebes teneretur, ad eandem ex epulis in cubiculum veniens: barbarum compunctum notis Threiciis, stricto gladio jubebar antire: Ne prius se ibidem lecto committerebat, quam à stipulatoribus diligenter esset scrutatus. Supplicium irato deorum numine compositum, neque libidini, neque timori posse imperare. Cujus timori eadem & causa, & finis fuit. Alexandrum enim Thebe pellicatus ira mota interemit.

4. **AGE**, Dionysius Syracusanorum tyrannus hujusce tormenti quam longa fabula: qui duodequadraginta annorum dominationem in hunc modum per egit. Summorum amicis in eorum locum ferocissimarum gentium homines, & à familiis locupletum electos prævalidos servos, quibus latera sua committeret, substitit, tonsorumque metu, tondere filias suas docuit. Quarum, postquam adultæ ætati appropinquabatur, manibus ferrum non ausus committere: instituit, ut candentium juglandinum putaminibus barbam sibi & capillum adurerent. Nec securiorem maritum egit, quam patrem. Duarum enim eodem tempore Aristomaces Syracusanæ, & Locrensis Cloridis matrimonii illigatus, neutrius unquam, nisi excussæ complexum perit. Atque etiam cubicularem lectum, perinde quasi castra, lata fossa cinxit: in quem se ligneo ponte recipiebat: cum forem cubiculi extrinsecus à cu-

stodibus opertam, interiorum clauſtro ipſe diligenter obſeraret.

## CAPVT XIV.

## DE SIMILITVDINE FORMÆ.

- |   |  |   |
|---|--|---|
| 1 | Cn. Pompei Magni cum Vibio & Publicio.                               | nis cum Menogene & Burbuleo ſcenicis.         |
| 2 | Cn. Pompeji Strabonis cum Menogene coquo.                            | Externorum.                                   |
| 3 | P. Scipionis Naſica cum Serapione viſtuario.                         | 1 Antiochi regis Syria cum Artemone quodam.   |
| 4 | P. Lentuli & Q. Metelli Coſſ. cum Spinthere & Pamphilo hiſtrionibus. | 2 Hybreæ oratoris cum ſervo Cymeorum publico. |
| 5 | M. Meſſalla & C. Curio   | 3 Siculi piſcatoris cum pratore Romano.       |

**D**E ſimilitudine autem oris, & totius corporis, altiore doctrina præditi ſubtilius diſputant: eorumque alii in ea ſunt opinione, ut exiſtiment illam originis, & contextui ſanguinis reſpondere. Nec paruum argumentum ex cæteris animalibus trahunt, quæ fere gignentibus ſimilia naſcuntur. Alii negant certam hanc eſſe naturæ legem, ſed ſpecies mortalium, prout fortuita ſors conceptionis obrulit, attribui. Atque ideo plerumque ex ſpecioſis deformes, & ex robuſtis inuálidos partus edi. Verum quoniam iſta quæſtio in ambiguo verſatur, pauca inter alienos conſpectæ ſimilitudinis exempla referemus.

1. **MAGNO** Pompejo Vibius ingenuæ ſtirpis, & Publicius libertinus ita ſimiles fuerant; ut permutato ſtatu, & Pompejus in illis, & illi in Pompejo ſalutari poſſent. Certe quocumque aut Vibius, aut Publicius acceſſerant, ora hominum in ſe obvertebant, unoquoque ſpeciem ampliffimi ciuis in perſonis mediocribus annotante. Quod quidem fortuitum ludibrium, quaſi hæreditarium ad eum penetravit.

2. **NAM** pater quoque; ejus eo uſque Menogenis cocli ſui ſimilis eſſe viſus eſt; ut vir, & ferox animo & præpotens armis, ſordidum ejus nomen repellere à ſe non ualuerit.

3. **EXIMIÆ** uero nobilitatis adoleſcens Cornelius Scipio, cum plurimis & clariffimis familiæ ſuæ

suæ cognominibus abundaret; in servilem Serapionis appellationem vulgi sermone impactus est, quod hujusce nominis victimario quam similis erat: Nec illi aut morum probitas, aut respectus tot imaginum, quo minus hac contumelia aspergeretur, opitulata est.

4. GENEROSISSIMVM consularis collegium Lentuli & Metelli fuit: qui ambo in scena propter similitudinem histrionum propemodum spectati sunt. Sed alter ex quodam secundarum cognomen Spinttheris traxit: alter, nisi Nepotis à moribus accepisset, Pamphili tertiarum, cui similitus esse ferebatur, habuisset.

5. AT M. Messalla consularis & censorius Menogenis: Curioque omnibus honoribus abundans, Burbuleji: ille propter oris aspectum, hic propter parem corporis motum, uterque scenici nomen coactus est recipere.

#### EXTERNÆ.

1. ABVNDE sint hæc de domesticis, quoniam & personis sunt excellentia, & non obscura notitia celebrantur. Regi Antiocho unus ex æqualibus, & ipse regis stirpis nomine Artemon, perquam similis fuisse traditur. Quem Laodice uxor Antiochi, interfecto viro, dissimulandi sceleris gratia, in lectulo perinde quasi ipsum regem ægrum collocavit. Admisumque universum populum, & sermone ejus & vultu consimili fefellit: credideruntque homines ab Antiocho moriente Laodicen & natos ejus sibi commendari.

2. HYBREÆM autem Mylasenum copiosæ atque concitatæ facundiæ oratorem, Cymæorum seruo strigmenta gymnasii colligenti, tam similem, ut tantum non Germanum fratrem totius Asiæ oculi assignarent: Ita lineamentis oris, & omnium membrorum compares erant.

3. ILLE vero quem in Sicilia prætoris admodum similem fuisse constat, petulantis fuit animi. Proconsule enim dicente, mirari se quapropter sui tam similis esset, cum pater suus in eam provinciam nunquam accessisset: At meus inquit, Romam frequenter accessit. Ioco nanque laceffitam matris suæ pudicitiam, invicem suspicione in matrem ejus rejecta, audacius quam virgis & securibus subiecto conveniebat, ultus est.

## CAPVT XV.

DE HIS QUI PER MENDACIVM SE  
IN ALIENAS FAMILIAS  
INSERVERVNT.

- |   |  |   |  |
|---|--|---|--|
| 1 | <i>L. Equitius Firmanus.</i>                   | 6 | <i>Cn. Asinius Dio falsus.</i>               |
| 2 | <i>Erophilus medicus<br/>equarius.</i>         |   | Externi.                                     |
| 3 | <i>Octavia sororis Aug.<br/>falsus filius.</i> | 1 | <i>Rubria Mediolanensis<br/>falsa.</i>       |
| 4 | <i>Q. Servorii falsus filius.</i>              | 2 | <i>Ariarathes Cappadocia<br/>rex falsus.</i> |
| 5 | <i>Trebellius Calca.</i>                       |   |  |

**S**ED tolerabilis hæc, & uni tantummodo anceps temeritas. Quod sequitur impudentiæ genus, nec ferendum ullo modo: periculique tum privatum, tum etiam publice late patentis.

1. **NAM** ne Equitium Firmo Piceno monstrum veniens relatum jam in hujusce libri superiore parte, præteream; ejus in amplectendo Ti. Graccho patre, evidens mendacium, turbulento vulgi errore, amplissima tribunatus potestate vallatum est.

2. **HEROPHILVS** equarius medicus C. Marii septies consulis avum sibi vendicando ita se extulit, ut coloniæ veteranorum complures, & municipia splendida, collegiæque fere omnia patronum adoptarent. Quinetiam cum C. Cæsar Cn. Pompejo adolescente in Hispania oppresso, populum in hortis suis admisisset, proximo intercolumnio pene pari studio frequentiæ salutatæ est. Quod nisi divinæ Cæsaris vires huic erubescendæ procellæ obstitissent: simile vulnus respublica excepisset, atque in Equitio acceperat. Ceterum decreto ejus extra Italiam relegatus, postquam ille oculo receptus est, in urbem rediit, & consilium interficiendi senatus capere sustinuit. Quo nomine jussu patrum necatus in carcere, seras prompti animi ad omne molendum scelus poenas pependit.

3. **NEC** divi quidem Augusti etiamnum terras regentis excellentissimum numen intentatum ab hoc injuriæ genere extitit: cum quidam clarissimæ sororis ejus Octaviæ utero se genitum fingere auderet: propterque summam imbecillitatem corporis, ab eo, cui datus erat, perinde atque ipsius filium retentum, subiecto in locum suum proprio filio diceret: Videlicet, ut eodem tempore sanctissimi penates, & verisanguinis memora

ria spoliarentur, & falsi sordida contagione inquinarentur. Sed dum plenis impudentiæ velis, ad summum audaciæ gradum fertur, imperio Augusti remo publicæ triremis affixus est.

4. **REPERTVS** est etiam qui se diceret esse **Q. Sertorii filium**; quem ut agnosceret uxor ejus, nulla vi compelli potuit.

5. **QVID** Trebellius Calca, quam asseveranter se Clodium tulit! & quidem dum de bonis ejus contendit, in centumvirale iudicium adeo favorabilis descendit; ut vix iustis & æquis sententiis consternatio populi ullum relinqueret locum. In illa tamen quæstione neque calumniæ petitoris, neque violentiæ plebis iudicium religio cessit.

6. **MULTO** fortius ille, qui Cornelio Sulla rerum potente, in domum **Cn. Asinij Dionis** irrupit, filiumque ejus patriis penaribus expulit; vociferando non illum sed se **Dione** esse procreatum. Verum postquam à **Sullana** violentia **Cæsariana** æquitas reluxit, gubernacula Romani imperii iustiore principe obineute, in publica custodia spiritum posuit.

#### EXTERNÆ.

1. **EODEM** præside Reipublicæ in consimili mendacio muliebris temeritas **Mediolani** repressa est. Siquidem cum se pro **Rubria** quædam perinde ac falso credita esset incendio periisse, nihil ad se pertinentibus bonis insereret, nec ei aut tractus ejus splendidi testes, aut cohortis Augusti favor deesset: propter inexpugnabilem **Cæsaris** constantiam irrita nefarii propositi abiit.

2. **IDEM** barbarum quendam, ad eximiam similitudinem **Cappadociæ** regnum affectantem, tanquam **Ariarathes** esset, quem à **M. Antonio** interemptum luce clarius erat: quauquam pene totius **Orientis** civitatum & gentium credula suffragatione fultum caput, imperio dementer imminens, iusto impendere supplicio coegit.

#### FINIS.

IN  
 EPITOMEN SVAM  
 C. TITII PROBI  
 PRÆFATIO.

**D**ECIMVS hujus operis liber, qui & ultimus est, vel ex negligentia, aut malevolentia librariorum deperit. Abbreviator titulos ejus habebat integre fortassis: tamen de uno tantum, hoc est de prænomine, epitoma repræsentabat.

*Ex hac C. Titius ille. Verum alia reperiuntur præfationes in aliis manuscriptis codicibus, sine nomine auctoris; ut in Iohannis Sambuci hæc, cum libri decimi titulis ejusdem farinae.*

---

I N C I P I T  
 LIBER DECIMVS  
 DE NOMINIBVS  
 PRÆNOMINIBVSQVE,  
 COGNOMINIBVS,  
 AGNOMINIBVS.

**D**ECIMVS atque ultimus hujus operis liber seu studiosorum inertia, seu scriptorum seguitia, seu alio quovis casu ætati nostræ perditus est. Verum Iustus Paris abbreviator Valerii post novem libros explicitos, hunc decimum sub infra scripto compendio complexus est; per quod de nominibus, prænominibus, cognominibus, atque agnominibus fuisse eundem à Valerio

lerio compositum conjectari licet. Verba quidem Iulii Paridis hæc sunt. Liber Decimus de prænominibus, & similibus.

*Decimi hujus operis libri per C. Titum Probum epitome.*

DE PRÆNOMINE.

V A R R O simplicia in Italia fuisse nomina ait, existimationisque suæ argumentum refert; quod Romulus & Remus & Faustulus, neque prænomen ullum, neque cognomen habuerunt. Qui ab eo disseniunt, ajunt matrem eorum Ream Silviam vocatam; avum Silvium Numitorem; fratrem ejus, Amulum Silvium; & superiores Albanorum reges, Capetum Sylvium, Agrippam Sylvium; posterioresque duces Metium Sufetium, & Tutorem Cloelium vocatos. Nec contenti his ad Sabinos transgrediuntur, & Titium Tatium, Numam Pompiliam & patrem ejus Pompum Pompiliam; ejus denique regionis principes enumerant, Pirtilianum Lavianium, Volesum Valesum, Metium Curtium, Alburn Funnifillaticum. Ex Tuscis recitant, Larrem Possennam; ab Æquicolis, Septimum Modium primum regem eorum, & Sertorem Resum, qui primum jus fœdiale instituit. In hunc modum Varrouis sententia subruitur.

ROMANOS autem arbitrandum est maxime ab Albanis, & Sabinis multiplicandorum nominiū consuetudinem traxisse, quoniam ab illis orti sunt. Omnia autem, quæ ad unumquemque nostrum definiendum excogitata sunt, eadem vim significandi hominis obtinent. Quod per proprietatem dicitur, hoc distat, quia eo gens cognoscitur, ideoque dicitur gentilitium. Cetera ordine variantur. Nam quod præponitur, prænomen: quod post fertur, cognomen; quod ad ultimum adjicitur, agnomen est. Quorum series non ita, ut exposui, semper servata est. Animadverto enim in consulum fastis, perplexum usum prænominum & cognominum; fuisse dictum, Postumum Cominium Aruncum, & Postumum Æbutium Elvam, & Vopiscum Iulium, & Opitrem Virginium Tricostum, & Paulum Fabium Maximum. Quinetiam quædam cognomina in nomen versa sunt, ut Cæpio: namque hoc in Bruto nominis locum obtinuit.

GENTILITIA nomina Varro putat fuisse innumera, & prænomina circa triginta. Pueris, non priusquam togam virilem sumerent; puellis, non antequam

nubent, prænomen imponi moris fuisse, Q. Scævola auctor est. Quæ olim prænomen fuerunt, nunc cognomen sunt: ut Postumus, Agrippa, Proculus, Cæsa.

**O P I T E R**, qui patre mortuo, avo vivo gignebatur. Vopiscus, qui in utero matris geminus conceptus, altero abortu ejecto, incolumis editus erat. Hostus, prænomen fuit in eo, qui peregre apud hospitem natus erat; idque habuit Lucretius Tricipitius collega L. Sergii. Volerō, in prænomen abiit, & volentibus nasci liberis parentibus indebatur; quo usus est Publius Philo. Lar Lartus prænomen est sumptum à laribus, Tuscanum autem creditum est prænomen esse: fuitque consul Lar Herminius cum T. Virginio Tricosto. Siatrus, à stabilitate; Fautus à favore prænomen sumpta erant. Et Tullus prænominatus est omnis gratia, quasi tollendus, o litera in u conversa. Sertor, qui per sationem natus erat, appellatus est. Ancum prænomen Varro à Sabinis translatum putat: Valerius Antias scribit, quod cubitum vitiosum habuerit, qui Græce vocatur *αγκών*. Lucii coeperunt appellari, qui ipso initio lucis orti erant; aut, ut quidam arbitrantur, à Lucumonibus Etruscis. Manii, qui mane editi erant; vel omnis causa, quasi boni. Manum enim antiqui bonum dicebant. Gnæus ob insigne navi appellatus est; quod unum prænomen varia scriptura notatur. Alii enim Nævum, alii Gnævum, alii Cuvævum scribunt. Qui G literam hoc prænominis utuntur, antiquitatem sequi videntur, quæ multum ea litera usa est. Olim enim dicebant frugmultum, nunc frumentum profertur: & gnævura, modo natura. Igitur etiam qui in corporibus navi gigni solet, gnævus appellabantur. Qui C ponunt, corruptione syllabæ delectari videntur: qui Nævus, lenitatem velle judicantur. Gaji dicti à gaudio parentum: Auli, qui diis alentibus nascuntur: Marci, Martio mense geniti: Publii, qui prius pupilli facti erant, quam prænomen haberent; alii omnis causa, ex pube. Tiberii vocitari coeperunt qui ad Tiberim nascebantur. Titus, è Sabino nomine Titurio fluxit: Appius, ab Atto ejusdem regionis prænominis. Kæsones appellati sunt, qui è mortuis matribus execti erant. Servius, qui mortua matre in utero servatus est. Spurii, patre in certo geniti quasi *σπύριος*. Numerii sola patricia gens usa est Fabla prænominis; idcirco quod, trecentis sex apud Cremeram flumen cæsis, qui unus ex ea stirpe extiterat, ducta in matrimonium uxore filia Numerii Otacilii Maleventani sub eo pacto, ut quem primum filium sultulisset,

de, etiam  
v.  
ANTIC  
vina fore  
dura à col  
Caja, Lucia  
vina cel  
quini Pri  
vino vultu  
interrogat  
tate C. Vi



lisset, ei materni avi prænomen imponeret, obtemperavit.

**ANTIQUARVM** mulierū in usu frequentū prænomenina fuerunt, Rutilla, Cæfella, Rodocella, Murcula; Burra à colore dicta. Ista prænomenina à viris tracta sunt, Caja, Lucia, Publia, Numeria. Ceterum Caja, usu super omnia celebrata est. Fertur enim, Cajam Cæciliam Targuinii Prisci regis uxorem optimam lanificam fuisse: & ideo institutum esse, ut novæ nuptæ ante januam mariti interrogatæ, quænam vocarentur, Cajam esse se dicerent **C. Titii**.

*Reliqua desunt.*



V A L E R I I M A X I M I  
V I T A,

I N C E R T O A U C T O R E.

V A L E R I U S M A X I M U S civis Romanus, Patritio genere natus, omnem pueritiam, & magnam adolescentia partem literis percipiendis, & honestis artibus dedit. Inde, sumpta virili toga, se contulit ad rei militaris disciplinam, ubi aliquandiu stipendia fecisse, & in Asiam cum Sexto Pompejo navigasse dicitur. Unde reversus, cum videret se patriæ suæ tam benedicendo, quam benefaciendo posse prodesse, à quo incepto studio militia gloria detinuerat, eodem regressus, statuit urbis Romæ, exterarumque gentium facta, simul ac dicta memoratu digna, ut ipse fatetur, literarum monumentis commendare: quod feliciter & gloriose consecutus est. Floruit autem Tiberii Cæsaris temporibus, & sub ejus imperio hanc scripsit historiam, cujus etiam numen invocat. Imperatores enim Romani cum virtute sua justè sanctèque gessissent imperium, divino celebrabantur honore, & in deorum numerum transferebantur, unde etiam Divos imperatores appellamus. Genus vero suum paternum à gente Valeria, maternum à Fabia duxisse fertur: unde Valerius Maximus ex utraque familia ei nomen est, de cujus morte certi nihil potest afferri.

V A L E.

VALERII MAXIMI  
VITA,

C. MITALERIO *Viennensis*  
*provincia juridico auctore, ad IO. BVF-*  
*FENANTIVM in suprema Del-*  
*phinatum curia Praesidem.*

VALERII MAXIMI præ-  
nomen librariorum injuria jam olim  
amissum vero propius est, quam ab ipso  
omissum fuisse. Ridiculum est autem,  
quod maternum genus ejus quidam à Fa-  
bia gente reperunt cognominis argumen-  
to. Nam præterquam quod id aliis qui-  
busdam Rom. gentibus commune fuit,  
ut Carbiliæ, Corneliam, Manliæ: constat  
certe id longe ante in Valeria, quam in  
Fabia gente fuisse, inde usque à M. Va-  
lerio illo Maximo, qui Cos. anno Urb.  
ccxcviii. cum Sp. Virginio Cæli-  
montano fuit: cum qui Fabiorum pri-  
mus eo cognomine affectus est Qu. Fa-  
bius Rutilianus Ambusti F. Gurgitis pa-  
ter, Censor tum cum P. Decio omni fo-  
rensi turba in quatuor tribus digesta an-  
no urb. cccc l. æternum gloriosumque  
id sibi ac familiæ suæ pepererit. His ac-  
cedit quod qui à materna denominaren-  
tur, non cognomina, quæ nulla scemi-  
nis fuerunt sed gentilitia nomina in pos-  
sessivum transformata modum adscisce-  
bant. Sic è duabus Censorii Catonis  
uxoribus

uxoribus Licinia & Salonia partim Liciniani sunt, partim Saloniani appellati: quo modo à Petronia matre Petronianus Vitellii Cæsaris filius, à Vespasia, & Domitilla, Vespasianus, & Domitianus, imp. dicti sunt. Quod & in arrogationibus adoptionibusq; observabatur, quo modo Pomponium Atticum illum Ciceronis amicum ab avunculo Qu. Cæcilio testamento in nomen familiamque adoptatum Qu. Cæcilius Pomponianus Atticus dictum fuisse comperimus. Hinc Rutilianos, Æmilianos, Servilianos, Calphurnianos, Octavianos, è Rutiliis, Æmiliis, Serviliis, Calphurniis, Octaviis in alienas traductis familias agnominatos fuisse legimus. Civem certe Romanum identidem se his fuisse verbis significat, *Civitatem nostram, nostræ imperii, nostris caeremoniis, forum nostrum, & similibus.* Sed ingenium, quando etiam de ejus statu dubitatum scio, ex patritia videlicet Valeriorum gente etiam ipso cognomine. Libertini enim servili nomine cognominis vice retento solum patronorum nomen, prænomenque usurpabant, cognomine vero, quod plerunque fortunæ fuit, ac gloriæ, abstinebant: quod & ipsum in iis qui ipsi ingenui cujusquam beneficio civitatem Rom. consequuti, aut in colonias transcripti fuerant, observabatur. Sex. Pompejo arctissima necessitudine devinctus fuit, adeo quidem ut in ejus commemoratione sibi instar Alexandri eum fuisse scripserit: *cum illi,*  
inquit,

inquit, *Hephastio suus alter fuerit Alexander*: nec dubitaverit supremum sibi atque illi inter rara amicorum paria locum facere. Hujus Sex. Pompeji, Sextique Apuleji consulatu Augustus è vivis excessit: primusq; cum ipsi in Tyberii verba jura-  
verunt, tum etiam cæteros adegerunt. Quo merito postea principis inter primarios amicos fuit. Magna certe eloquentiæ gloria ac gratia fuisse vel illud inprimis arguit, quod eum sibi Gn. Piso conflatæ Germanicò mortis reus patronum cum præstantissimis ejus sæculi oratoribus depoposcit. Quocirca eum non clarissimum modo sed etiam disertissimum Valerius appellavit. Inde M. Lepidum illo nomine ac genere ut socordem & ignavum, majoribusque suis dedecorum Asiæ proconsulatu adversatum maxime Senatu deturbavit. Ipse in ejus locum suffectus Valerium inter præcipuos cohortis coluit, ingenii ac morum amœnitate delinitus. Tyberio quidem, & universæ Cæsarum domui, inolito jam tum etiam illustribus familiis more, enixissime adulatur. Itaque libro *ix* inter dictorum improborum factorumque sceleratorum exempla ultimo, ceu Colophonem, loco Sejani (quod recte subodoratus est Pighius) suppresso tamen singulari quodam adulandi artificio, ejus nomine supra omnium flagitiorum conditionem perfidiam audaciamque incessit.

# VALERII MAXIMI

LIBRORVM NOVEM

## CAPITA.

### LIBRI PRIMI

CAPITA VIII.

1 De religione. pag. 4	4 De auspiciis.	13
2 De simulata religione. 11	5 De omnibus.	14
3 De peregrina religione rejecta. 12	6 De prodigiis.	16
	7 De somniis.	21
	8 De miraculis.	27

### LIBRI SECUNDI

CAPITA X.

1 De matrimoniorum ritu, & necessitudinum officiiis. 36	6 De externis institutis. 47
2 De magistratuum atque ordinum officiiis, & institutis. 38	7 De disciplina militari. 51
3 De militaribus institutis. 42	8 De jure triumphis. 58
4 De spectaculis. 43	9 De censoria severitate. 61
5 De frugalitate & innocentia. 45	10 De majestate. 64

### LIBRI TERTII

CAPITA VIII.

1 De indole. 68	5 Qui à præclaris parentibus degeneraverunt. 86
2 De fortitudine. 70	6 De illustribus qui in veste, aut cetero cultu, licentius sibi indulse.
3 De patientia. 80	
4 De humili loco natis qui clarò evaserunt. 84	

dulserunt.	87	8 De constantia.	95
7 De fiducia sui.	88		

## LIBRI QVARTI

### CAPITA VIII.

1 De animi moderatio- ne.	101	5 De verecundia.	120
2 De recöciliatione.	108	6 De amore conjuga- li.	122
3 De abstinētia & con- tinentia.	110	7 De amicitia vincu- lo.	125
4 De paupertate lauda- ta.	116	8 De liberalitate.	131

## LIBRI QVINTI

### CAPITA X.

1 De humanitate & cle- mentia.	134	7 De patrum amore, & indulgentia in liberos.	161
2 De gratitudine.	141	8 Qui severi adversus liberos.	163
3 De ingratitude.	145	9 Qui moderati erga su- spectos liberos.	165
4 De pietate in paren- tes.	151	10 Qui filiorum obitum forte animo tute- runt.	166
5 De pietate frater- na.	155		
6 De pietate erga pa- triam.	157		

## LIBRI SEXTI

### CAPITA IX.

1 De pudicitia.	169	6 De fide publica.	189
2 Qua liberè dicta aut facta.	173	7 De fide uxorum erga maritos.	191
3 De severitate.	177	8 De fide servorum er- ga dominos.	191
4 De graviter dictis aut factis.	181	9 De mutatione morum aut fortuna.	194
5 De justitia.	185		

# LIBRI SEPTIMI

## CAPITA VIII.

1 De felicitate. 201	5 De repulsis. 218
2 De sapienter dictis aut factis. 202	6 De necessitate. 220.
3 De rursus dictis aut factis. 209	7 De testamentis rescis- sis. 223
4 De stravagematis. 215	8 De raris testamentis, & insperatis. 216

# LIBRI OCTAVI

## CAPITA XV.

1 De iudiciis publicis insignibus. 229	9 De vi eloquentia. 247
2 De privatis iudiciis insignibus. 234	10 De pronuntiatione & apto motu cor- poris. 249
3 De mulieribus que causas apud magi- stratus egerunt. 236	11 De effectibus arti- um. 250
4 De questionibus. 237	12 Optimis artium ma- gistris concedendum esse. 252
5 De testimoniis irritis vel raris. 237	13 De senectute memo- rabilis. 253
6 De his qui commise- runt que in aliis vindictarunt. 239	14 De cupiditate glo- ria. 256
7 De studio & indus- tria. 240	15 Que cuique magni- fica contigerunt. 259
8 De otio laudato. 245	

# LIBRI NONI

## CAPITA XV.

1 De luxuria & libidi- ne. 263	6 De perfidia. 278
2 De crudelitate. 267	7 De seditionibus. 280
3 De ira & odio. 272	8 De temeritate. 281
4 De avaritia. 275	9 De errore. 282
5 De superbia & impo- tencia. 276	10 De mitione. 284



SEPTIMI  
ITA VIII.

- 11 De improbe dictis & sceleratè factis. 285
- 12 De mortibus non vulgaribus. 288
- 13 De cupiditate vite. 292

- 14 De similitudine forma. 294
- 15 De his qui per mendacium se in alienas familias inseruerunt. 296

OCTAVI  
ITA IX.

- 9 De tyrannide
- 10 De profectione & apud mare foru.
- 11 De effediis & m.
- 12 Optima arione gisra croceus esse.
- 13 De senectute nobilibi.
- 14 De cupiditate & ria.
- 15 Que cuique mpo fia cõigona.

FINIS.

V 3




326900

NONI  
A XV.

- tensia.
- 6 De perfidia.
- 7 De seditionibus.
- 8 De senectute.
- De errore.
- 0 De ulione.

ANT





Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





